4° H. mor. 191ᵉ /1

Digitized by Google

<36601958340013

<36601958340013

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

40 H. mon. 191 c/1

CODEX

DIPLOMATICUS FULDENSIS.

HERAUSGEGEBEN

VON

ERNST FRIEDRICH JOHANN DRONKE.

[1]

CASSEL,
DRUCK UND VERLAG VON THEODOR FISCHER.
1850.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

1. Cartula s. Bonifatii de finibus et terminis fuldensis monasterii.

747, 12. März.

2. Kartula Adalbercti.

In nomine sanctae trinitatis ego Adalberctus et coniux mea Ermensina. caso fragilitatis uel diuina clementia donamus pro animas nostras remedium mereamur aliquod in futurum habere. ad illud monasterium quod domnus Bonifatius archiepiscopus urbis Mogontiae iussit fieri uel edificare in honore sancti saluatoris in loco nuncupante iuxta fluuio quod dicitur Ulta in silua Bochonia hoc est quod dono arealem .I. ad commanendo infra murum ciuitatis Mogontiae ad confinis in duas partes uia publica et in aliis duabus partibus terra dominica. quam arialem ad supra scriptum monasterium pro animae nostrae remedium donamus et donatumque in perpetuum esse uolumus. et si aliquis de heredibus nostris uel qualibet opposita persona qui contra hanc epistolam quam nos sana mente sanoque consilio fieri uel scribere rogauimus infrangere uoluerit. inprimitus iram dei caelestis incurrat. et insuper inferat ad ipsam ecclesiam auri uncias .II. argenti libras .III. coactus exsoluat et sic quod repetit euindicare non ualeat. stipulatione subnixa. Actum Mogontiae ciuitatis publice facta karta VIIII. kal. februarias. anno VIII. domni nostri Hilderichi et Pippino duce. Ego Erlefridus acsi indignus peccator presbiter rogatus ab Adalberto et coniuge sua Irminsuuindae scripsi. Signum Adalberti † Irminsuuindae † Rathato clerico † Adalperdi † Tindoni † Gipioni † Hartgero † Ualthario † Theotmaro † Adalperdo † Uualane.

750, 24. Januar.

3. Epistola s. Bonifacii ad Zachariam papam directa pro priuilegiis.

In nomine domini Ihesu Christi. Reuerentissimo patri et domino dilectissimo. et omni honore uenerando apostolicae sedis infula digne sublimato Zachariae papae Bonifacius exiguus Christi seruus licet ultimus. tamen romanae et apostolicae sedis legatus germanicus deuotissimus. optabilem in Christo inmarcescibilis caritatis salutem. Paternae pietatis uestrae sanctitatem subnixius obsecro ut hunc presbiterum presentium latorem litterarum grato et clementi animo suscipiatis. habet enim secreta quaedam quae soli pietati uestrae profiteri debet. quedam namque uiua uoce dicere habet. quedam autem litteris ostendere debet. de quibusdam uero necessitatibus meis inquirere et interrogare. mihique uestrae paternitatis responsum et consilium ex

751.

1. S. traditiones fuld. herausgeg. von Dronke cap. 1.
2. C. 16a, 30. Hd. a. Tr. 1.
3. E. I, 31ab. Bonifacii epist. ed. Würdtwein 86. Othlo 2, 13. Brower antiq. 3, 10. Schann. II. F. 1, 2.

Digitized by Google

auctoritate beati Petri apostoli ad solatium senectutis meae missum a uobis representare debet. ut his auditis et consideratis si quae sunt quae sanctitati uestrae couplaceant facere deo adiuuante studeam. si quid autem ut timeo displiceat. ex precepto sancti apostolatus uestri indulgentiam promerear. Antecessor etenim uester presul apostolicus uenerandae memoriae Gregorius dum me indignum ordinaret episcopum. obtinui ab eo ut locum meum meae sepulturae preuisum fuldense uidelicet monasterium nondum quidem perfectum. sed cum dei et uestro adiutorio perficiendum in auum specialiter susciperet presidium. beati Petri apostoli presidio muniendum ac romana auctoritate roborandum atque tuendum. quod et fecit. et dato priuilegio sua et beati Petri auctoritate confirmauit. et banni sui uinculo sub testificatione Christi et aecclesiae perpetuo anathemate eos constrinxit. qui de stipendio fratrum uel de decimis et oblationibus fidelium uel ad hospitale pauperum seu ad portam hospitum pertinentibus rebus quicquam distraxerit. Est enim locus ille quem elegi Fulda nomen habens a flumine qui praeterfluit in uasta solitudine Bochoniae in medio nationum predicationis nostrae. in quo loco monasterium construxi domino nostro saluatori Christo et eius genetrici perpetuae uirgini Mariae et sanctissimis apostolis Petro et Paulo. in quo monachos constituimus sub regula sancti Benedicti deo deuote seruientes. Hunc locum per principes et uiros religiosos ditaui prediis et honoribus et per Pippinum et Kurlomannum auctoritate firmissima confirmaui. ne de locis uel prediis uel de familia eiusdem aecclesiae quispiam aliquid presumat subtrahere uel auferre. Hunc inquam locum meae requiei preparatum in uestram pater karissime et beati Petri apostoli commendo potestatem. obnixius orans atque deposcens ut dextera protectionis uestrae sit semper munitus atque defensus. Et quicunque eidem loco quicquam boni contulerit aeternae beatitudinis premio remuneretur. qui uero quicquam quod absit subtraxerit. diuinae et uestrae maledictioni subiaceat. et illo uinculo colligetur atque aeternaliter dampnetur. quo dominus noster Ihesus Christus beato Petro apostolo precepit impios ligare super terram. ut in eternum ligati atque dampnati sint. et non immerito ligandi sunt inimici Christi et aecclesiae. nam ipse sic precepit dicens. Ligatis manibus et pedibus mittantur in tenebras exteriores.

4[a]. Priuilegium Zachariae papae Bonifatio datum.

751. Zacharias papa Bonifatio episcopo et per eum in monasterio ab eo constructo successim | abbatibus in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis. opor|tet ut deuotioni conditoris piae constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis minime denegetur. | Igitur quia postulasti a nobis quatenus monasterium saluatoris a te constructum in loco qui uocatur Boconia | erga ripam fluminis Ultaha priuilegii sedis apostolicae insulis decoretur. ut sub iuris ditione sanctae nostrae cui | domino auctore deseruimus aecclesiae constitutum. nullius alterius aecclesiae iuris ditionibus submittatur. pro qua re [1]) piis desideriis fauentes. hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet aecclesiae sacerdotem in prefato monasterio ditionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus. nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam presumat omnimodo [2]) celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum

---

4a. CU. aus dem 10. Jahrh. und bei Eberh. I, 3b. Ferner Bonif. epist. ed. Würdtwein 88. Othlo 2, 16. Diocc. 233, 1. Das Datum, welches Schannat giebt und welches unter dem Briefe bei Würdtwein und in Othlo's Leben sich findet, hat weder die Copialurkunde noch Eberhard am Schlusse dieser Fassung. [1]) Eberh. *idcirco.* [2]) *omnia.*

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit. inconcusse dotatum permaneat. locis et rebus. tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet. quam que [3]) futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam. ut quicunque cuiuslibet aecclesiae presul. uel quacunque dignitate predita persona hanc nostri priuilegii cartam. quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit. anathema sit. et iram dei incurrens a cetu sanctorum omnium extorris existat. et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

4 b.

In nomine domine dei. Ego Zacharias apostolicus papa Bonifacio archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem in Christo. Quoniam semper sunt concedenda et adiuuanda quae rationabilibus congruunt desideriis. oportet ut deuotioni conditoris piae constructionis oraculum in priuilegiis prestandis minime denegetur. Igitur frater karissime quia postulasti a nobis quatenus monasterium domini nostri saluatoris Ihesu Christi a te constructum in loco fuldensi. iuxta ripam fluminis eiusdem nominis. priuilegio sedis apostolicae decoretur. ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus aecclesiae constitutum nullius alteriue aecclesiae potestati submittatur. sed sub nostra romana et apostolica auctoritate munitum priuilegio et banno nostro confirmetur. idcirco piis tuis desideriis annuentes. hac nostra auctoritate usi et beati Petri uicaria potestate confisi. id quod exposcimur piae deuotionis effectui mancipamus. Cuiuslibet ergo aecclesiae sacerdotem uel episcopum in fuldensi monasterio dicionem ullam habere aut auctoritatem uel potestatem posse exercere preter sedem apostolicam prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus. nec missarum sollempnitatem ibidem quispiam presumat celebrare. ut profecto iuxta nostram auctoritatem et preceptionem et beati Petri reuerentiam et timorem locus idem apostolicae sedi subiectus inconcusse sicut a bonis et religiosis uiris ditatus est permaneat. locis quoque et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet. quam quae futuris temporibus in ius ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus fidelium ac decimis aecclesiarum. absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti paginam et per beati Petri apostoli preceptionem sub testificatione Christi et ecclesiae ut nullus hominum de rebus seu fundis uel facultatibus aut decimis uel quibuslibet utilitatibus ad stipendia fratrum pertinentibus. uel ad hospitale pauperum uel ad portam hospitum pertingentibus aliquis subtrahat. uel cuiquam hominum in beneficium concedere audeat. Quicumque ergo hanc priuilegii nostri cartulam. quam auctoritate principis apostolorum firmamus et banni nostri uinculo constringimus. temerare temptauerit. anathema sit et iram dei omnipotentis incurrens a cetu sanctorum omnium extorris fiat. et nichilominus prefati monasterii dignitas a nobis benignissime indulta perpetualiter inuiolata permaneat. apostolica auctoritate subnixa. Quicquid autem idem uenerabile fuldense monasterium siue a regibus siue a ducibus seu a quibuscumque uiris religiosis et deum timentibus pro oblatione in possessionem accepit seu adhuc deo fauente quandoque est accepturum. siue in prediis uel siluis aut nemoribus. pratis. uillis. uiculis. molendinis. siue quibuslibet utilitatibus uolumus et precipimus et beati Petri apostoli precepto confirmamus ut

---

[3]) *quam quas.*

4 b. Dasselbe Privilegium in anderer Fassung bei Eberh. I, 32 ab.

Digitized by Google

semper inconuulsum ibi permaneat. et ad augmentum fratrum et ad consolationem pauperum et hospitum et ad reparationem edificiorum et comodationem luminum de die in diem succrescat.

Data pridie NON. NOUEMB. Imperante domino Constantino augusto. Anno XXX. II. imperii eius. Indict. V.

5. Preceptum Pippini regis Bonifatio traditum.

Juni 752?

Pippinus rex Francorum uir inluster. Bonifatio archiepiscopo. et legato germanico ab apostolica sede directo. Quia ueneranda paternitas tua nostram | excellentiam postulauit pro monasterio quod a te nouiter constructum est in solitudine Boconia iuxta fluuium Uuldaha in loco quem beatae memoriae Carlomannus | germanus noster legitima donatione tibi concessit. ut sicut ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum pro quo legatione fungeris. priuilegio sanctae sedis apostolicae | sublimatum esse constat. ita etiam nostre auctoritatis praecepto roboretur placuit nobis petitionibus tuis assensum praebere. et ideo hanc nostre praeceptionis | seriem ob honorem dei et uenerationem sancti Petri conscribi iussimus. per quam priuilegium sanctae sedis apostolicae a beato papa Zacharia tibi collatum cum consensu episcoporum | ceterorumque fidelium nostrorum. per omnia roboramus. praecipientes ut nullus sacerdotum in regno nostro diuinitus nobis concesso in praefato monasterio dicionem aliquam sibi uindicet. praeter sedem apostolicam. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus. nec missarum ibidem sollemnia quisquam celebrare praesumat. sed iuxta id quod subiectum constat apostolicae sedi. firmitate priuilegii inconcusse roboratum permaneat. locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet. quam quae futuris temporibus iuri ipsius monasterii diuina pietas augere uoluerit. ex donis et oblationibus decimisque fidelium. absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. si autem quispiam huic nostre auctoritatis praecepto repugnare uoluerit. sententiam apostolicae districtionis quae in priuilegio expressa est experiatur. et tamen hoc quod ob amorem dei et uenerationem sancti Petri. nostra auctoritate firmauimus stabile permaneat. manu nostra roboratum et tam anuli nostri impressione quam fidelium nostrorum adstipulatione subnixum. Signum ✝ Pippini gloriosissimi regis. ✝ signum Bonifatii archiepiscopi. ✝ signum Burghardi episcopi. ✝ signum Uuillibaldi episcopi. ✝ signum Lul episcopi. ✝ signum Eoban episcopi. ✝ signum Cilimanni episcopi. ✝ Folcremmi presbiteri. ✝ signum Megingozi presbiteri. ✝ signum Throandi prefecti ✝ signum Liutfridi prefecti. ✝ signum Hrunzolfi prefecti. ✝ Hroggonis prefecti. ✝ signum Orentiles. ✝ signum Thacholfi. ✝ signum Uuichingi. In dei nomine Baddilo recognouit et (R und rechts etwas höher S).

Data mense iunio [1]) anno II [2]) regni nostri. Actum Attiniaco palatio publico in dei nomine feliciter amen.

---

5. OU. und ein CU. aus dem 10. Jahrh.; E. I, 74 nb; auch bei Othlo 2, 20. Schann. Dioec. 234, 2; Vindic. tab. 3. [1]) Eberh. *Julio.* [2]) Diese Zahl ist mit schwärzerer Dinte gemacht und corrigirt. Ursprünglich stand an der Stelle ein Wort, welches ausradirt ist und von dem man noch den letzten Buchstaben, ein *o*, deutlich erkennt; die davor stehenden Striche sind die letzten Züge eines *m*, so dass das ausradirte Wort *primo* gewesen sein mag. Und dies hat Schannat in seinem Abdruck und in dem Facsimile gegeben. Es bleibt aber zweifelhaft, ob diese Correctur erst nach seiner Zeit gemacht ist; denn schon die Copialurkunde hat: *anno secundo* und auch Eberhard mit Ziffern: *anno II.*

Digitized by Google

6. Kartula uenditionis Adalprahti de Uuormacinse.

Domino sancto et apostolico patri Bonifatio episcopo ego Adalberctus. constat me 753, 18. Ianuar.
nulli cogentis imperio sed proprio uoluntatis arbitrio uobis uendidisse et ita uendidi uineam unam infra murum ciuitatis Mogontiae publicae quod suut adfinis de una parte sancti Martyni et de alia parte murus ciuitatis et de tertia parte mei ipsius et de quarta parte uia publica. similiter dono aliam uineam foris murum ciuitatis Mogontiae in uilla nominata Prittonorum quod sunt adfines de una parte sancti Maximini et de alia parte Gundrati et tertia parte Baldrati quarta parte uia publica. et accepi a uobis in pretium iuxta quod mihi conplacuit atque conuenit inter auro et argento libras XV. et VII. uncias et prefatas uineas uobis presentialiter tradidi possidendum. ea ratione ut ab hac die habendi teneudi possidendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse uon credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc uendicionis kartam uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sauctorum excommuuis appareat. Insuper autem soluentem iuxta poenam seculi auri uncias duas argenti poudera IIII. et quod repetit euindicare uon ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta uendicio sub die XVIII ianuar. anno primo regni domni Pippini regis. † sign. Adalprahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Adalprahti † Otacri † Irminsuuindae † Theotheri † Hrihbaldi † Sigibaldi † ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi.

7. Priuilegium Stephani papae Sturmioni abbati concessum.

Stephanus episcopus seruus seruorum dei dilectissimo filio Sturmioni uenerando 753,25 April.
abbati monasterii sancti saluatoris quod situm est in Boconia super ripam fluminis Fuldae salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam semper sunt concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis. oportet ut deuotioni conditoris piae constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis non negetur. maxime his locis quae nostrae apostolicae sedi specialiter subiecta sunt. Quapropter decreuimus ut locum tuum fuldense scilicet monasterium quod uenerabilis frater noster Bonifacius archiepiscopus construxit et dedicauit omnibusque bonis ditauit in nostra semper habeamus defensione romana et apostolica auctoritate munitum. tum propter instıciam. tum propter beatissimi fratris nostri Bonifacii uotiuum desiderium. qui tam te quam ipsum cum fratribus locum in nostra romana commeudauit defensione. Igitur quia postulasti a nobis quatinus prefatum monasterium sancti saluatoris priuilegio apostolicae auctoritatis decoretur. ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus aecclesiae constitutum nullius alterius aecclesiae iuris ditionibus summittatur. idcirco piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcimur deuoto effectui mancipamus. Et ideo omnem cuinslibet aecclesiae sacerdotem in prefato monasterio ditionem quamlibet habere preter apostolicam sedem prohibemus. ita ut nisi ab abbate fuerit inuitatus. nec missarum ibidem sollempnia presumat celebrare. locus autem idem simul cum rebus et

---

6. C. 27a, 55. Hd. a. Tr. 2.

7. E. I, 33ab. Brower 3, 8. Schann. D. 235, 8. Vindic. 12. Die Indiction ist falsch; nach den Regierungsjahren Stephan's und Pippin's habe ich die Urkunde in das Jahr 753 gesetzt. Schannat, welcher ein anderes, unvollständiges Datum giebt, setzt sie in das Jahr 769; dies ist aber schon deshalb unrichtig, weil aus dem Inhalte hervorgeht, dass Bonifatius damals noch lebte.

Digitized by Google

hominibus tam eis quae moderno tempore tenet quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina uoluerit pietas augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Precipimus etiam tibi cunctisque tuis successoribus abbatibus eiusdem monasterii per diuini nominis intemerandam reuerentiam et per eam quam nobis et Christo debes obedientiam. ut locum tibi commendatum omni studio et diligentia excolas res et facultates monasterii sub dei timore conserues et nihil ex his quae deo sunt oblata et consecrata cuiquam laico uel clerico in beneficium concedas uel prestes. sed omnia in seruicio dei et edificiis monasterii et consolationibus pauperum et hospitum deuote ac fideliter dispenses. fratres tuos secundum regulam sancti Benedicti dirigas atque prouideas. et curam animarum tibi commissarum semper intendas. Constituimus quoque per huius decreti paginam ut quicumque cuiuslibet dignitatis predita persona hanc nostri priuilegii cartam quam auctoritate principis apostolorum firmauimus temerare temptauerit. anathema sit. et iram dei omnipotentis incurrens a cetu sanctorum omnium extorris existat. et nichilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

Data .VII. kal. mai. indictione XII. Stephano papa .II. imperante Pippino .II.

8. Kartula Leidrati comitis.

755, 31. August. Domino magnifico fratri Lulloni episcopo in Christi nomine ego Laidratus comis. fingit mos legum ut iura sunt inter emptorem et uenditorem ut sollempni scriptura firmetur et nec detrahendi nec repetitio conparandi alicui esse uideatur formido. ideo uendidimus tibi intus muro Mogontie ciuitatis publice aream unam. hec sunt adfines de una parte Adalprahti de alia parte Folcholti tertia parte fluuius Rin quarta parte uia communis sicut inter nos conplacuit atque conuenit ut inter auro et argento probatas atque pensantes numero de pretio sancti Bonifatii martyris libras III. dedimus tibi. ita tamen ut hac die habendi donandi uendendi seu commutandi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. et quod fieri non credo si quis ex hoc ullo umquam tempore uoluerit inpulsare aut infestare. nouere [1]) a me uel ab heredibus meis uobis uel heredibus uestris tantum et alterum tantum uel quantum ipsa res meliorata ualere poterit se esse redditurum. stipulatione firmitatis subnixa. facta uendicio sub die II. kal. septembris. anno II. regni domni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Laidrati comitis qui hanc uendicionem scribere rogauit. † Irminsuuindse † Reginolt † Otacar † Hariberaht abbas † Getto † Uuilliheri † Liubilo.

9. Kartula traditionis Eggiolti de Uuormacinse.

756, 15 Iun. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro immensis peccatis et debitis offero tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris perspicit sed deuotionem offerentis. ideoque ego Eggioltus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis in futuro ut ueniam aliquam promerire merear dono pro remedium animae fratris

---

8. C. 23a, 46. Hd. a. Tr. 3. [1]) vergl. Nr. 26.
9. C. 17b, 34. Hd. a. Tr. 4.

Digitized by Google

mei Hiltuuini ad monasterium sancti Bonifatii quod constructum est in pago Grapfeld super fluuium Fulda in pago Uuormacinse in uilla Truhtmaresheim hereditatem meam quam mihi pater meus moriens et fratres mei dereliquerunt id est domibus aedificiis ecclesia .I. accolabus mansis casis terris araturiis campis uineis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus cultum seu incultum mobilibus et immobilibus omnia quae ibidem uisus fui habere excepto .I. uinea et mancipia his nominibus Altolah Adalhilt Geruuig et Berahttraht Adalhart Gotahart Uuolfram Fridulf Hiltiram Uuillileih Otger Ratilo Ratolt. et simili modo dono siluae portionem nostram in loco qui dicitur in pago Nafinsie ad Bibarahu totum et integrum a die presente ad predicto monasterio. iam dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis seu quislibet ulla opposita extranea persona qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat insuper soluentem ad predicto monasterio auri uncias .V. argenti pondera .X. et quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die XV. iunii. anno .III. regni domini nostri Pippini regis Francorum. ego Uuolframnus manuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. sign. † Eggioltus qui hanc donationis kartam fieri rogauit. † Hatto comes. † Folcbraht † Adalpraht † Uuillipraht † Otachar † Grimbert † Hluduuin † Hadupraht † Gerolt † Uualuram † Flanbert †.

10. Kartula Otacri de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 714, 17. Iuni.
peccatis et debitis offero sceleribus tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis perspicere quam quantitatem muneris. ideoque ego Odacrus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam merear dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri quod constructum est in silua Bochonia super ripam fluminis Fulda quod construxit sanctus Bonifatius hoc est quod dono uineam .I. in pago Uuormacinse in uilla Uuacharenheim cui sunt adfines de una parte Raganperdi de alia parte Nordperdi fratris mei. tertia parte Adalperdi et Raganperdi quarta parte Gundperdi et Theotperdi totum et integrum a die presente ad iam dicto monasterio sancti saluatoris et sancti Petri. iam dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita extranea persona qui contra hanc [donationem] uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. et insuper soluentem ad predicto monasterio auri uncias .V. argenti pondus .X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio haec sub die XV. kal. iul. anno .III. regni domui nostri Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi. ac notaui diem et tempus quo supra. sign. † Odagri qui hanc traditionem fieri rogauit. † Nordperdi † Landsuuindae filiae eius † Hariperdi clerici † Hattoni † Raganperdi † Adalperdi.

---

10. C. 172, 33. Hd. a. Tr. 5.

Digitized by Google

11 a. Kartula Rantulfi de Uuormacinse.

4 754. 22. Iuli. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Rantulfus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus martyr sacro requiescit corpore. hoc est quod dono uineam .I. in pago Uuormacinsae in uilla Batenheim haec sunt fines de una parte sancti Martyni de alia parte sancti Martyni tertia parte uia quarta parte Isangeri totum et integrum a die presente supra dictam rem teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit. iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat supra dicto monasterio auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat. facta donatio haec XI kal. aug. anno .III. regni domni imp. Pippini. ego Uuolframnus scripsi. † Rantulfi qui hanc traditionem fieri rogauit † Voto comis. † Adalpraht † Uuillipraht † Flanprahi † Otacar † Hunpraht.

11 b. Kartula Rantulfi de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et diuitiis [1]) offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque Rantulfus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquod promerire [merear]. dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri quod domnus Bonifatius construxit ubi ipse domnus requiescit in corpore in Bochonia super fluuio Fulda hoc est quod dono uineam unam in pago Uuormacinse in uilla nuncupante Pattenheimo marca quod sunt adfines de una parte sancti Martyni et de alia parte sancti Martyni tertia parte uia communis quarta parte Isincramnus totum et integrum a die presente ad iam dicto monasterio sancti saluatoris iam dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis uel quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire aut inrumpere uoluerit primitus iram dei omnipotentis et trine magestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper soluentem ad iam dicto monasterio sancti saluatoris auri uncias .V. argenti pondera .VII. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio ista omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. actum Mogontie ciuitate publice facta donatio sub die XI. kalendas aug. anno IIII. regni domni Pippini rege. ego Uuolframnus magocensis rogatus scribsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Rantulfi qui

---

11 a. C. 27 b. Hd. a. Tr. 6.

11 b. C. 12 a, 21. Hd. a. Tr. 10. Diese Urkunde ist offenbar nur eine andere Fassung der vorhergehenden; es bleibt jedoch unentschieden, in welcher von beiden die Jahreszahl verschrieben ist; wenn hier das richtige Jahr angegeben ist, so gehört die Schenkung in das Jahr 757, wohin sie auch Schannat gesetzt hat, obschon mit einem Fehler im Datum. [1]) L. *debitis*.

Digitized by Google

hanc donationem fieri rogauit † sig. Voto comis † sig. Adalbertus † sig. Uuillibertus † sig. Flanberctus † sig. Otgart † sig. Hunbraht.

12. Kartula traditionis Leidrati comitis de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exígua sunt que pro inmensis et 736, 28. Juli. U
peccatis et diuitiis [1]) offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Leidratus comes sana mente sanoque consilio pro mális peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod constructum est in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse Christi martyr sacro requiescit in corpore. hoc est quod dono uineam .I. in pago Uuormacinse in uilla nuncupante Deinenheim. cui sunt adfines de una parte [2]) et de alia parte tertia parte quarta parte totum et integrum a de presente ad predicto monasterio sancti saluatoris supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse quod absit aut aliquis de heredibus meis uel proberedibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donatione uenire aut eam iurumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et trinae maiestatis et ab omni loca sanctorum excommunis appareat insuper autem soluentem ad predicto monasterio auri uncias .V. argenti pondera X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogontie ciuitatis publice. facta donatio sub die X. kal. augustas anno .III. regni domni Pippini regis Francorum. Ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. sig. †Leidrati comitis qui hanc kartulam traditionis scribere rogauit † Voto comes. † Otacar † Uuillipertus † Adalpertus † Rantulf † Ratharii.

13. Kartula Nordprahti de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae [pro] inmensis 736, 31 Juli.
peccatis et diuitiis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Nordpraht sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri quod est constructum in pago Grapfeld super ripam fluminis Fuldae ubi ipse sanctus martyr Bonifatius corpore requiescit. hoc est quod dono uineam unam in pago Uuormacinse in uilla Uuacharenheim. cui sunt ad unum latus uinea Odacri alio latere ipsius Otacri tertio iterum Odacri quarto latere domni regis Pippini totum et integrum a die presente ad supra dicto monasterio sancti saluatoris prenominatam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu quislibet opposita persona extranea qui contra hano donatione uenire aut

12. C. 18a, 35. Hd. a. Tr. 7. [1]) L. *debitis*. [2]) Die Lücken sind von dem Abschreiber nicht ausgefüllt.
13. C. 19b, 39. Hd. a. Tr. 9. Schannat hat eine falsche Jahreszahl.

Digitized by Google

eam inrumpere uoluerit inprimitus iram trinae maiestatis et dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. Insuper haec soluentem iuxta poenam seculi ad iam dicto monasterio auri uncias duas argenti pondera X. multa conponat. et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnexa. facta donatio hec sub die pridiae kal. augustas anno .III. regni domni Pippini regis Francorum. ego Unolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Nordprahti qui hanc donationem scribere rogauit. † Otacri † Adalprahti † Reginprahti † Hariprahti clerici.

14. Kartula Adalberti de Uuormacinse.

737, 30. Juli. In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Adalbertus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri quod est constructum in Bochonia super fluuium Fulda quod sanctus Bonifatius construxit ubi ipse domnus sacro requiescit in corpore hoc est quod dono uineam unam in pago Uuormacinse in uilla nuncupante Uuacharenheim quae est adfinis de una parte Hrodachari de alia parte Liutfridi tertia parte Hariberti clerici quarta parte uia publica. similiter dono uineam unam in ipsa marca Uuacharenheimo. quae est adfinis de una parte sancti Martini de alia parte Hruodhohi tertia parte [1]) quarta parte totum et ad integrum a die presente ad iam dicto monasterio sancti saluatoris supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae magestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. et insuper soluentem ad predicto monasterio sancti saluatoris auri uncias .V. argenti pondera .X. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. facta donatione sub die .II. kal. augustas. anno IIII. regni domni Pippini regis. ego Uuolfhramnus mogocensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sig. Adalberahti qui hanc donationem fieri rogauit. † sign. Otacri † sign. Ragenberctus † sign. Haimoni † sign. Nordhercti † sign. Uuillisuuindae coniugis suae † sign. Odilprahti † sign. Liutsuuinda † sign. Uuolfprahti.

15. Karta traditionis Otun de Uuormacinse.

In dei nomine ego Ota deo sacrata sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod est

---

14. C. 13b, 25. Hd. a. Tr. 8. [1]) Die Lücken sind nicht ausgefüllt.

15. C. 26b. 54. Hd. a. Tr. 16. Schannat hat ein Datum hinzugesetzt, wovon in der Handschrift nichts steht, so dass die Zeit der Schenkung unbekannt bleibt. Die Urkunde steht jedoch mit der folgenden in Verbindung und ich habe sie vorausgestellt, da Ota die Mutter des Ratharius ist.

Digitized by Google

constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit in corpore. hoc est quod donamus in Pingu marca aream .I. cum casa et aedificia in quibus ego uisus sum habitare. hec sunt adlateres de una parte strata de alio latere Pippini regis tertio latere Hagilgaucii comitis et dono seruum meum nomine Thancrat cum uxore sua et infante uno Ratlind Erchenrat et dono in ipsa marca quicquid proprietatis habeo id est terris uineis pratis siluis totum et integrum. ea scilicet ratione ut ab hac die habendi tenendi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationis kartam uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper autem iuxta poenam seculi inferat auri libram .I. argenti pondera IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta traditio in uilla Auromuntio quod est prope [litora] Hreni fluuii. ego Uuinibaldus presente Oda sacrata scripsi. † sign. Ota quae hanc donationem scribere petierunt † Ratharii filii Otun † Hariradi † Heberhardi † Ueleggisu † Gunthramni † Nagalhardi † Ratuuini † Uuilbercti † Hunbercti.

16. Traditio Ratharii et Asperindae de Uuormacinse.

In Christi nomine ego Ratharius et coniux mea Asperin sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futurum ueniam aliquam promerire mereamur. donamus ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit in corpore id est in marcu Bodobigrinse ultra Hrenum ad Castrionis ariales cum casis uineis terris pratis siluis campis aquis aquarumque decursibus totum et integrum quicquid in supra dicta uilla proprietatis habemus. ea ratione ut ab hac die habendi tenendi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint rectores monasterii sancti Bonifatii liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat insuper autem soluentem iuxta poenam seculi ad predictum monasterium auri unciam unam argenti pondus II. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum in uilla Auromuncio quod est prope litora Hreni fluuii. Ego Uuinibald rogante Rathario et Asperina coniuge sua scripsi. † sign. Hratharii et coniugis eius qui hanc traditionem scribere petierunt. † Aginoni † Hrathadi † Hildani.

17. Kartula traditionis Herimoti de pago Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris 758, 22 Februar.

16. C. 26a, 53. Hd. a. Tr. 12. Auch hier hat Schannat ein Datum hinzugesetzt, welches die Handschrift nicht hat. Der Schreiber Winibald kommt nur in diesen beiden Traditionen vor.

17. C. 19a, 37. Hd. a. Tr. 13.

Digitized by Google

sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Herimot sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri et sancti Bonifatii. ubi ipse domnus corpore requiescit sacro quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda hoc est quod dono in pago Uuormaciuse in Teinenheimo marca uineam unam. cui sunt adfines de una parte Ermenfridi de alia parte Deodoni tertia parte Adalulfi quarta parte uia cum muro usque in uiam puplicam totum et integrum a die presente ad supra dicto monasterio sancti Bonifatii predictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse quod absit aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla persona opposita extranea qui contra hanc donatione uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper ad iam dicto monasterio auri uncias .II. argenti pondera .IIII. cum multa componat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat. stipulatione subnexa. actum Mogontie ciuitatis publice sub die VIII. kal. martias anno .V. regni domni Pippini regis Francorum. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Herimoti qui hanc donationem scribere rogauit. † Folcholti † Herirato filio suo. † Irminhilt † Sigimunt † Folchart † Uuillihart † Danghilt † Pachilt † Folmot.

18. Kartula uendicionis Rincholfi et Agiloni de Magontia.

756, 19. Mai. Domino magnifico Uuinoni seruo sancti saluatoris de monasterio quod dicitur Fulda Rincholf. fingit mos legum ut iura sunt inter emptorem et uenditorem sollemni scriptura firmetur ut nec detrahendi nec repetitio comparandi alicui esse uideatur formido. et ideo uendidisse tibi constat et ideo uendidi aream unam cum casa intus murum Mogontie ciuitatis publice. quod sunt adfines de una parte sancti Albani de alia parte uia communis tertia parte Elloni quarta parte uia publica sicut inter nos conplacuit atque conuenit ut inter argento et caballis libras duas et tertiam dimediam. ita tamen ut ab hac die habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus qui contra hanc uendicione temptauerit aut inrumpere uoluerit. inferat ipso Uuinio auri uncias duas argenti pondera .II. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens uendicio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta uendicio sub die XV. kal. iunias anno .V. regni domni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Rincolfi et Agiloni qui hanc uendicionem scribere rogauerunt † Agiloni † Angilulf †.

19. Kartula Hratharii de Mogontia.

758, 29. Iuli. In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quautitatem muneris

---

18. C. 23 b, 47. Hd. a. Tr. 14.
19. C. 24 a, 49. Hd. a. Tr. 15.

Digitized by Google

sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Ratharius sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti saluatoris quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit in corpore. hoc est quod dono uineam unam intus murum Mogontie ciuitatis quod sunt adfines de una parte mei ipsius de alia parte Uualtharii tertia parte uia quarta parte uia publica. totum et integrum a die presente ad iam dicto monasterio supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationis kartulam uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inprimitus [iram] dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. Insuper autem iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cogente fisco auri uncias duas argenti pondera IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Facta donatio sub die .V. kal. augustas anno .V. regni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Ratharii qui hanc donationem scribere rogauit. † Uualtharii † Liutsuuindae † Meginsuuindae † Theotmari †.

20. Kartula Ratharii de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Ratharius sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad monasterium sancti saluatoris quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda quod domnus Bonifatius construxit. hoc est quod dono uineam .I. intus murum Mogontie ciuitatis. quod sunt adfines de una parte Mahthilde de alia parte murus ciuitatis tertia parte uia communis quarta parte Theotmari totum et integrum a die presente ad predicto monasterio sancti saluatoris supra dictam rem. habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper autem soluentem ad iam dicto monasterio auri uncias duas argenti pondera IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum in ciuitate Mogontie. facta donatio sub die II. kal. augustas anno V. regni domni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Ratharii qui hanc donationem scribere rogauit. † Uualtharii † Uuillisuuindae † Uuolfprahti † Theotsuuindae † Maginsuuindae † Hariprahti.

748, 31. Juli.

---

20. C. 25a, 51. Hd. a. Tr. 22. Schannat hat im Datum eine falsche Jahreszahl und setzt die Urkunde in das Jahr 765.

Digitized by Google

21. Karta Pippini regis de uilla qui nuncupatur Tininga.

760, Juni. Pippinus rex Francorum uir inluster [1]) | Nihil ut ait apostolus in hunc mundum intulimus nec dubium quin nihil ex eo | quicquam nobiscum auferre poterimus nisi quod ob animae salutis deuota mente locis sanctorum | deo inspirante inpertire uidemur ergo cognoscat magnitudo seu industria nestra quod nos propter nomen domini | uel aeterna retributione donamus a die praesente ad monastirio noncupante Fulda qui est constructus in hono|re sancti saluatoris quem sanctus Bonefatius a nono construxit opere ubi ipse praeciosus martyr corpore requiescit quin potius promptissima denotione tradimus uilla qui dicitur Thininga sitam in pago Rezi super fluuio qui uocatur Agira [2]) cum omni integritate quicquid ad ipsa uilla aspicere uel pertinere uidetur id est tam terris mansis cum hominibus conmanentes mancipiis siluis marcas uel fines campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus praesidiis quibuslibet adiaecentiis totum et ad integrum ut diximus a die presente ad ipso monastirio sancti saluatoris ubi ipse praeciosus martyr sanctus Bonefatius corpore requiescit super fluuio Fulda per hanc seriem traditionis pro mercedis nostrae augmentum donamus perpetualiter ad possedendum ita ut ab hac [3]) die rectores ipsius monastirii ipsa uilla qui dicitur Tininga [4]) cum omnibus adiaecentiis uel appendiciis suis ad profectum ipsius ecclesiae eam teneant et possedeant et usque in perpetuum eis proficiat in augmentum Et ut haec auctoritas firmior habeatur uel post tempora [5]) melius conseruetur subter eam firmauimus uel de anulo nostro sigillauimus.

Signum ✝ Pippini gloriosissimo rege

Hitherus in uice Baddilone (R)

Data in mensi iunio anno nono [6]) regni nostri actum Atiniago palatio publico.

22. Traditio Manolti in uilla Gohhusa.

760, 29. Iuli. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet sint parua et exigua quae pro inmensis peccatis meis et vitiis offero tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed denotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Manoltus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti saluatoris quod est constructum super fluuium Fulda ubi sanctus Bonifatius requiescit in corpore hoc est quod dono in pago Grapfelde in uilla cuius uocabulum est Gohhusa hereditatem meam quam pater meus mihi moriens dereliquit in areis terris araturiis campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus inculta seu culta mobilia et inmobilia sicut superius diximus totum et integrum a die presente ad iam dictum monasterium sancti saluatoris iam dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid inde facere uolueritis liberam ac firmissimam in

---

21. OU; das Siegel, welches sich rechts von dem Recognitionszeichen befand, fehlt. Tr. 19. Eine offenbar verfälschte Copie steht bei E. II, 7b und eine zweite, mit der Originalurkunde mehr übereinstimmende II. 24b. — [1]) E 1 giebt statt *uir inluster* folgende, später aufgekommene Formel: *cunctis principibus omnibusque regni sui fidelibus salutem et gratiam in Christo.* [2]) E 1 tradimus uillas tres *Logingen. Tiningum. Holzchirchun* sitas in pago *Rethe* super fluuium *Egera* et *Danubium* cum etc. E 2 tradimus uillam que dicitur *Otingen* sitam in pago *Recie*, iuxta fluuium qui nocatur *Egira*. [3]) O *abac*. [4]) E 2 *Otinga*. [5]) O *postempora* zusammen, woraus Schannat *per multa tempora* gemacht hat. [6]) Mit Boehmer habe ich die Urkunde in das Jahr 760 gesetzt.

22. P. 498. II, 11a. Tr. 18.

Digitized by Google

omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis et proheredibus et quaelibet ulla opposita persona extranea quae contra donationem istam uenire tentauerit aut eam infringere uoluerit inprimitus ipsam dei omnipotentis poenam incurrat et ab omni loca sanctorun excommunis appareat et insuper soluat ad iam dictum monasterium sancti saluatoris auri uncias V. argenti pondera X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio ista omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio sub die V. kalendas augustas anno VII. regnante domno nostro Pippino rege. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Manolti qui hanc donationem fieri rogauit.

23. Kartula Ratharii de Uuormaciuse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quc pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Rathariu sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear hoc est quod dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Bonifatii martyris Christi quod est constructum super fluuium Fulda aream .I. intus muro Mogontiae ciuitatis publicae quae est adfinis de una parte uia publica de alia parte Mahthildae tertia parte mei ipsi quarta parte puteus antiquus totum et integrum a die presente ad iam dicto monasterio supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper fisci dicionibus auri uncias V. argenti pondus X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio ista omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta donatio sub die kal. octubris anno VIII regni domni nostri Pippini regis. ego Uuolframnus mogocensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Hratharii qui hanc donationem fieri rogauit. sign. Heribrahti filii sui.

761, 1. October.

24. Traditio Hahberti et Hruadae.

Dum et nobis fuit pietas et dei uoluntas pro animae nostrae remedio nos bini Hahbertus et coniux mea Hruada a die presente portionem nostram tradimus in manum Styrmes abbatis et in manum Hruadlauge abbatissae in nostram elimosinam carradas duas. in summa sunt mancipia XII. mansoes duas in Geltresheim cum terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et in Hengistdorpfe terram quantum nobis contigit a die presente pro mercede animae nostrae donamus atque tradimus per manus illorum medietatem ad casam sancti Bonifatii martyris et medietatem ad casam sanctae Mariae quantum nobis genitores nostri dimiserunt et nos ipsi conloborati habemus donamus atque transscribimus et post nostrum amborum

768.

23. C. 15a, 28. Hd. a. Tr. 11. Schannat giebt ein falsches Jahr.
24. P. 498. II, 11b. Tr. 20.

Digitized by Google

discessum quantum conlaborauimus totum et integrum habemus donatum atque transscriptum ad ipsa loca sancta superius denominata. si quis uero quod futurum esse non credo quod si nos ipsi aut ullus de heredibus ac proheredibus nostris aut quaelibet opposita et inmissa persona quae contra hanc donationem et traditionem istam uenire aut inrumpere uoluerit inprimitus iram dei incurrat et a manibus sacerdotum et liminibus ecclesiarum excommunicatus appareat et insuper intulerit fisco sociante solidos CC. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed hec traditio firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum est ad Geltresheim in uilla publica anno XII. regnante domino nostro Pippino rege Francorum. Sign. Hahberti et Hruadlauge qui hanc traditionis chartam fieri rogarunt. † sign. Altthuringi † sign. Adalolti † sign. Megingozi episcopi † sign. Hrabaningi † sign. Gerbaldi † sign. Hruadharti † sign. Theotuuigi † sign. Rihberti † sign. Srangolfi † sign. Stahalolfi † sign. Althelmi † sign. Hramuolti † Leibolfi † Nendingi † Uuiganti. ego enim Sadrebaldus scripsi et subscripsi.

25. Kartula Uualurammi.

765, 25. Juni. In Christi nomine si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantiam pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in eterna beatitudine retribuere confidimus. ergo in dei nomine Uualurammus in amorem domini nostri Ihesu Christi et remisionem peccatorum meorum ut ueniam delictis meis consequi merear in futuro dono donatumque in perpetuum esse uolo ad basilicam sancti Bonifacii quae est constructa super fluuium Fulda in pago Lobadunensi in uilla quae dicitur Suuaboheim mansa una et de terra iurnales XXX et in ipsa uilla Suuaboheim uineam unam cui est ab uno latere terra Hartrichi ab alio latere uinea ipsius Uualurammi. et mancipia IIII. his nominibus Rihthrud cum infante suo Sigimunto et Otniuua et Friduuuina. ea scilicet ratione ut dum adnixero sub usu et beneficio tantum ea absque ullo preiudicio uel dominatione aliqua remanente dictae basilicae ea colere debeam. post meum discessum quandoquidem dominus hoc uult fieri supradicta ecclesia uel rectores illius hec omnia teneant atque possideant et liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc epistolam donationis nostrae infrangere uel inrumpere noluerit iram dei habeat sed insuper inferat partibus ipsius basilicae auri libras II. argenti pondera II. exsoluat. actum in Loboduna ciuitate publice sub die VII. kal. iulias anno XII. regnante domno Pippino rege † Uualurammi qui hanc donationem fieri rogauit † Uuarino comitis † Gunduuini † Gundprahti † Hartrichi † Tutoni † Gerprahti † Brunichoni † Sigiuuini † Drudprahti † Notbaldi presbiteri qui hanc donationem scripsi.

26. Kartula Leidrati comitis de Pingiu.

765, 28. August. Domino magnifico fratri Lulloni episcopo in Christi nomine ego Leidratus comes fingit mos legum ut iura sunt inter emptorem et uenditorem sollemni scriptura firmetur et non

---

25. C. 76 b, 206. Hd. a. Tr. 21.
25. C. 22 b, 45. Hd. a. Tr. 23.

Digitized by Google

detrahendi sed repetio conparandi alicui uideatur esse formido. ideo uendidimus tibi in pago Uuormacinse in loco qui dicitur in castro Pinginsie quod est constructum super fluuium Hrenum et super fluuium Naba id est domibus aedificiis accolabus uineis terris araturiis mancipia his nominibus. Plidolf Thetolf Agilolf Ratulf Hrihgoz Theoto Ota Godalthrud Baldina Ratsuuind Theothard Uuilliheri Hrihuuin Sigipraht Sigiboto Ernust Theotpraht Adalpraht Erlsoend[1]) Leobuuar Gaozolt Theotrud et campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus excultum seu incultum mobilibus seu inmobilibus quod genitor meus et genetrix mea morientes mihi dereliquerunt et quod germana mea mihi tradidit[2]) intus murum castello Pingense uel foris murum seu in ipsa marca et illa mancipia cum omni suppellectili eorum et cum omni integritate sicut nos uisi sumus habere omnia. et similiter dono in alio loco nuncupante in uilla que dicitur Thruhtmaresheim aream unam cum casa cum omni stabilitate. hec sunt adfines de una parte Hildoini[3]) de alia parte sancti Liutgarii tertia parte uia publica quarta parte iterum uia publica. et dono araturia iugera XXV. in ipsa marca Truthmaresheim sicut inter nos conplacuit atque conuenit inter auro et argento de pretio sancti Bonifatii martyris probatas atque pensantes numero libras XXXVII. dedimus tibi. ita tamen ut ab [hac] die habendi tenendi seu commutandi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. et quod fieri non credo si quis ex hoc ullo umquam tempore pulsare uoluerit aut fortasse[4]) euicerit nouerit[5]) a me uel ab heredibus meis uobis uel heredibus uestris tantum et alterum tantum uel quantum ipsa res meliorata ualere poterit se esse redditurum. stipulatione firmitatis subnixa. Actum Mogontie civitatis publice. facta uendicio sub die V. kal. septembris anno XII. regni domni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Laidratus comis qui hanc uenditionem fieri rogauit † sign. Irminsuuindae germanae eius † Chetoni † Bernharii † Uuilliharii † Liubiloni † Otacri † Rinoaldi †.

27. Kartula Bernharii.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Bernharius et coniux mea nomine Ualthaid et soror mea Hiltilauc sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear donamus ad monasterium sancti Bonifati quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit in corpore. hoc est quod donamus areas duas intus muro Mogontiae ciuitatis publice quod sunt adfinis de una parte fluuium Hrin de alia parte Isangarte tertia parte Geroaldi quarta parte uia communis. et de alia area hec sunt adfines de una parte Isangartane de alia parte Agilulfi tertia parte sancti Albani quarta parte uia publica et dono uineam unam intus murum Mogontie ciuitatis quod sunt adfinis de una parte murus ciuitatis de alia parte Aginoni tertia parte sancti Martyni quarte parte Berahttrichi. et aliam vineam foris murum Mogontiae ciuitatis quod sunt adfinis de una parte sancti Nigodimi de alia parte uia publica tertia parte

765, 18. December.

[1]) *Erlsuind?* [2]) Im Texte concedit und darüber *tradidit*. [3]) Hlodnuuint, darüber *hildoini*. [4]) infestare, darüber *fortasse*. [5]) nouere, und *it* über *e*.

27. C. 25b, 52. Hd. a. Tr. 25.

Digitized by Google

Immoni quarta quarte Irminoni. tertia uinea cui sunt adfines de una parte ipsius sancti Bonifatii de alia parte uia communis tertia parte Isangarte quarta parte sanctae Mariae. de quarta uinea hec sunt adfinis de una parte Uolfholti de alia parte Adololti tertia parte uia publica. de quinta uinea hec sunt adfines de una parte Gundprahti de alia parte Adalsuuinda tertia parte terra araturia. et dono prata in duobus locis foris murum ciuitatis Mogontiae in superiore Merisge et in subteriora. et dono in pago Uuormacinse in uilla Sauuuilenheim id est areis mansis domibus aedificiis accolabus uineis terris araturiis nisi excepto una uinea quem tenet Thanchulfus et mancipia his nominibus Nordolf Madalolf Aolmo Tahnerato Urgolf Adalfrida Ercanhilt Helidin Uuillimunt Liubila nona alia. totum et integrum post nostrum discessum ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationis [kartulam] uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. Insuper autem soluentem ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias .II. argenti pondera .IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogonziae ciuitatis publice. facta donatio sub die XV kal. ianuarias anno XII. regni domni Pippini regis. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sig. Bernharii et coniugis suae Ualthaida qui hanc traditionem fieri rogauerunt.

28. Traditio Pippini de Otmuntesstat.

766, Juli. Pippinus rex Francorum uir inluster et quia monente scriptura ita oporteat unumquemque constanter praeparare quatenus ueniente in conspectu superni iudicis illam merea|tur domini piam uocem audire quem omnes iusti ex bonis actibus erunt gauisi. quapropter nos salubriter ut credimus considerantes qualiter ex terrenis rebus quibus diuina misericordia nobis affluenter in hoc seculo | largire dignata est saltim uel in pauperibus ex hoc tribuere deberemus unde misericordiam ipsius adaepisci ualeamus. idcirco donamus nos pro animae nostrae remedium. uel bone memoriae germano nostro Carolomanno | quondam ad monasterium. Fulda. ubi domnus Bonefacius corpore requieseit uilla aliqua noncupante Autmundisstat [1]) qui ponitur in pago Moinigaugio. [2]) super fluuio Ricchina. cum omnibus terminis uel appendiciis suis. | ut cum omni integritate ad ipso monasterio uel monachis ibidem deseruientibus. seu luminaria ipsius ecclesia procuranda. uel stipendia pauperum ibidem praedicta uilla proficere debeat in aumentum. et ut melius dilectat ipsos | monachus pro nobis uel germano nostro seu subsequentem progeniae nostra die noctuque domini misericordia adtentius depraecare Igitur praedicta uilla. una cum terris domibus aedificiis. accolabus mancipiis saluis [3]) campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus. sicut supra diximus. cum omni integritate quicquid praesenti tempore nostra ibidem uidetur esse possessio pars praedicti monasterii huiusque [4]) rectores habeant teneant

---

28. OU. und eine CU. aus dem 10. Jahrhundert, welche mit *studuimus* schliesst; E. II, 24a mit unerheblichen Abweichungen; Schan. Tr. 27. Mit Boehmer habe ich die Urkunde ins Jahr 766 gesetzt. [1]) E *omenestat*. [2]) E *moynecgowe*. [3]) L. *situis*. [4]) In O steht *hu eusque* und die beiden Buchstaben *hu* sind durchstrichen; es könnte daher auch *eiusque* geschrieben werden, wie die Copialurkunde liest.

Digitized by Google

adque possedeant et ad ipsa casa dei in nostra aelymosina uel germano nostro usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse iure integro confirmata. et ut haec cessio firmior habeatur nos eam subter firmauimus uel de anolo nostro sigillare studuimus: (S) signum † Pippini gloriosissimi regis.

In dei nomine Baddilo recognouit (R)

Datum in mense iulio [a]) anno quinto decimo regni nostri Actum Aurilionis ciuitate publice In dei nomine Hitherius scripsit feliciter.

29. Kartula traditionis Eggiolti de Uuormacinse.

Uenerabili in Christo patri Sturnione abbati. ego Eggiolt cogitans pro remedium 767, 11. Mai.
anime fratris mei Hiltuuini uel pro aeterna retributione propterea dono ac trado traditumque in perpetuum esse uolo a die presente ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi tu presenti tempore abbas preesse uideris. hoc est quod dono in uilla Buchrolare in pago Uuormacinse duas curtiles cum casis cum terris ibidem adiacentibus et uineis seu pratis uel siluis in loco qui dicitur Ascae atque in Uuibileschiricha ad ipsas curtiles aspicientibus id est pratis pascuis aquis aquarumque decursibus sicut superius dixi pro anime Liutuuini donatum esse uolo propterea donationem rogaui scribere ut tu abba Sturni supra scriptam rem et successores tui habeant teneant possideant uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis aut ulla opposita persona extranea qui contra hanc kartolam donationis meae quam propter nomen domini fieri rogaui uel pro reuerentia ipsius loci uenire aut eam infrangere conatus fuerat iram trinae maiestatis incurrat et cum supra scripto sancto illo ante tribunal Christi deducat factiones. insuper autem inferat partibus ipsius monasterii dupla pecunia quantum ista res in se conteneat. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens epistola hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnexa. Actum Uuangiona ciuitate publice sub die V. idus maias anno XIIII. regnante domno nostro Pippino gloriosissimo rege. † sign. Aggioldi qui hanc donationem fieri rogauit † Altoni † Odalfridi † Hruotfridi † Gummundi † Regifridi † Adalmanni † Nordmanni † ego Hiaelo presbyter et amanuensis hanc kartolam donationis rogante Aggioldo scripsi.

30. Kartula traditionis Hariberti de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Haribertus clericus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquod promeriré merear dono ad monas-

---

[a]) E weicht hier auffallend ab und schreibt: datum *III. id. Februar.*

29. C. 21 b, 43. Hd. a. Tr. 26.

30. C. 12 b, 22. Hd. a. Tr. 24. Schannat hat die Jahreszahl im Datum geändert und XII statt XV geschrieben, weil dieses Jahr zu seiner Zählung nicht passt. Da man aber keinen Grund einsieht, warum das Jahr 15. falsch sein soll, so wird man die Regierungsjahre Pippin's von 752 an zählen müssen.

Digitized by Google

terio sancti Bonifatii martiris quod est constructum in silua quae dicitur Bochonia super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr sacro requiescit in corpore hoc est quod dono ad istud monasterium in pago Uuormacinse in uilla cuius uocabulum est Uuacharenheim uinea una et ipsa uinea facta est in illa terra quod mihi Nandharius tradidit pro solidis meis quod sunt adfinis de una parte Uuigharti de alia parte Nordhercti tertia parte Adalperdi quarta parte terra araturia totum et ad integrum a die presente ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii. iam dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus uel quislibet ulla opposita persona extranea qui contra cartolam donationis hanc uenire aut eam inrumpere uoluerit primitus iram dei omnipotentis et trinae magestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper soluentem ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias .V. argenti pondera .X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens kartula donationis omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogontie ciuitate publice sub die VIII. kal. octubris anno XV. regni Pippini rege. ego Uuolframnus mogocensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Haribercti clerici qui hanc kartolam donationis fieri rogauit scribere pro anime suc. † sign. Angilulfus. † sign. Adaloltus. † sign. Irminolfus. † sign. Hrothohus.

31. Traditio Folcrati et Agilolfi de Alsacinse.

770, 20. December. In Christi nomine si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantia pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus. ideirco in dei nomine Folcradus et Agilolfus in amorem domni nostri Ihesu Christi donamus illam rem quam Irminolfus nobis tradidit in pago Spirinse. hoc est in uilla Fridolfeshaim in Didineshaim in Ginnauhaim in uineis illam medietatem donamus ad sanctum Bonifatium ad monasterium quod dicitur Fulda pro animam ipsius Irminolfi hoc est quod ei legibus conuenit tam terris mansis domibus aedificiis accolabus mancipiis uineis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus omnem medietatem in illis locis superius denominatis trademus atque transfundimus. ea uero ratione ut ab hoc die ipse locus sanctus uel custodes eius haec omnia teneant atque possideant uel quicquid exinde elegerint ad faciendum liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi quod absit aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu qualibet persona calliditate commodus aut cupiditate preuentus contra hanc kartam donationis nostrae quod spontanea uoluntate propter nomen domini decreuimus uenire aut eam infrangere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et cum supra scripto sancto Bonifatio ante tribunal Christi deducat rationem. et insuper inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras .X. argenti pondera XX. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum Uuangiona ciuitate publicae sub die XIII. kal. ianuarias anno .III. regnante domno nostro Karolo rege. † Folcradus † Agilolfus qui hanc kartam donationis fieri rogauerunt. † Baugolfi comitis † Uuarinharii † Ermberctus episcopus † Gunduuinus † Ulfridus † ego iaelo presbiter et ammanuensis hanc kartam donationis scripsi.

---

31. C. 4a, 5. Hd. a. Tr. 32.

Digitized by Google

32. Traditio bonorum in Munirihestat et in Haboltesheim.

Dominus ac redemptor noster admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Egi et coniux mea Sigihilt donamus pro animae nostrae remedio donatumque in perpetuum esse volumus ad monasterium Fulda in pago Grapfeld constructum ubi uenerabilis uir Styrmi abbas cum turba plurima monachorum praeesse uidetur hoc est in loco nuncupante Munirihestat situm in pago Grapfeld et in Haholtesheim situm in pago Uuerangeuue quicquid ibidem ad nos noscitur peruenisse tam terris domibus aedificiis accolabus mancipiis quorum nomina haec sunt Unenilo Egilolf Reginolf Otunin Leobolf Megina Perahthilt Ezzilo cuius ad nos tertia pars pertinet. similiter Ruadbirge Uuonatheri Uuaho Adalger Abbo Managolt Ratuuar Himildrud Egina Liba cum uineis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus quicquid dici aut nominari potest totum et ad integrum ad praefatum monasterium in elimosinis monachorum ibidem habitantium et liberam ac firmissimam tenendi habendi et quicquid elegeritis faciendi in omnibus habeatis potestatem. Si quis uero quod futurum esse non credimus si aliquis de heredibus nostris et proheredibus contra hanc epistolam donationis nostrae uenire tentauerit aut eam infringere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et insuper iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras duas pondera argenti quinque et quod repetit euindicare non ualeat sed donatio nostra firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum sub die quinto kalend. ianuarias anno tertio regnante Karolo gloriosissimo rege Francorum. † sign. Eges qui hanc chartulam fieri rogauit † sign. Styrmi abbatis † sign. Theotperaht † sign. Hahperaht † sign. Rumpraht. 770, 28. December.

33. Kartula Hagunen Hardnandi Rathati.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quae pro inmensis [peccatis] et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque ego Haguno et Hartnand et Rathat et Gebahart et Ratheri et Hludunuin sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futurum ueniam aliquam mereamur donamus pro remedium animae Hagunoni ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum super fluuium Fulda in silua Bochonia ubi Sturmi abba fungit officium. hoc est quod donamus in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Zareganheim uineam .I. cui sunt adfines de una parte Anbercti de alia parte Rimhildis tertia parte sanctae Mariae quarta parte Hradhadi et fratrum suorum. simili modo donamus aliam uineam in Momonheimo uilla et in ipsa marca quod sunt adfinis de una parte Hattoni de alia parte domni regis Karoli tertia parte Hrathadi et fratrum suorum quarta parte Ratolfi et Hrodberti totum et integrum a die presente ad predictum monasterium ut habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu quislibet ulla opposita extranea persona qui contra hanc kartolam donationis uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca 771, 16. Februar.

---

32) P. 500. II, 14. Tr. 38.
33) C. 16a, 31. Hd. a. Tr. 28.

Digitized by Google

sanctorum excommunis appareat. insuper autem soluentem ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias .II. argenti pondus .X. multa conponat. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogontiae ciuitatis publicae. facta traditio sub die XIIII. kal. martias anno .III. domni Karoli regis Francorum gloriossimi. ego Uuolfhramnus rogatus scribsi ac notaui diem et tempus quo supra. sign. † Hartnandi † Gebaharti † Rathadi † Hratharii † Hluduuini † Hattoni † Maginharii † Flanbercti † Adalbercti † Odagri † Sindolti missis regis.

34. Kartula Baugulfi.

771, 26. Mai. Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est Fulda ubi domnus Bonifatius in corpore requiescit ubi Sturmi abba seu rector esse uidetur. Ego enim in dei nomine Baugulfus in amorem domini nostri Ihesu Christi et remisione peccatorum meorum dono ad ipsum monasterium donatumque in perpetuum esse uolo hoc est portionem meam in uilla Ginninheim quicquid proprietatis illic uisus sum habere et dominare totum et integrum quicquid Uuaningus ad beneficium habet id est Ello cum uxore sua et suis infantibus cum mancipiis et uineis et cum omni peculiare sua. ea uero ratione ut rectores supra dicti monasterii cum mansis mancipiis uineis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus habeant teneant atque possideant suisque posteris ad possidendum derelinquunt uel quicquid exinde facere uoluerint liberum in omnibus perfruuntur arbitrium. si quis uero quod facturum esse non credat si ego ipse quod absit aut aliquis de heredibus meis seu ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationis [kartulam] uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat insuper etiam fisco cogente inferat auri libras .III. argenti pondus .V. et quod repetit euindicare non ualeat sed ut presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnexa. Actum sub die VII. kal. iunias anno .III. regni domni Karoli regis. † sign. Baugulfi comitis qui hanc donationem fieri rogauit † sign. Irminulfi † sign. Ursoni † sign. Iringi † sign. Uuarinharii † sign. Gunduuini † sign. Hruodbercti † sign. Ratulfi † sign. Hruodnandi † sign. Boboni † sign. Gotaberti clerici ego Geronus acsi indignus presbiter scripsi.

35. Kartula traditionis Lonbercti de pago Uuormacinse.

771, 1. August. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Lanbertus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam consequi merear dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Petri quod est constructum in silua Bochonia iuxta ripam fluminis Fuldae quod domnus Bonifatius construxit et ubi ipse nunc sacro requiescit in corpore. hoc est quod dono uineam unam in pago Uuormacinse in uilla nuncupata Pattenheim que cingitur his termi-

---

34. C. 15b, 29. Hd. a. Tr. 29.

35. C. 41a, 87. Hd. a. Tr. 30. Sowohl in der Ueberschrift als im Contexte hatte die Handschrift ursprünglich *flomb.*; das *f* ist aber ausradirt und im Texte ist das *o* in *a* verwandelt. Schon Eberhard in seinen Summarien 3, 83 las *Lamberti*.

Digitized by Google

nibus de una qarte sancti Martyni de alia parte eiusdem tertia parte sancti Liutgarii quarta parte Roccholfi totum et integrum a die presente supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper autem soluentem iuxta poenam seculi auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio ista sub die kal. augustas anno III. regni domni Karoli regis Francorum. ego Uuolframnus rogatus scripsi. † Ratprahti † Hartprahti † Reginprahti † Hrihbaldi † Adalprahti †.

36. Kartula Fruotuuini de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Fruotuuin sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr corpore requiescit sacro et uir uenerabilis Sturmi abbas pius preesse uidetur pater. hoc est quod dono ad supra dictum monasterium sancti Bonifatii in pago Uuormacinse in uilla cuius uocabula est Patroniuilla seu in ipsa marca uineae .II. quod sunt fines de una parte Flambercti de alia parte Oduuini tertia parte Frauuirata quarta parte sancti Maximini. de alia uinea hoc sunt fines de una parte Grimbercti de alia parte uia publica tertia parte sancti Nazarii quarta parte eiusdem Freuuirata. et dono mancipium unum. nomine Haribert cum omni suppellectile suo. totum et integrum a die presente ad supra dicto monasterio. predictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationis kartam uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper iuxta poenam seculi soluentem ad predicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias .V. argenti pondera .X. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogontiae ciuitatis publice. facta donatio sub die XV kal. octubris. anno .III. regni domni Karoli regis gloriosissimi Francorum. Ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi ac notaui diem et tempus quo supra. † sign. Fruotuuini qui hanc kartulam donationis fieri rogauit. † Birinani † Baldhrichi † Pliddrudae † Bennoni † Baldhari † Hagiharii † Frauuirata † Anstrati † Sigihelmo † Frauuirata.

771, 17. September.

---

36. C. 22a, 44. Hd. a. Tr. 31.

Digitized by Google

37. Traditio Burgaradi in Hiruzfeld et Hnutilingen.

772, 17. Januar. Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego in dei nomine Burgarad presbyter dono pro animae meae remedio ut ueniam in futuro consequi merear dono per hanc epistolam ad monasterium sancti Bonifatii in pago Grapfeld constructo in loco nuncupante qui dicitur Fulda ubi Styrmi abbas cum turba plurima monachorum praeesse uidetur hoc est in locis nuncupantibus Hiruzfeld seu beogo in marca (?) et Nisartano et in Hnutilingum una hobunne. et in alio loco nuncupante Uuintgraba situm in pago Salageuui quicquid ibidem ad me noscitur peruenisse tam terris domibus aedificiis siluis campis pratis aquis aquarumque decursibus quicquid in hereditatem mihi conuenit ad praefatum monasterium in elimosinis et substantia monachorum ibidem habitantium Christo protegente uolo esse donatum atque firmatum ea scilicet ratione ut dum aduiuo ipsa hereditate sub uestro beneficio tantummodo absque ullo praeiudicio et deminutione aliqua ipsius monasterii per uestram precariam excolere debeam. et post meum discessum quandoque uobis placuerit uos et successores uestri in dei nomine perpetualiter recipiatis possidendum habendi tenendi et quicquid elegeritis faciendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si aliquis de heredibus meis aut ulla opposita persona ullo unquam tempore contra hanc epistolam donationis meae fieri decreuerit aut eam infrangere conatus fuerit iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras centum argenti pondo centum esse multandum et quod repetit quisquam euindicare non ualeat sed praesens epistola donationis et deuotionis meae firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum sub die XVI. kalend. februarias anno IIII. regnante Karlo Francorum rege.

38. Kartula traditionis Hrvodolti de pago Uuormacinse.

772, 12. Februar. Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego in dei nomine Hrodolt dono pro anime meae remedium ut ueniam in futurum consequi merear donatumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti Bonifatii in pago Grapfeld constructo ubi uenerabilis uir Sturmi abba cum turba plurima monachorum pius preesse uideatur hoc est in locis nuncupantibus Truhtmaresheim. Sulziheim. Uuihinheim. quicquid in his locis de alode parentum uel de qualibet adtracto ad nos noscitur peruenisse. tam terris domibus aedificiis accolabus mancipiis. hec sunt nomina mancipiorum. Herolf Hitto Macco, Albdrut Uuilligart Arclind. quicquit dici aut nominari potest totum et integrum sicut a nobis moderno tempore possidere uidetur ad prefatum monasterium in substantiam monachorum ibidem habitantium Christo protegente uolo esse donatum atque firmatum. ea scilicet ratione ut dum aduiuo ipsam hereditatem sub uestro beneficio tantummodo absque deminutione aliqua ipsius monasterii per uestram precariam excolere debeam. post meum uero discessum absque ullius iudicis interpellatione uos uel successores uestri cum omni re meliorata perpetualiter accipiatis possidendo habendi tenendi uel quicquid exinde eligeritis faciendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si aliquis de heredibus meis uel proheredibus uel quislibet ullo umquam tempore contra hanc epistolam donationis nostrae

---

37. P. 445, I, 1. Tr. 34.
38. C. 23b, 48. Hd. a. Tr. 35.

Digitized by Google

uenire temptauerit aut eam infrangere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et de consortio sanctorum separetur. et insuper iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras X. et argenti pondus .V. et quod repetit nindicare non ualeat sed hec epistola firma et inuiolata permaneat. Acta sub die .II. idus februarias anno IIII. regnante Karolo rege. † sign. Hruodolti qui hanc kartulam donationis scribere rogauit. † Albuuini † Erluuini † Eburharti † Uualtheri † Grimbercti † Gebaharti † Gerharti †.

39. Kartula Odacri de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque Odagrus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquod promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in loco qui dicitur Bochonia super ripam fluminis Fulda ubi ipse sanctus dei requiescit in corpore. hoc est quod donamus ad ipso monasterio sancti Bonifatii in pago Uuormacinse in uilla cuius uocabulum est Uuacharenheim curta dominicato et casa ubi ego manere uidear quod est ad una parte Theotgeri de alia parte uia puplica tertia parte iterum uia publica quarta parte uia publica. et dono hanc in ipsa uilla omnia medietate quem genitor meus et genetrix mea mihi moriens dereliquerunt et ego ipse conparaui aut de qualibet tracto aut de conparato mihi prouenit in areis mansis casis mancipiis uiniis terris araturiis campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus cultum seu incultum mobilibus et inmobilibus omnia quae in ipsa uilla seu in ipsa marca Uuacharenheim uisus fui habere medietate due pratis de conparato infra marca et in alia uilla cuius uocabulum est Sauuuilenheim hereditatem meam quam genitor meus et genetrix mea mihi moriens dereliquerunt in areis mansis casis mancipiis uineis terris araturiis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus cultum seu incultum mobilibus et inmobilibus omnia que ibidem uisus fui habere medietate dua nisi mancipia tertia partem totum et ad integrum. post nostrum uero discessum Odacro et coniuge sua nomine Hrŏdsuuinda et filia sua Lantsuuinda ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii predictam rem teneatis habeatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationis kartam uenire aut inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias .V. argenti pondus .X. multa conponat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens kartula donationis omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum Mogontia ciuitate publicae sub die VII. kal. martias. anno IIII. regni domni imper. Caroli gloriosissimi regis Francorum. ego Uuolframnus notarius magocensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Odacri qui hanc kartulam donationis fieri rogauit. † sign. Lantsuuinde filia sua † sign. Hattoni comitis † sign. Adalbercti † sign. Hruduuini † sign. Rindolti † sign. Grimberti † sign. Hluduuini † sign. Herimoti † sign. Flambercti † sign. Meginhohi † sign. Vodilbercti † sig. Uualtbercti † sign. Uuelarammi.

772, 23. Februar.

39. C. 10b, 19. Hd. a. Tr. 36.

Digitized by Google

Hec sunt mancipiorum nomina in traditione Otacres. Irmunt Truogo Ermberct Beldrih Theotuuar Gerbald Hruoduuin Hruodlind Hiltimund Uuarburg Uuentil Lantsuuind Uuigthrud Gundplat Hrihuuin Gozdrud Gundrat Giso Uuigbrun Ratolf Brunger Otuuar Uuerdolf Libolf Reginolf Gisa Theotleih Hiltolf Uuanhilt Sara Hilo Hruodin Hrihsuuind Elhrih Hruotthrud Tagasuuind Anduuart Folcgard Suuidburg Betta Stadolf.

40. Kartula traditionis Hartmunti de Uuormacinse.

772, 3. Mai

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Hartmunt sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad monasterium sancti saluatoris et sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Christi Bonifatius corpore requiescit et ubi Sturmi preesse uidetur abbas. hoc est quod dono in pago Uuormancinse in uilla Truthmaresheim id est mansis casis uineis terris araturiis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mancipiis totum et integrum quicquid ibidem proprietatis uisus fui habere a die presente ad supra dicto monasterio supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum non esse credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire aut eam inrumpere uoluerit. inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et trinae maiestatis. insuper autem iuxta poenam seculi inferat ad predicto monasterio auri uncias .V. argenti pondera .X. et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die V. nonas maias anno IIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra † sign. Hartmunti qui hanc kartulam traditionis scribere rogauit. † sign. Hattoni comitis † Otacri † Sindolti † Hruoduuini † Hluduuini † Uuitharii † Albuuini † Ualtbercti † Grimbercti † Ualuramni †.

41. Praeceptum Caroli de Omenstat.

772, 3. November.

Carolus rex Francorum uir illustris et amator ecclesiarum. Cum nos in dei nomine Longario uilla uua cum optimatibus uel pontificibus seu illustribus uiris ducibus comitibus ceterisque regni principibus sederemus. ad uniuersorum causas audiendas. rectaque iudicia terminanda. ueniens uir uenerabilis Sturmi abba de monasterio Fuldensi. ubi sanctus Bonifacius martir corpore quiescit. hominem quendam Dagaleichum nomine interpellabat coram rege. quare

---

40. C. 20a, 40. Hd. a. Tr. 38.

41. E. II, 67a. Es ist eine etwas veränderte Fassung der verloren gegangenen Originalurkunde, von welcher Schannat H. F. II, 79, 5 ein Bruchstück aus einer Abschrift mitgetheilt hat. Auffallend ist es, dass der Angeklagte hier einen ganz anderen Namen führt; bei Schannat heisst er *Sindeus*. Aus Schannat's Abdruck habe ich das Datum beigesetzt, welches bei Eberhard fehlt.

Digitized by Google

illas res in loco qui dicitur Omeustat quem domnus et pater noster Pippinus per suum preceptum ad monasterium sancti Bonifacii donauerat. unà cum adiacentiis et ad se pertinentibus rebus malo et iniquo studio detineret et ab utilitatibus ęcclesię suę prohiberet. Sed ipse Dagaleih presens stare iubebatur. causamque illatam nullatenus poterat denegare. nec iustam quiuit obtendere rationem propter quid res nominatas habere posset. Statim rege et omnibus qui aderant cogentibus abdicatas cum iuramento ipsas res restituit. et reconsignauit iniuste oblata abbati prefato sanctoque martiri Bonifacio. et proiecta festuca ut mos est promisit se ulterius non intromissurum. Proinde nos talia una cum fidelibus nostris iudicauimus sufficere uadium et obsidem ab ipso Dagalego suscipere. ne se ulterius de bonis sancti Bonifacii intromitteret. Volumus ergo atque iubemus ut dominus Sturmi abbas res sancti Bonifacii a nobis et patre nostro traditas possideat. teneat. et utatur secundum indigentiam monasterii et fratrum suorum nullusque postmodum impediat uel contradicat prefatas res cum omni utilitate sua.

[Actum quod fecit mense nouembrio die III. in anno IIII. regni nostri. Thiotgaudus recognouit et subscripsit.]

42. Traditio Hruodbaldi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque ego Hruodbaldus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in silua Bochonia hoc est quod donamus in pago Nainse in uilla Hrocchesheim area una cum casa ubi ego intus manere uideor. hec sunt fines de una parte Rotpoten de alia parte Uuitharii tertia parte ipsius sancti Bonifatii quarta parte Hrihboto et dono in ipsa marca terrae araturiae iugera XV. et prata ubi foeni crescere possunt carradae VIII. et dono uineam unam in ipsa uilla. hec sunt fines de una parte sancti Petri de alia parte Hrodpoto tertia parte silue donamus portionem nostram totum et integrum quicquid habemus post nostrum discessum ad iam dicto monasterio sancti Bonifatii supradictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum se excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondera IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio sub die V. nonas martias anno V. regni Karolis. ego Uuolframnus scripsi. † Germunti † Adalharti † Gerbaldi † Albuuini † Rotholdi qui hanc donationem fieri rogauit † Blidthrudae coniuge sua † Uuitharii † Hartfridi † Ualtharii † Hruodingi. 773, 3 März.

---

42. C. 70b, 312. Hd. a. Tr. 39.

Digitized by Google

43. Kartula traditionis Adalfrides et coniugis sue Songartae de pago Uuormacinse.

773, 3. Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et diuitiis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Adalfrid et coniux mea Songart sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire mereamur. donamus pro animas nostras ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super ripam fluminis Fuldae ubi ipse sanctus dei martyr Bonifatius corpore requiescit sacro et ubi Sturmi abbas fungit officium. hoc est quod donamus ad supra dicto monasterio areas duas intus muro Mogontiae ciuitatis publicae una cum casa. hoc sunt fines de una parte Gundrata de alia parte sancti Martyni tertia pars est quod ego dedi quarta parte uia publica. de altera area quod sunt fines ipsius sancti Bonifatii de alia parte domni regis Karoli. et donamus uineas duas in monte Prittonorum seu in marcu Mogontie portionem nostram id est tertiam partem. et aream unam in uilla Brittanorum. et donamus uineam unam in uilla cuius uocabula est Nubenheim uel in ipsa [marca?] quod sunt fines de una parte Odacri de alia parte Bernharii tertia parte uia publica quarta parte Gaganharti et simili modo donamus mancipia hec nominibus Ratsuuind Agiheri Offa Gerlind Uuillifrid totum et integrum. post nostrum uero discessum amborum supra dictam rem rectores monasterii huius habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum non credo si ego ipse quod absit uel aliquis de heredibus meis seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donatione uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis [incurrat] et ab omni loca sanctorum excommunis apparcat. insuper autem iuxta poenam seculi inferat ad predicto monasterio sancti Bonifatii auri uncias II. argenti pondera V. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnexa. facta donatio hec sub die V. nonas maias anno V. regni Caroli regis Francorum. † sign. Adalfridi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Songarta uxoris suae. † Unalaramni † Aggiolto † Rihholto † Harifrido † Ratgiso † Ansbercto † Uuillihario † Adalbercto †.

44. Traditio Neriperahti in Nordheim.

774, 6. März. Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Neriperaht et coniux mea Râtburg per hanc chartulam donationis siue testamentum dono ad sanctum Bonifatium martyrem qui in corpore quiescit in pago Grapfelde siue in monasterio quod dicitur Fulda et ubi Sturmi abbas praeesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolumus et promptissima uoluntate confirmamus hoc est in pago Grapfeld et in loco nuncupante Nordheim post obitum nostrum quicquid in hereditatem nobis conuenit. omnia tradidimus ad sanctum Bonifatium cum terris domibus aedificiis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus cum mancipiis et haec nomina eorum Hruadaloh Perathilt Waltthrud Gozfrid Adaluuart. sicut superius

---

43. C. 21a, 42. Hd. a. Tr. 40.
44. P. 499. II, 13. Tr. 41.

Digitized by Google

diximus post obitum nostrum haec omnia tradimus atque transfundimus ita ut habeatis potestatem habendi tenendi commutandi uel quicquid exinde elegeritis liberum arbitrium habeatis stipulatione subnixa. Actum sub die pridiarum martii nonarum anno VI. regnante Carolo rege Francorum. † sign. Neriperahti et coniugis eius qui hanc traditionis chartulam fieri rogauerunt. † Ratburge † Maraholt † Rihperaht † Pirnicho † Reginperaht † Hramperaht † Uuolfmunt † Otrih † Helmerih † Engilrih † Hegilo † Cunirih † Hitiperaht † Albarat † Rimis † Buobo † Hrunduuig † Milo † Germar.

45. Kartula traditionis Otacres et coniugis eius de pago Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque ego in dei nomine Otacar et coniux mea Hruodsuuind sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear. donamus ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi supra [dictus] martyr Christi Bonifatius corpore requiescit sacro et ubi Sturmi abbas fungit officium hoc est quod donat coniux mea suam dotem quam tradidi illi ante diebus nuptiis id est in pago Uuormacinse in uilla Sauuuilenheim aream unam et uineam .I. et terrae araturiae iugera XLV. simili modo dono iterum in alia uilla Uuaccherenheim aream unam et uineam unam et pratum .I. et dono mancipia hec nominibus his Heimo Uuolfhilt Gerbraht Adalsuuind cum omni suppellectili eorum et integritate totum et integrum post nostrum et filiorum nostrorum discessum supra dictam rem habeatis teneatis possideatis uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem cum illa casa in Sauuuilenheim. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donatione uenire aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis et trinae maiestatis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. Insuper autem iuxta poenam seculi cogente fisco ad predicto monasterio inferat auri uncias duas argenti pondera V. et quod repetit cuindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio sub die V. nonas maias anno VI. regni domni Karoli regis gloriosissimi. Ego Uuolframnus emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Otachari et coniugis suae Hrôdsuuindae qui hanc kartam donationis scribere rogauerunt. † Uualuramni † Adalbercti † Odilprahti † Geilun † Elisabeth.

774, 3. Mai.

46. Immunitas Karoli regis.

Carolus rex Francorum uir illustris. omnibus fidelibus nostris tam presenti uita degentibus quam futuris. Maximum regni nostri augere credimus munimen. si beneficia oportuna prestantes loca ecclesiarum beniuola deliberatione consulentes. domino protegente stabiliter perdurare concedimus. Igitur cognoscat magnitudo utilitatis uestrę. quomodo nos appeticione uenerabilis uiri Sturmionis abbatis de monasterio Fuldensi ubi preciosus martir Bonifacius requiescit

774, 24. September.

---

45. C. 24b, 50. Hd. a. Tr. 42.
46. E. 1, 76b u. 77a. Diocc. 236, 4, mit Abweichungen.

Digitized by Google

in pago Graphelt super fluuium ipsius Fuldę. tale beneficium pro reuerentia ipsius sancti uel pro ęterna mercede uisi sumus concessisse. scilicet ut uillas ęcclesię domni Bonifacii. quas moderno tempore aut nostro aut cuiuslibet munere habere uidetur. uel quas deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas amplificare. nullus iudex publicus ad causas audiendas uel fredas [1]) exigendas quoquo tempore presumat ingredi. sed ipse predictus abba et successores sui propter nomen domini sub integrę emunitatis nomine ipsis locis suis ualeant dominari. studentes ut neque uos neque iuniores aut successores uestri aut ulla iudiciaria potestas quoquo tempore in uillas eorum ubicumque regni nostri ipsius ęcclesię aut regia aut priuatorum largitate collatas aut adhuc forsitan collaturas ad audiendas altercationes ingredi. aut fredas exigere. aut mansiones parare. uel fide iussores tollere presumant. sed quicquid exinde de ingenuis aut de seruientibus ceterisque nationibus quę sunt infra agros uel fines uel per terras predictę ęcclesię commanentes aut de freda aut undecumque poterit res sperare ex nostra indulgentia profutura. in luminaribus ęcclesię sancti Bonifatii per manus agentum eorum proficiat in augmentum. Et quod nos propter nomen domini et animę nostrę remedium seu nostra prosequente progenie plena deuotione indulsimus. nec regalis sublimitas nec cuiuslibet iudicum cupiditas refragare uel infringere temptet. sed ut presens traditio nostra tam presentibus quam et futuris temporibus inuiolata deoque adiutore firma permaneat precipimus et omnimodis obtestamur. Et ut hęc emunitas firmior habeatur et per labentia tempora melius conseruetur. de anulo nostro subter sigillauimus.

Signum (M) Karoli gloriosissimi Francorum regis.

[Frado ad uicem Lutherii recognouit.]

Datum VIII. kalendas Octobris. Anno sexto regni eius. [Actum Dura palatio regis feliciter [2]).]

47. Preceptum Karoli regis de electione abbatis.

774, 24. September.

Carolus gratia dei rex Francorum et Longobardorum uir illustris omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris. Oportet enim clementię regali. ut inter ceterorum peticiones sacerdotum debeamus benignum accommodare auditum. ut quod prae timore diuini nominis postulatur. ponatur procul dubio ad effectum. ut fiat mercedis coniunctio. quę pro quiete seruorum dei congrua impetitur petitione. quia fides perfecta non dubitat ad altissimi gratiam pertinere. quod secundum sacrum eloquium precipue domesticis fidei deuota mente impenditur. quia scriptum est. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Idcirco agnoscat mansuetudo seu strennuitas uestra. qualiter uenerabilis uir Sturmio abbas de monasterio fuldensi. quod constructum est in pago Graphelt in uasta solitudine Boconię in honore sancti Bonifacii martiris. ubi ipse preciosus domnus et sanctus corpore requiescit. clementiam regni nostri peciit. ut pro mercedis nostrę aucmento uel dei intuitu et diuina altissimi misericordia ad ipsum monasterium superius scriptum talem preberemus benignitatem uel concessionem. ut dum modo ipse Sturmis abbas cum plurima turma monachorum in ipso cenobio sub sancta regula conuersari uidetur. ita et deinceps inantea nostris et futuris temporibus ipsa congregatio sancti Bonifacii secundum ordinem uel regulam sanctam perenniter uiuere et conuersari debeat. ne forte quod absit bonis patrum exemplis collecta et coadunata religiositas fluxa et dissoluta deficiat. vnde invigilandum est super

---

[1]) Darüber von anderer Hand die Glosse: *wetteschetz*. [2]) Die eingeklammerten Sätze in der Schlussschrift sind aus Schannat's Abschrift genommen.

47. E. I, 75b 76a.

Digitized by Google

hoc. Et ideo expediuit nobis ut pro reuerendi martiris amore hoc concedamus. ut quandocunque ipse abbas de ipso monasterio ex hac luce migrauerit. quod ipsa congregatio ex semet ipsis pastorem uel abbatem secundum dei consensum eligant. qui hoc ouile ad uiam ueritatis perducere sciat. ut in unitatis concordia ueniam consequantur et uitam eternam. vnde nos pro mercedis nostrę aumento uel stabilitate regni nostri seu procerum nostrorum tardantes non fuimus. ut peticiones sacerdotum uel Sturmionis abbatis necnon et congregationis monachorum sanctissimi martiris Bonifacii hoc uotiue concedere deberemus. Quod ita pro dei intuitu et diuina clementia uisi sumus prestitisse et in omnibus confirmasse ut quamdiu ipsa congregatio sub regula sancta uiuere uel conuersari uidetur et ordinem sanctum inuicem custodiunt et obseruant et nobis fideles apparent. quandocunque ipse abbas de ipso monasterio ex hac luce migrauerit. licentiam habeant fratres pastorem uel abbatem cum dei gratia et nostro consensu ex semet ipsis eligendi qui secundum regulam sanctam ipsos monachos regere et gubernare possit et pro eterna salute uel felicitate patrię seu nostra constantia et uxoris uel prolis dilectione ipsos monachos inmensam dei pietatem largiter implorare constituat. Quod preceptum decreti nostri Christo in omnibus suffragante ut firmior habeatur et domino auxiliante nostris et futuris temporibus melius conseruetur. manus nostrę subscriptionibus subter decreuimus roborare.

Signum (M) gloriosissimi regis Karoli.

Datum Sturmioni abbati .VIII. kal. octobr. anno VI. regni eiusdem gloriosissimi domni. Actum Dura palatio publico feliciter amen.

48. Traditio Caroli regis.

Carolus rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum. Quicquid enim ad loca uenerabilia sanctorum propter nomen domini concedimus uel concedendo firmamus. hoc nobis ad salutem et profectum animę atque ad stabilitatem regni nostri in dei nomine pertinere confidimus. Ideoque notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini. qualiter nos propter nomen domini et animę nostrę salutem donamus atque contradimus ad fuldense monasterium. ubi preciosissimus Christi martir Bonifacius corporaliter requiescit et uenerabilis Sturmio abba turmę monachorum preesse uidetur. donatumque in perpetuum esse uolumus quasdam res proprietatis nostrę. hoc est in pago Wormacense. quem fidelis noster Otakârus per nostrum beneficium uisus est habuisse. id est in Mogontia ciuitate mansos XX. et V. et mancipia LXVI. et XVI. lidos et uineas [1]) ad ipsa beneficia pertinentes. Similiter uero in alio loco infra alueum Reni in loco qui dicitur Lubringouua [2]). In tertio uero loco qui dicitur Nuwenheim quicquid ibidem predictus Otakar habuit. tam terris. agris. quam uineis et hortis. cultis et incultis. In quarto uero loco uidelicet in Guntzinheim sicut ibidem predictus fidelis noster uisus est habuisse. et super fluuium Noraha [3]) pratum unum. Hęc ergo omnia a supradicto loco memorata ad sanctum Fuldense monasterium in honore sancti Bonifacii martiris donamus atque contradimus et in perpetuum indultum esse uolumus. ut ibidem domno annuente nostris et futuris temporibus fratribus deo seruientibus proficiat in aucmentis. quatenus delectet ipsam congregationem pro nobis uxoreque nostra ac prole domni misericordiam attentius exorare. Et ut hęc traditio firmior

774, 13. November

48. E. II, 27 ab und noch einmal, aber sehr verändert und ohne Datum mit der Randbemerkung *sigillatum est*, fol. 127 b. Tr. 57. Schannat hat die Urkunde in das Jahr 779 gesetzt, weil in seiner Abschrift die Indiction fehlte. [1]) Eb. 2 *mansos CCtos et mancipia CCCta et uineas C.* [2]) Eb. 2 *infra alueum reni in insula que dicitur Lubrichenowa.* [3]) Eb. 2 *Naha.*

Digitized by Google

habeatur et per futura tempora melius conseruetur. hanc nostrę preceptionis et auctoritatis cartam iussimus inde conscribi et anuli nostri inpressione signari.

Signum domni (M) Caroli piissimi regis.

Ego Egilbertus cancellarius recognoui. Datum idus Novembr. indict. XII.

49. Kartula Arugusi et coniugis eius Gomahilte de Uuormacinse.

775,18.April. Dominus autem per euangelium suum admonet dicens. date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Arugis et coniux mea Gomahilt donamus pro animae nostrae remedium donatumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda in pago Grapfeld constructum ubi nir uenerabilis Sturmi abba preesse uidetur. hoc est in loco nuncupante Mogontia totum laborem nostrum quicquid ibidem ad presens dinoscitur peruenisse id est seruum istum nomine Liutuuin cum omni labore suo et Heribrahten cum omni labore suo et quicquid postea laborauerint et quicquid deinceps elaborare poterimus per totam uitam nostram quicquid dici aut nominari potest totum et integrum ad prefatum monasterium Christo protegente uolumus esse donatum atque firmatum. ea scilicet ratione ut dum aduiuimus ipsum laborem per nestram precariam excolere debeamus. post nostrum uero discessum uos uel successores uestri cum omni re emeliorata perpetualiter recipiatis fruendo et quicquid exinde eligeritis facere liberam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si aliquis de nostris heredibus uel proheredibus contra hanc epistolam donationis nostrae uenire temptauerit aut eam infrangere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et iuxta poenam saeculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri pondus V. argenti X. et quod repetit quisquam uindicare non ualeat. sed presens epistola firma et inuiolata permaneat stipulatione subnexa. Actum Mogontia ciuitate publica sub die XIIII kal. maias anno VII. regnante Karlo gloriosissimo rege. † sign. Arugisi qui hanc kartam fieri rogauit † sign. Gomahiltae que hec consensit. † sign. Bernheri † sig. Adalfrit † sign. Frumiheri † sig. Brunicho † sign. Benno † sign. Uuelafrit † sign. Ernust † sign. Hadubuot.

50. Kartula Uuighelmi de Uuormaciuse.

775, 6. August. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Uuighelm et coniux mea Fridugart sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futuro ueniam aliquam promerire mereamur donamus ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore. hoc est quod donamus in pago Uuormacinse in uilla que dicitur Batenheim quicquid ibi iure hereditario uisi sumus habere id est aream unam cui est ab uno latere Bernrati ab alio latere strata tertio sancti Petri quarto uia publica. et donamus uineam unam cui est ab uno latere sancti Albani ab alio latere Nandgeri tertio iterum sancti Albani quarto latere Gerbaldi. et donamus ibi aliam uineam cui est ab uno latere Theotholdi ab alio Thancrati tertio sancti Petri. hec omnia

---

49. C. 14a, 26. Hd. a. Tr. 37. Bei Schannat ist im Datum ein Fehler, indem er anno IIII geschrieben hat.
50. C. 18b, 36. Hd. a. Tr. 44.

Digitized by Google

superius nominata cum domibus aedificiis terris araturiis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus donamus a die presente donatumque in perpetuum esse uolumus ita tāmen ut ab hac die habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel prohcredibus meis seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit. inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus quatuor coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Acta donatio hec sub die VIII. idus augustas anno VII. regnante domino nostro Karolo glorioso rege. † sign. Uuighelmi qui hanc donationem fieri roganit † sign. Fridugarda coniugis suae. † sign. Egiheri † Tancrat † Otuuin † Hruotpraht † Heimolf † Erlapraht † Bennoni †.

51. Traditio Caroli regis de monasteriolo Holzkiricha.

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Quicquid enim ad loca sanctorum uenerabilium congruenter ob amorem dei concedimus uel confirmamus hoc nobis ad mercedem uel stabilitatem regni nostri prouenire confidimus. ideoque notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini qualiter nos propter nomen domini et animae salutem donamus donatumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Graffelt super fluuium Fulta ubi preciosus domnus Bonefatius martir corpore requiescit et uir uenerabilis Sturmio abba turmae monachorum praeesse uidetur. hoc est monasteriolum cognominatum Holzkiricha in pago Unaldsassin super fluuium Albstat[1]) quod Troandus a nouo fundamine iure proprietatis suae uisus fuit edificasse in honore gloriosissimae virginis nec non et aliorum sanctorum martyrum et res proprietatis suae ad ipsum locum uisus fuit delegasse et in postmodum manu potestatiua ipsum monasteriolum cum omni integritate appendiciis uel adiacenciis suis quicquid ipse uel alii homines ad predictum monasteriolum delegauerunt nobis tradidit uel in omnibus confirmauit id est terris domibus edificiis mancipiis uineis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus pecuniis presidiis farinariis adiacenciis appendiciis quicquid dici aut nominari potest totum et integrum sicut diximus quod prefatus Troandus nobis tradidit partibus sancti Bonefatii donauimus tradidimus atque in omnibus concessum esse uolumus ea ratione ut ab hac die ecclesia sancti Bonefatii uel rectores illius ipsum monasteriolum cum omni integritate habeant teneant atque possedeant pro oportunitate ecclesiae libero perfruantur arbitrio qualiter nostris et futuris temporibus ad ipsum sanctum locum proficiat in augmentum et ut melius ipsam congregationem delectet pro nobis uxore etiam et prole nostra domini misericordiam attentius exorare. et ut haec auctoritas firmior habeatur uel per tempora melius conseruetur manu propria subter eam firmauimus et de anolo nostro sigillari iussimus.

Signum Caroli gloriosissimi regis.

Rado ad uicem Hitterii recognoui et subscripsi. datum in mense nouembrio anno octauo regni nostri. actum Dura palacio publico feliciter amen[2]).

775, 3. November.

---

51. Aus Schann. trad. 45; bei Eb. stehen zwei Fassungen, I, 100 und II, 66 von denen die letztere sich an die von Schannat benutzte Abschrift (das Original ist nicht mehr vorhanden) ziemlich genau anschliesst, während die erste interpolirt ist. Nach Böhmer habe ich die Urkunde in das Jahr 775 gesetzt. [1]) Eb. *Albaha*. [2]) In der ersten Abschrift Eberhard's fehlt der Schluss; in der zweiten lautet er: »Sig. C. r. Ego *Ratolfus* cancellarius recognoui. Data .III. die mense Nouembrio. Actum Dura p. regio feliciter.«

Digitized by Google

52. Kartula Atun de Uuormacinse.

775, 13 November. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Ata sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire mereur. dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore hoc est quod dono ecclesiam sancti saluatoris in uilla quae dicitur Brizzenheim cum ipsa areola in qua aedificata est et cum illa uinea que est ab uno latere Odacari ab alio latere Ada tertio latere Uuillihath quarto latere uia publica et dono in ipsa marca iugeras XXVI. et mancipias XIIII. his nominibus Uuanolf Anshild Uuihrat Leoba Uuiba Ittiso Hruothilt Gisalhilt Hruotlind Rahholf Liba Naholf ita tamen ut post obitum meum supra dicta ecclesia sancti Bonifatii habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit inprimitus iram dei incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus IIII coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio haec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio haec sub die idus nouembres anno octauo regnante domino nostro Karlo glorioso rege. ego Uuelimanus rogatus hanc kartam donationis scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Adane qui hanc donationem fieri rogauit. † sign. Bobone † sign. Oadane † sign. Hadurichi † sign. Odacri † sign. Hrihbaldi † sign. Oadalbercti † sign. Uuidrat † sign. Zezoni † sign. Bennoni † sign. Theodo † sign. Gundhramni.

53. Kartula traditionis Odacri de pago Uuormacinse.

775, 13 November. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque Odacar sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti saluatoris qui est tradita ad ecclesiam sancti Bonifatii in elimosinam Hruodsuuinde coniugis meae medietatem iugerum duarum in uilla quae dicitur Brizzenheim quod est ab uno latere Ada ab alio latere Odacar tertio latere uia puplica dono trado atque transfundo. ita tamen ut ab die presente custor ecclesie sancti Bonifatii id est Sturmi abbas habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerit liberam et firmissimam in omnibus habeat potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit inprimitus iram dei incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus quattuor coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die idus

---

52. C. 13b, 24. Hd. a. Tr. 50. Ich habe diese Urkunde der folgenden, an demselben Tage ausgefertigten vorausgestellt, da die hier erwähnte Schenkung der Kirche in Brizenheim in jener als schon geschehen angeführt wird.

53. C. 10b, 18. Hd. a. Tr. 49.

Digitized by Google

nouembres anno octauo regnante domino nostro Caralo glorioso rege. Ego Uuelimannus rogatus hanc kartulam donationis scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † signum Odacri qui hanc kartulam donationis fieri rogauit. † sign. Hruodsuuinde coniugis meae † sign. Geilane † sign. Geilrada † sign. Elisabeth † sign. Lantsuuinde † sign. Hrihbaldi † sign. Vodilperahti † sign. Adane † sign. Hadurichi † sign. Hremmingi.

54. Traditio Ruduchi in Westhus.

In nomine domini nostri Ihesu Christi anno octauo regnante Carolo rege Francorum ego Ruduch trado ad monasterium sancti Bonifatii in uilla quae dicitur Westhus in pago Grapfeld pecuniam meam quicquid fuerit in domibus edificiis et omnem laborem meum totum et integrum et unum puerum nomine Otger cum omni labore suo quicquid habet sicut superius dictum est totum et integrum omnem laborem meum post obitum meum vos et successores uestri perpetualiter possidendi in omnibus habeatis potestatem stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda in die VIII. mensis iunii. ego Asger recognoui. 776, 8 Iun.

55. Kartula Rahhilte de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Rahhilt sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear. dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore super fluuium Fulda hoc est quod dono uineas in Teinenheimo marca quas pater meus iure hereditario mihi moriens dereliquit et legibus ibidem uisa sum habere ita tamen ut a die presente de meo iure in ius et dominationem supra dictae ecclesiae sancti Bonifatii rectores liberam et firmam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit inprimitus iram dei incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio haec sub die VII. idus aug. anno octauo regnante domino nostro Karlo glorioso rege. ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Rahhilde que hanc donationem fieri rogauit. † sign. Eufemiae † sign. Helmrih † sig. Oadalfrit † Hildradi † sign. Bernoldi † sign. Egilolfi † sign. Helmbercti † sign. Lonoldi † sign. Suuindbercti † sign. Bennoni † sign. Uuolfradi † sign. Irminoldi † sign. Theutoni † sign. Hrodbercti † sign. Liudradi † sign. Herimundi † sign. Egilolfi † sign. Glisheri † sign. Uuitheri † sign. Miloni † sign. Angilhelmi † sign. Gundolandi abbati. 776, 7 Augus.

---

54. P. 500, II, 15. Tr. 46.
55. C. 14b, 27. Hd. a. Tr. 47.

Digitized by Google

56. Kartula traditionis Hrabhilta.

Pluribus non est incognitum quantum propter nomen domini ego Rabhilt donaui res meas in pago Uuormacinsae ad ecclesiam sancti Bonifatii id est uineas quas mihi pater meus iure hereditario dereliquid in Teinenheimo marcu ita tamen ut ipsas uineas dum ego aduixero ad usufructuario habere et excolere debeam et annis singulis XII. denarios in censum ad misam sancti Martyni ad supra dictam ecclesiam et post obitum meum cum omni re meliorata quicquid ibidem augmentare aut emendare potuero de meo iure in ius et dominationem supra dictae ecclesiae sancti Bonifatii reuertatur sine ullo preiudicio. † sign. Rabhildae quae hanc precariam fieri rogauit. † Euphemiae † Helmrih † Vodalfrid † Suuinperaht † Hiltrat † Benno † Berahtolt † Liutrat † Egilolf † Irminolt † Helmpraht † Lonolt † Ermonolt †.

57. Traditio Caroli regis super Hamalumburg.

777, 7 Ianuar. Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Quicquid enim ob amore domini et oportunitate sernorum dei locis uenerabilibus concedimus hoc nobis ad mercedis augmentum | uel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus Quapropter conpertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini. qualiter donamus ad monasterium Fulta quod est in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli in pago Graffelt | constructum ubi preciosum corpus Bonefacii martyris requiescit. Quaem uir uenerabilis Sturmio abba in regimine habere uidetur Id sunt res proprietatis nostrae. Hamalumburcc[1]) situm in pago Salecgauio, super fluuio Sala cum | omne integritate uel adiecenciis seu apendiciis suis Achynebach Thyupfbach Harital hoc est quantumcumque in superius nominata loca habere uidemini. Id est tam terris domibus aedificiis acolabus mancipiis uineis siluis | campis pratis pascuis aquis aquaruuue decursibus mouilibus et immouilibus omnia et ex omnibus ad prefatum sanctum locum tradidimus perpetualiter ad possidendum. Propterea hanc precepcionem auctoritatis nostrae conscribere iussimus. | ut ab hac die tam memoratus Sturmio abba quamque sui successoris qui fuerint rectoris eiusdem sancti loci predictis rebus ad opus iam dicte aecclesiae habeant teneant adque

---

56. C. 62 b, t46 Hd. a. Tr. 47. Die Urkunde enthält eine weitere Bestimmung zu der vorhergehenden.

57. OU. jetzt im Reichsarchive zu München; Tr. St. Vind. tab. 4. Monum. boica 28, 1. [1]) Hr. Dr. Carl Roth, dem ich eine sehr genaue Abschrift des Originals verdanke, bemerkt zu diesem Worte: »eine unberufene Hand hat das *b* theilweise. *urg* aber ganz weggekratzt und dafür hat eine andere sehr rohe Hand *urcc* ergänzt.« Vielleicht hat man den alten Namen des Orts in die Urkunde bringen wollen; denn Hammelburg hiess früher *Hamulun* castellum, s. Heden's Schenkung an Willibrord vom 19. April 716 bei Martene und Eckhart Franc. orient., auch *Hamala*, und der Name *Hamalumburg* entstand, indem das deutsche Wort für castellum angehängt wurde. Uebrigens muss jene Correctur in der Originalurkunde schon frühzeitig gemacht worden sein; denn sie ist in andere Abschriften übergegangen und hat, durch einen groben Schreibfehler vermehrt, Veranlassung zu einer falschen Urkunde gegeben. Schon bei Eberhard II, 27 b und 28 a findet sich eine etwas veränderte Fassung dieser Schenkung, in welcher die Namen der drei benachbarten Orte und der Schluss weggelassen sind, statt Hamalumburg aber geschrieben steht: *Hamalo situm in pago Saxoniae.* Diese so veränderte und verfälschte Fassung hat Schannat in den Trad. 43 aus einer andern Abschrift als ächt aufgenommen und glaubt, Karl habe Hameln in Sachsen dem Kloster Fulda geschenkt. Aber von einer solchen Schenkung, wenn sie überhaupt möglich war, ist nicht das Geringste weiter bekannt und jene Urkunde Schannat's ist ganz zu streichen. Allerdings besass Fulda zu Hameln in der Diöcese Minden einige Schenkungen; m. v. die Urkunde des Abts Conrad II von 1191, Dioec. 267, und eine Urkunde des Abts Heinrich VI von 1326, Copiar. 8, 102 im hiesigen Archive; aber diese Güter waren weder bedeutend noch fällt ihre Schenkung in so frühe Zeit.

Digitized by Google

possedeant .et quicquid exinde ad profectum ipsius sancti loci facere elegerint liberum perfruantur arbitrium. Et nullus quislibet de iudiciaria potestate aut qualibet persona predicto Sturmioni abbati neque actoribus aut successoribusque suis de memoratis rebus inquietare uel calumniam generare quouis tempore non presumat sed per nostrum preceptum iure hoc ualeant possedere firmissimum quatenus melius delectet ipsa congregacionem pro nobis uel stabilitate regni nostri etiam uxore et prolis domini misericordia iugiter exorare Et ut haec auctoritas firmior sit manos nostre signaculis subter eam decreuimus roborari et de anolo nostro iussimus sigillare

Signum (M) Caroli gloriosissimi regis Uuigbald ad uicem Radonis (R) (S) [3])

Data septimo idus ianuarias Anno nono et tertio regni nostri actum Haristalio palacio publicae in dei nomine feliciter.

58. Traditio Burgrata de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt que pro inmensis 777,28.April. peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Burgrat deo sacrata sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore. hoc est quod dono in Mogontiorum marca iugeras XX. ita tamen ut dum ego aduixero ad usufructuario excolere debeam et post obitum meum supra dicta ecclesia sancti Bonifatii habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerit liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus quattuor coactus exsoluat. et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die IIII. kal. maias anno nono regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Burgrata qui hanc donationem fieri roganit. † sign. Odacri † sign. Theotrichi † sign. Liutuuini † sign. Sigibaldi † sign. Hrihbaldi † sign. Adalbercti † sign. Uuillinandi † sign. Herifridi † sign. Sigimanni.

59. Karta traditionis Hruodthrudae de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 777,28.April. peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Hruodthrud sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore in Mogontiarum marca quicquid ibi in campis in terris araturiis in pratis uisus sum in omnibus habere et dono in ipsa marca uineam unam quod est ab uno latere domni regis ab alio Megingozi tertio latere sanctae Mariae et dono in pago Uuor-

---

[3]) Das Siegel ist nicht mehr an der Urkunde befestigt, ist aber noch vorhanden.

58. C. 18a, 23. Hd. a. Tr. 53.

59. C. 19a, 38. Hd. a. Tr. 54.

Digitized by Google

macinse in uilla quae dicitur Tittilesheim Uuillium cum duobus uineis et cum omni uestitu suo sicut nunc uestitus est et Hrvodnandum cum uxore sua et infantibus suis et cum duobus uineis et cum omni uestitu suo sicut uestitus est et aream in qua ego commanere uideor cum sala desuper stabilita dono trado atque transfundo ita tamen ut quamdiu uixero ad usufructuario excolere debeam. et post obitum meum supra dicta ecclesia sancti Bonifatii habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerit liberam et firmissimam in omnibus habeat potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit uel eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondera quattuor coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die IIII. kal. mai. anno nono regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Hruodtrude quae hanc donationem fieri rogauit † Otacar † Uuarmunt † Theotrih † Adalpraht † Sigibald † Liutuuin † Uuillinand † Herifrit †.

60. Vestitura traditionis Caroli regis in Hamalunburg.

777, 8. October. Anno tertio regni piissimi regis Caroli mense Octob. VIII. id. Octob. reddita est uestitura traditionis praedicti regis in Hamalunburg Sturmioni abbati per Nidhardum et Heimonem comites et Finnoldum atque Gunthramnum uasallos dominicos coram his testibus Hruodmunt Fastolf Uuexant Uuigant Sigibot Suuidberaht Sigo Hafmar Suuidger Elting Egihelm Geruuig Attumar Bruning Engilberaht Leidrat Siginand Adalman Amalberaht Lantfrid Eggiolt. et descriptus est atque consignatus idem locus undique his terminis postquam iurauerunt nobiliores terrae illius ut edicerent ueritatem de ipsius fisci quantitate. primum de Sala iuxta Teitenbah in caput suum. de capite Teitenbah in Scaranuirst. de Scaranuirste in caput Staranbah. de capite Staranbah in Scuntra. de Scuntra in Neidichenueld. deinde in thie tiofun gruoba. inde in Binesuirst then uuestaron. inde in Serenuirst. inde in orientale caput Lûtibah. inde in Littibrunnou. inde in obanentig Uuinessol. inde in obanentig Uuinestal. inde in then burguueg. inde in Otitales houbit. deinde in thie michilun buochun. inde in Blenchibrunnon. inde ubar Sala in thaz marchoug. inde in then mattenuueg. inde in thie tiofun clingun. inde in Hunzerbah in Eltingesbrunnon. inde in mittan Echinaberg. inde in Hiltifridesburg. inde in thaz steininahoug. inde in then lintinon seo. inde in thie tiofun clingun unzi themo brunnon. inde in einsol. inde in ein steinuinazhog. inde in steinfirst. inde in Sala in then elm.

61. Karta uenditionis Immae.

778, 31. März. Domino filio Imma genetrix tua uenditur uendidisse me tibi constat ita et uendidi .i. in pago Alsacinse in locis nominatis in Ehinhaim in Uualabu in Eringinsashaim in Rodasbaim et in Strazburga ciuitate quicquid de terra Ualtharii conquesiui .i. cum terris domibus aedificiis accolabus mancipiis uineis siluis casis casalis peculiis pascuis aquis aqua-

---

60. OU 47, jetzt im Reichsarchive zu München; Buch. 423, sehr incorrect.
61. C. 7b, 13. Hd. a. Tr. 56.

Digitized by Google

rumque decursibus totum et integrum quicquid habeo conquesitum a die presente tibi tradidi unde accepi a te in pretio atcontra solid. dc. ea ratione ut ab hac die ipsas res superius nominatas habeas teneas atque possideas et tuis posteris ad possidendum derelinquas faciendi quod uoluerint liberam ac firmissimam in dei nomine in omnibus habeatis potestatem. si ego aut heredes mei uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc uenditionem a me factam uenire temptauerit aut inrumpere uoluerit tunc inferat tibi tuisque heredibus dupla repetione auri uncias XX. argenti pondera XV. et nihilominus sed presens uenditio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum pridie kalendas apriles. anno X. regni domni Karoli regis. † Immimun quae hanc uenditionem fieri rogauit † Vodalrichi comitis † Ascrichi † Otrichi † Ratberti † Uuiloni † Hattoni † Berahtgario. ego Asaph rogatus scripsi.

62. Kartula Cunibercti.

Dominus ac redemptor noster dei filius ammonet dicens dătum elimosina et ecce omnia 779, 10. März.
fiunt uobis munda. idcirco ego Cuniberctus in dei nomine pertractans remedium animae meae uel parentum meorum ut ueniam in futuro consequi merear meorum delictorum. dono atque trado ad sanctum Bonifatium et ad monasterium quod nominatur Fulda in silua Bochonia in pago Grapfeld consitum ubi sanctus dei corpore requiescit et ubi uir uenerandus Sturmi abba multitudini monachorum preesse uidetur totam substantiam meam id est in istis locis inferius nominatis Hohdorf Gruoninga Ingihereshcim Feinga Stangbah Uulfinga Adalolteshcim Uuachalinga Bunninga Luutra et in uilla Sauuilenheim in pago Unormazfelde quicquid in istis locis seu ullis proprietatis habere uisus sum totum et integrum ad supra dictum monasterium manu potestatiua trado. tam terris domibus aedificiis mancipiis uineis pratis pascuis siluis campis aquis aquarumue decursibus mobilibus et inmobilibus quicquid dici uel nominari potest ea scilicet ratione ut per uestram prestationis kartulam supra dictam rem usque obitum uitae meae habere possimus. post obitum meum uos seu successores uestri hanc rem incontradictam tenere fruere possidere firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus proheredibusue meis seu ulla opposita persona qui contra hanc traditionis kartulam uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit iram trinae maiestatis incurrat et ab uniuersis sanctorum ecclesiis excommunicatus appareat. data mense martio .X. die .VII. idus [1]) martias anno XI. regnante Karolo rege gloriosissimo Francorum [2]). † sign. Cunibercti comitis qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Adalboto † Gundhart † Adalbraht † Berahtolt † Rihberaht † Gozbraht † Cazo † Hruodachar † Hufo † Gisalmar † Ercanbold † Sigifrit † Rami † Gerolf † Nordman † Engilhart † Hruodheri † Otram † Matzo † Vro † Berahtrih † Radhad † Gerbraht † Engilheri † Hruodolt † Biricho † Uuolfger † Fridaheri [3]).

---

62. C. 16b 32. fld. a. und Eb. II, 59b 59a. Tr. 58. [1]) In den Zahlen ist ein Fehler; entweder ist *IX die* oder *VI idus* zu schreiben; Böhmer hat die erste Aenderung vorgezogen und nimmt den 9. März an; Schannat dagegen hat *IIII. idus* geschrieben und die Sache verschlimmert. [2]) Eberhard hat folgenden Zusatz: »*qui et ipse aderat et eandem traditionem suo precepto confirmauit et primus ipse signum testimonii fecit.*« Böhmer Reg. Car. 12, 96 hat diesen Zusatz für richtig gehalten, was ich nicht kann. In spätern Urkunden finden sich ähnliche Zusätze, deren Unächtheit sich jedoch leichter nachweisen lässt; wäre hier der Ort der Ausstellung angegeben, so wäre die Entscheidung nicht schwer. [3]) Eb. giebt nur fünf Zeugen, dagegen folgenden Schluss: *ego humilis Christi seruus Rihelmus feci cartam,* welchen C. nicht kennt.

Digitized by Google

63. Kartula traditionis Lantsuuinda de Uuormacinse.

779, 30 Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque ego Lantsuuind sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore areas duas de una area ab uno latere Geilrad et Elisabeth ab alio latere Ada tertia uia publica quarta parte meum ipsi iug. sancti Bonifatii quam ego dedi. de alia area ab uno latere Ada ab alio latere strata tertia parte sancti Martyni quarta parte ipsa iug. sancti Bonifatii. de tertia area Hruodfrid ab alio latere ab alio strata et aqua tertio latere Geilrat et Elisabeth quarta parte strata. et ipsa in marca iugeras .CC. et uineam .I. ab uno latere Geila ab alio latere Geilrat et Elisabeth tertia parte Ada quarta parte strata. et intus muro aream quam tenet Berahtoloh de duabus partibus strata et de duabus filii Nordberchti. de alia area strata ab alio latere Hiltileih tertia sancti Liutgeri quarta parte sancti Maximini et Hruodingi. de tertia area strata ab alio latere Ruthath tertio latere strata quarto strata. et intus muro uineam unam de duas partes muro tertia parte filii Nordbercti quarta parte Heriman in quinta sancti Martini. de alia uinea de uno latere strata de alio latere Geilrad et Elisabeth tertio sancti Albani quarta parte ad Herolfesfeld. et mancipia XXX. Egilger Friduhilt Arnnolt Uuerinhilt Hugileih Anshram Irminger Himmina Hildrat Birnicho Bilihilt Gothold Berahtalah Gerberct Liudolf Grimnium Liobhilt Berahtuuin. ita tamen ut dum aduixerimus ego Geilrat et Elisabeth et Lantsuuind excolere ad usufructuario debeamus et post obitum nostrum supra dicta aecclesia habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod fieri non credo si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondus IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma permaneat. facta donatio hec sub die III. kalendas iunias anno XI. regnante domino nostro Karolo glorioso rege. Ego Uuelimannus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Lantsuuinde que hanc traditionem fieri rogauit. † sign. Elisabeth † sign. Geilrat † sign. Odacri † sign. Uualuramni † sign. Nandgarii † Hrihbaldi † sign. Oadalbercti † sign. Liuduuini † sign. Adalfridi † sign. Aspercti † sign. Uuaningi † sign. Ercanbercti † sign. Sigimanni.

64. Kartula Geilrata et Elisabeth de Mogontia.

779, 29. Juni. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Geilrat et Elisabeth sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futuro ueniam aliquam promerire mereamur. donamus ad

---

63. C. 11b. 20. Hd. a. Fehlt bei Sch.

64. C. 47a, 102. Hd. a. Tr. 59. Die erste Schenkung, welche Elisabeth machte, ist datirt *»sub die .VIIII. kal. iunias anno nono regnante domino nostro Karolo glor. rege.«* Die Urkunde stand auf dem jetzt fehlenden Bl. 48, der Schluss derselben steht Bl. 49a; da aber der Gegenstand der Schenkung in demselben nicht enthalten ist, so habe ich das Bruchstück nicht mitgetheilt.

Digitized by Google

ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit corpore sacro in Mogontiarum marcu areas tres de duobus areis ab uno latere habet Lantsuuind ab alio latere sancti Bonifatii tertio et IIII. uia communis. de tertia area ab uno latere habet Ata ab alio Lantsuuind tertio latere strata. et in Mogontia uineam .I. ab uno latere habet Geila ab alio latere sancti Albani tertio latere antiqua mura quarto latere uia communis. et aliam uineam foris murum ab uno latere habet Geila ab alio latere Lantsuuind latere tertio sancti Albani quarto latere strata. et in Brezzenheim uineam tertiam ab uno latere habet Geila ab alio latere meum ipsius tertio latere Lantsuuind IIII. parte strata. et dono in Mogontiorum marcu iugera LX. et mancipia XII. Uuigheri Reginbald Uuilliheid Doda Gerlind Hun Hruodolf Lingolf Liobheri Gebarat Guntlind Bilihild ita tamen ut dum aduixerimus ego Geilrat et Elisabeht et Landsuuind habeamus et post obitum nostrum habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondera IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die III. kalendas iulias anno XI. regnante domino nostro Karlo glorioso rege. ego Uuelimannus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Geilrata qui hanc donationem fieri rogauit. † Elisabeht † Lantsuuind † Otacar † Uualuram † Hribald † Adalpraht † Erchanpraht † Uuaniug † Sigiman † Adalfrid †.

65. Kartula Benedicti de Uuormaciuse.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Benedict dono atque trado in elimosinam meam et matris meae nomine Biligart ut in futurum ueniam aliquam consequi mereamur coram deo unam arialem. de una parte adiacet pars sancti Albani et altera parte Bernheres et in duabus regis platea. et unam uineam de qua una parte adiacet regis platea et altera parte sancti Landbercti et tertia parte sancti Albani et quarta parte sancti Mahsmini. et isti quattuor mancipia his nominibus Friduheri Uuolfhart Vota Imma. hoc est quod trado ad sanctum Bonifatium et ad monasterium quod dicitur Fulda quod est constructum in silua Bochonia iuxta ripam fluminis quod dicitur Fulda et ubi uir uenerabilis Sturmi abbas presse uidetur. istam traditionem superius nominatam isto modo facio ut arialem et IIII. mancipia in uestram prestariam usque in seculo uiuam cum uestra licentia habeam et uineam superius denominatam uos in presentia habere uolo ad sanctum Bonifatium. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus aut ulla opposita persona qui contra hanc traditionis kartulam uenire temptauerit aut eam infrangere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et insuper inferat partibus ipsius monasterii auri libram unam argenti pondera V. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens kartula traditionis firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum sub die nono mensis augusti anno XI. regnante Karlo glorioso rege Francorum. † sign. Benedicti presbiteri. † Otaeri † Theotun sororis Benedicti † Adalberti † Theotrichi † Ualurammi † Bennoni † Erharti †.

779, 9. August.

---

65. C. 30a, 83. IId. a. Tr. 60.

Digitized by Google

66. Kartula Arndeonis de Mitilesdorf et Stocheim.

779, 1. December. In nomine domini Ihesu Christi anno XI. regnante Carolo rege Francorum ego in dei nomine Arndeo pro intuitu uel pro redemptione animae meae ut ueniam delictorum consequi merear in futuro dono atque trado ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi Sturmi abbas praeesse uidetur post obitum meum quicquid mihi ex iure patris mei in hereditatem conuenit id est in pago Tollifeldum et in uilla nuncupante Mitilesdorf totum et integrum in elimosinam meam et in pago Grapfelde in uilla nuncupante Stocheim quae est iuxta ripam fluminis quod dicitur Streuue una arialis et una hoba quod est XXX iugera terrae araturiae et mancipia quorum nomina hic recensemus Sigimunt Suanahilt Uuigpraht Otuuin Theothilt Vodalpraht Reginuuih Geilrat Zteger haec omnia cum supellectili eorum sicut supra dictum est trado post obitum meum ut uos seu sequaces uestri habendi perenniter fruendi in omnibus habeatis potestatem stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda die I. mensis decembris. ego Asger rogatus chartulam feci.

67. Kartula Hadaburg atque Huoca.

Ammonente ac dicente filio dei date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis idcirco ego in dei nomine Hadaburg atque Huoca soror mea tradimus pro animae nostrae remedio uel pro abluendis peccatis nostris ad monasterium quod dicitur Fulda ubi uenerabilis uir abbas Sturmi cum plurima turba monachorum praeesse uidetur quicquid proprium habere et possidere uideamur totum et ad integrum tradimus atque transfundimus ad supradictum monasterium ita tamen ut usque ad obitum nostrum per uestram precariam possidere et excolere nobis potestatem tradatis. postquam uero de hoc seculo migrauimus uos et successores uestri quicquid nos proprium possidere uidemur cum omni parte meliorata in uestram potestatem accipiatis. haec sunt nomina mancipiorum quae tradimus Liholf Hruadrih Egino Hruadhart Engilmunt Anamuot Adalhart Theotmar Ato Liutfrid Hadufrid Mierolt Gundlind Erpfgunt Theotgart Totta Theotsuuind Eggihilt Gisahilt Hruadgart Reginlind Uuillisuuind. si quis uero quod futurum esse non credimus si aliquis de nostris amicis hanc traditionem infringere uoluerit iram trinae maiestatis incurrat. insuper inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras centum argenti pondo centum. † sign. Geruuig † sign. Ueringoz † sign. Fastolf † sign. Sigiperaht † sign. Uuelant † sign. Uuaning † sign. Suuidmuot.

68. Kartula traditionis Alwalach.

In nomine sanctę et indiuiduae trinitatis. Ego Alwalach dono atque tribuo pro remedio animę meae et pro abluendis peccatis meis ut in futuro gratiam dei consequi merear traditumque

---

66. P. 499, II, 12. Tr. 61.

67. P. 446, I, 2. Tr. 62.

68. Eb. II, 60b u. 61a. Tr. 63. Es ist eine offenbar veränderte und erweiterte Abschrift des Originals. Die Angabe im Datum »presente Karolo rege« halte ich für falsch; dass Karl im Monat Januar irgend eines der Jahre 769—779, in welchen er mit Sturmi zusammen lebte, in Fulda gewesen, kann nicht nachgewiesen werden. Deshalb hat wohl auch Schannat nur den Tag angegeben und alles übrige weggelassen.

Digitized by Google

in perpetuum esse uolo ad monasterium sancti saluatoris in quo beatissimus Christi martir Bonifacius corporaliter requiescit et ubi uenerabilis abbas Sturmi multitudini monachorum preesse uidetur. hec predia proprietatis mee. hoc est in pago Gozfelt has uillas nominatas Egisleiba. Berhtheim. Bleihfelt. Ronefelt. Isinlieba. Cramfesnesta. in pago uero Werngowa Suabaha. Rodungen. in pago Craffelt Ramungen. in pago Waltsaze uillas nuncupatas Fotingen. Adalhalmestat. in Tuhrigowe uillam quae dicitur Tutinge. in regione uero Turingorum in pago Engli uillam Geurichesleiba. et in Helmungowe uillam nuncupatam Gerhelmesbach. et uillam Altgewe in uilla nuncupata Tricasti dimidiam partem aecclesiae quae mihi ibidem in hereditatem conuenit. et in uilla Tunteufelt. et in uilla Cranaha. et in Auwenheim. et in Rûzore. et in Hiltegeresstete. et in Cherriche. et in Rinechgôwe in uilla quae dicitur Gisenheim. cum mancipiis et omni eorum supellectili. quorum nomina hec sunt. Hamunt. Willibirc. Ratpraht. Helidin. Wolfger. Heiliga. Rudwelf. Frumehilt. Amenolf. Wentelsuuint. Liepger. Ruger. Gerwin. Liopuuin. Rihpolt. Ruthilt. Ruthart. et una puella Bilehilt. et quicquid ibidem in predictis locis ad presens de allodio parentum meorum uel de quolibet predio ad me adtracto ad meam proprietatem dinoscitur peruenire. tam terris domibus aedificiis. quam mancipiis et familiis. siluis. campis. pratis pascuis. aquis. aquarum decursibus. piscationibus. uenationibus omnibusque utilitatibus quę hominibus super terram conuenit possidere et habere uel uti. totum et integrum sicut a me moderno tempore possessum esse uidetur ad prefatum monasterium sancti Bonifacii martiris ad utilitatem fratrum ibidem deo famulantium donatum et traditum esse uolumus. ea scilicet ratione ut ad uitam meam predicta bona omnia habeam per uestram beneficientiam usufructuario absque omni preiudicio. post mortem uero meam omnia quae enumeraui ad prefatę ęcclesię sancti Bonifatii redeant utilitatem et possessionem. ut fratres et domini nostri semper memores esse mei uelint ut partem habeam in regno dei. et si quis hominum hanc donationem uel traditionem meam irritam fecerit. ęterna excommunicatione ab ęcclesia catholica separatus cum eis in inferno ardeat quorum uermis non moritur et ignis non extinguitur. Facta est hęc tradicio presente Karolo rege in monasterio Fuldensi coram uenerando abbate Sturme et ceteris fratribus sub die XIII. kalendas februarias ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi.

69. Traditio Caroli regis de Westera.

Carolus rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum omnibus fidelibus gratiam. Nichil ut ait apostolus intulimus in hunc mundum nec quicquam ex eo nobiscum auferre poterimus. nisi quę ob animę salutem locis sanctorum deuote deo offerentes promptissima uoluntate impertire uidemur. Ergo cognoscat magnitudo uestra. qualiter nos propter nomen domini et remedium animę nostrę concedimus a presenti die ad monasterium Fuldense. quod est constructum

---

69. Eb. II, 67b mit der Randbemerkung »sigillata fuit,« woraus man auf die Aechtheit der Urkunde schliessen darf. Eine weitere Angabe der Besitzungen und bedeutenden Einkünfte Fulda's in Westera (Vesra) enthält Eberh. summ. 43, 21 meiner Ausgabe.

Ausserdem steht bei Eb. II, 64b noch eine dritte undatirte Schenkung Karl's an Sturmi über »*Clingemburc situm in pago Rinecgowe super fluuium Sulaha:*« die zwei ersten Silben in beiden Namen *Clingemburc* und *Rinecgowe* sind jedoch von jüngerer Hand geschrieben; die ursprüngliche Schrift ist ausgekratzt und nicht mehr zu erkennen. Da die Namen, wie sie jetzt lauten, verfälscht sind, auch von dieser Schenkung nichts weiter bekannt ist, so habe ich die Urkunde nicht aufgenommen.

Digitized by Google

in honore saluatoris domni nostri Ihesu Christi. ubi sanctus martir Christi Bonifacius requiescit et ubi uenerabilis uir Sturmi abbas congregationi monachorum preesse uidetur. atque donamus locum proprietatis nostrę Westera nuncupatum. in quo loco officinas salis cum singulis patellis et mancipiis ad hoc officium deputatis habundantesque fontes salis habemus. Donamus etiam ipsum forum tributumque seu teloneum ipsius loci sancto Bonifacio martiri. statuentes ut per singulas ebdomadas carrada salis inde detur ad monasterium fuldense. insuper singule curtes singulaque mancipia debitum pensum persoluant reditusque agrorum omnemque constitutionem debiti seruicii statuto tempore reddant. Hęc omnia cum ęteris appendiciis per totum et integrum de nostro iure in ius et proprietatem sancti Bonifacii martiris et fratrum in Fuldensi monasterio deo seruiencium perpetuo damus atque concedimus. Precipimus etiam nostra regali auctoritate ut nullus hominum hanc nostram traditionem a prefato monasterio et a fratrum utilitate remoueat. sed seruiat semper ibi in monimentum nostri.

70. Kartula Prendonis.

780, 30. November. Ego in dei nomine Prendo trado ad monasterium sancti Bonifacii quod dicitur Fulda ubi Paugolf abbas praeesse uidetur quicquid proprium habeam quod est in pago Grapfeld in marcu Hengistorpfe et in Hrannungen post obitum meum quicquid sit in elimosinam meam id est terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mancipiis Gerolf Irmingund Wolfhirin Hruadheri Rihthrud Meno Puozzolf Sinda Moruh Althilt cum omnibus rebus eorum ea scilicet ratione ut post obitum uitae meae praedictus abbas et cuncta congregatio illa totum et quicquid exquisitum et laboratum sit in die mortis meae vos et secutores uestri habendi perpetualiter possidendi in omnibus potestatem habeatis stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda anno XIII. regnante Carlo rege Francorum die XXX. mensis nouembri. ego Asger chartulam feci. testes traditionis huius † Gundhram † Rihperaht † Egiolf † Hrodin † Reginbald † Nidger † Theotholt † Waldger † Hrunzolf † Engilperaht † Friduperaht † Tabaris † Sigiboto.

71. Kartula Ratboten et Hruodlindae.

781, 4. März. Ego in dei nomine Ratboto et coniux mea Hruodlind tradimus post obitum nostrum ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi Baugolf abba preesse uidetur in uilla nuncupata Hroecchesheim una houastat et unam uineam eo modo determinatam. in una parte sancti Bonifatii uinea et in alia parte sancti Petri in tertia parte Hagunen et in .IIII. parte Hruodlindae. et unam domum ita ut post obitum nostrum supra dictam portionem uos uel successores uestri habendi tenendi perenniter possidendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem stipulatione subnixa. actum in monasterio Fulda anno XIII. regnante Karolo gloriosissimo rege die III. mense martio. ego Abraham rogatus scripsi.

---

70. P. 303, II, 23. Tr. 66.
71. C. 35b, 73. Hd. a. Tr. 65.

Digitized by Google

72. Traditio Caroli regis de campo Unofelt.

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum quiequid enim locis uenerabilibus ob amore domini et oportunita]te seruorum dei beniuola deliberatione concedimus hoc nobis procul dubio ad eternam beatitudinem uel remedium anime nostre pertinere confidimus. Igitur | compertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini qualiter donamus ad monasterium sancti saluatoris. quod est constructum infra uasta Bochonia super | fluuium Fulda ubi corpus sancti Bonefacii quiescit humatum et uir uenerabilis. Baouulfus [1]) in regimine habere uidetur campo qui dicitur Uno]felt cum siluis suis tradimus perpetualiter ad posedendum propterea hanc auctoritatem nostram conscribere iussimus per quam specialiter | decernimus ordinandum ut nullus quislibet de fidelibus aut successoribus nostris predicto Baouulfo abbate uel successoribus suis de iam | dicto loco inquietare aut contra rationes ordine uel calomniam generare non presumat sed nostris et futuris temporibus ad ipsa casa dei perpetualiter proficiat in augmentis et ut hec auctoritas firmior sit manu nostra subter firmauimus et de anolo nostro siggillare iussimus. 781, December.

Signum (M) Caroli gloriosissimi regis Uuidolaicus ad uicem Radoni (R) [2]).

Data in mensi december anno quarto decimo et octauo regni nostri actum Carisiago palatio.

73. Traditio Caroli regis de Rostorp.

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum [quicquid enim locis uenera]bilibus ob amore domini et oportuuitate seruorum dei | beniuola deliberatione concedimus hoc nobis procul dubio ad eterna beatitudine uel remedium anime nostre perti[nere confidimus. Igitur comper]tum sit omnium fidelium no[stror]um magnitudini qualiter | donamus ad monasterium sancti saluatoris quod est constructum infra uaste Boconia super fluuium Ful[da ubi corpus sancti Bonifacii martiris] quiescit umatum et uir uenerabilis Baugulfus in regimine | habere uidetur uilla nostra nuncupante Rostorp quem Huldriodus [1]) ad ipso sancto loco per strumenta [cartarum condonauit] et p[ostea m]issi nostri ad [opus uostrum conquisier]unt uel quantum ipsi | monachi de conlata populi in ipsa uilla per anteriores cartas habuerunt omnia cum in[tegritate] sancto loco concedimus [cum omnibus] campis pratis pascuis | aquis aquarumue decursibus mobilibus et inmobilibus omnia et ex omnibus totum et ad [integrum predicto] loco tradimus perpetu[aliter possidendum] Propterea hanc | auctoritatem nostram conscribere iussimus per quam specialiter decernimus ordinandum [ut nullus] quislibet de fidelibus aut successoribus nostris predicto Baugulfo abbati aut successoribus suis de iam dicta uilla inquietare aut [2]) contra rationis ordinem uel calumniam generare non presumat sed nostris et futuris temporibus ad ipsa casa dei perpetualiter proficiat in augmentis et ut haec auctoritas firmior sit manu proprie subter firmauimus et de anulo nostro siggilare iussimus. 781, December.

Signum (M) Caroli gloriosissimi [3]) regis Uuidolaicus ad uicem Radoni (R) [4]).

Data in mensi december anno quarto decimo et octauo regni nostri Actum Carisiago palatio [5]).

---

72. OU. und Eb. II, 26b mit Abweichungen. Tr. 67. [1]) Eb. *Rabanus*. [2]) Rechts von dem Recognitionszeichen befand sich das Siegel, welches fehlt.

73. OU. u. Eb. II, 28ab. Tr. 68. Die Urkunde ist sehr zerfressen; die Lücken in derselben habe ich aus Eberhard's Abschrift ergänzt und mit Klammern bezeichnet. [1]) Eb. *Hartradus*. [2]) Von junger Hand ist *nec* geschrieben: das ursprüngliche Wort ist nicht erkennbar. [3]) In der U. steht *gloriossimi*. [4]) Rechts von dem Recognitionszeichen war das Siegel, welches fehlt. [5]) Bei Eb. ganz fehlerhaft: *Dat. mense dec. ind. XI. actum Parisiago palatio.*

Digitized by Google

74. Traditio Caroli regis de Vargalaha.

Carolus dei gratia Francorum et Longobardorum rex et patricius Romanorum. Nouerint omnes nostri Christique fideles. qualiter ob eternam nostri memoriam et parentum nostrorum piam recordationem donamus et contradimus domno nostro saluatori Ihesu Christo sanctoque Bonifacio martiri qui in fuldensi requiescit monasterio terram conceptionis nostrę. hoc est totam conprouinciam circa flumen Unstrut. ipsamque curtem nostram in Vargalaha cum omnibus compertinentiis suis et cum omnibus uillis longe uel prope positis quę ad eam respiciunt. cum omni proprietate sicut nos eam a parentibus nostris in proprietatem accepimus. Precipimus etiam super hoc ne aliquis hominum eadem bona a fuldensi monasterio auferat. sed sint in eterna subsidia fratribus inibi deo militantibus ad memoriam nostre recordationis.

75. Traditio Lulli archiepiscopi de Fargalaha.

785, 25. Kpf. In nomine domini. Regnante domno Karlo, Francorum et Longobardorum rege, ac patricio Romanorum, die XXV mensis Septembris, die dominica, cum idem gloriosissimus rex Carolus curiam haberet, ego Lullus dei gratia Mogunting sedis archiepiscopus tradidi domino meo sancto Bonifacio archiepiscopo et martiri coemptionem prediorum quam comni in uilla Fargala. quę sita est in pago Thuringię super fluuium Unstruth nuncupatum. ea conditione ut pars mea sit cum domno et patre meo sanctissimo Bonifacio martire et archipontifice in regno dei et ut fratres fuldenses mei perpetuo sint memores. dedique consilium quibusdam fidelibus nostris quatuor uidelicet nobilissimis uiris. Waltoni. Reginoldo. Warmundo. Burchardo. qui predia in confinio eiusdem uillę Fargalaha in proprietate habebant. ut partes suas sancto Bonifacio traderent eumque sui heredem facerent in terris. ut sui coheredes fierent in cęlis. qui et ita fecerunt. et hec traditio coram rege confirmata est.

76. Traditio Caroli regis de Dinenheim et Turenheim.

28. Juli 782. Carolus dei gratia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum omnibus fidelibus. Quicquid enim locis uenerabilibus ob amorem domini et oportunitatem seruorum eius beniuola liberalitate concedimus hoc nobis procul dubio ad ęternam beatitudinem et remedium animę nostrę pertinere confidimus. Igitur compertum sit omnium fidelium noticię qualiter donamus ad monasterium fuldense quod constructum est in honore sancti saluatoris ubi domnus ac preciosus Christi martir Bonifacius corporaliter requiescit et uenerabilis uir Baugulfus abba regimen fratrum habere uidetur. donatumque in perpetuum esse uolumus hoc est uillam nostram Dinenheim sitam in pago Wormacense super fluuium Rhenum quicquid in ipsa uilla nostra possessio legitima

---

74. Eb. II, 18b. Tr. 69. In der vorliegenden Fassung halte ich die Urkunde für unächt. Auf dieselbe folgt bei Eberhard die relatio priscorum hominum de eadem traditione, in meiner Ausgabe c. 83.

75. Eb. II, 79a. Tr. 70. Auch diese Urkunde halte ich in ihrer gegenwärtigen Fassung für unächt.

76. Eb. II, 65a. Tr. 90. Schannat hat die Urkunde aus einer andern unvollständigen Abschrift, in welcher mit dem Schlusse auch das Datum fehlt, abgedruckt und setzt sie um das Jahr 790. Ich habe sie in das Jahr 782 gesetzt, da Karl Ende Juli dieses Jahres in Hersfeld war und an demselben Tage eine andere Schenkung an das dortige Kloster unterzeichnete.

Digitized by Google

esse uidetur in presenti tempore totum et integrum ad prefatum locum uolumus esse concessum. Similiter et in alio loco qui situs est in pago Wetereiba cuius uocabulum est Turenheim cum omni integritate sicut ad eandem uillam in presenti tempore uidetur pertinere. totum et ad integrum una cum terris. domibus ędificiis. accolis. mancipiis. uineis. siluis. campis. pratis. pascuis. aquis aquarumue decursibus et incursibus. mobilibus et immobilibus. peculiis. presidiis [1]) quicquid dici aut nominari potest. totum et ad integrum quicquid nostra legitima in presenti tempore est possessio uel dominatio uenerabilibus fratribus monasterii sancti Bonifacii martiris a die presenti in posterum tradimus in dei nomine perpetualiter ad possidendum ea uero ratione. ut ab hac die fratres ipsius monasterii quicquid de rebus prefatis pro utilitate sua ipsiusque monasterii facere libuerit libero in omnibus perfruantur arbitrio. et neque a nobis neque a successoribus nostris seu a quolibet homine uel iudiciaria potestate amodo et deinceps de supradictis rebus inquietari ullo modo debeant. sed domino auxiliante nostris et futuris temporibus in nostram uidelicet elemosinam ad eundem sanctum locum in augmentis proficiat quatinus eo melius delectet eandem congregationem sanctissimi martiris Bonifacii pro nobis et uxore nostra atque prole necnon et pro statu et diuturnitate regni nostri domini misericordiam attentius exorare. Et ut hęc regalis preceptio nostra nostrę uidelicet tradicionis et oblationis et confirmationis meliorem atque firmiorem in postfutura tempora obtineat stabilitatis uigorem manu propria subtus decreuimus roborari et nominis nostri caractere una cum anuli nostri sigillo precepimus insigniri.

Signum Caroli (M) regis Francorum. Ego Wigolt ad uicem Radonis recognoui. Data V. kalendas Augustas. Actum Herfeldensi monasterio.

77. Priuilegium Adriani papae Baugulfo abbati concessum.

In nomine domini. Adrianus episcopus seruus seruorum dei Baugulfo religioso abbati 784, Juli.
uenerabilis monasterii saluatoris domini nostri Ihesu Christi salutem et apostolicam benedictionem in Christo. Quoniam nouimus concedenda quę rationabilibus desideriis congruunt. oportet ut deuotioni conditoris pię constructionis auctoritatem in priuilegiis prestandis minime denegemus. Igitur quia postulasti a nobis frater karissime quatinus monasterium tuum a sancto Bonifacio constructum et in nomine sancti saluatoris intitulatum. situm in loco qui uocatur Bochonia super ripam fluminis Fuldę priuilegii sedis apostolicę adminiculis decoretur. ut sub iuris dicione sanctę nostrę ęcclesię cui deo auctore deseruimus constitutum nullius alterius ęcclesię iuris dicionibus submittatur. Qua re piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcimur effectui mancipamus. et idcirco omnem sacerdotem cuiuslibet ęcclesię uel episcopum in prefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam. et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse uidetur. cui licentiam tantum concedimus. cum oportunitas consecrandi altaris uel clericorum ordinandorum necessitas ingruerit ab abbate inuitetur. alióquin nec missarum ibidem sollempnia quispiam presumat omnimodo celebrare. ut profecto iuxta quod subiunctum apostolicę sedi firmitate consistit inconcusse permaneat. locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. Proinde precipimus et sub auctoritate beati Petri. sub testificatione Christi et ęcclesię confirmamus ut nullus de rebus uel reditibus quę ad

[1]) L. prediis.

77. Eb. I, 84 ab.

Digitized by Google

stipendium fratrum seu ad hospitale pauperum uel ad portam hospitum pertinent auferre uel in beneficium suscipere audeat. sed magis sicut constituit sanctissimus martyr Christi Bonifacius omnia ordinata et inconuulsa permaneant. tam hęc quę suo tempore quam quę nostro seu futuro tempore idem monasterium ex decimis et fidelium oblationibus in proprietatem susceperit. Constituimus quoque per huius decreti paginam. ut quicunque cuiuslibet ęcclesię presul uel quacunque dignitate predita persona hanc nostri priuilegii cartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit et iram omnipotentis dei incurrens a cętu sanctorum fiat extorris. et nichilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa. amen.

Scriptum per manum Romani notarii atque scriniarii apostolicę sedis mense Iulio. indictione VII. Actum lateranensi palatio. Datum per manum Stephani primiscrinii.

78. Kartula traditionis Nandgeres de Uuormazfeldun.

785, 4. März. Ego itaque in dei nomine Nandheri dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Baugulf abbas preesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolo post obitum meum in uilla nuncupata Sulzanheim et in Gennesheim in pago Uormazfeld id est quicquid ibidem proprietatis habeam ariales terram araturiam prata aedificia mancipia et hec nomina eorum Iungolf Uuitmar Herolf Liutolt Uuolflind cum omni suppellectili eorum totum et integrum post obitum meum uos uel successores uestri supradictam rem habendi tenendi perenniter possidendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda anno XVII. regnante Karolo gloriosissimo rege Francorum die IIII. mensis martii. ego Abraham rogatus scripsi. † sign. Nandharii † Liutuuini † Uualurammi † Hrihbaldi † Megingozi † Bennoni † Herifridi † Miloni † Sigibaldi †.

79. Kartula traditionis Bernheres de Uuormacinse.

785, 22. März. In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Bernheri plenius pertractaui pro dei timore et pro remedium anime meae ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit in corpore quicquid in Battenheim uilla uisus sum habere cum areis aedificiis uineis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus ita tamen ut post obitum filii mei Ualtheres supra dicta ecclesia habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et tamen donatio hec omni tempore firma permaneat. facta donatio hec sub die XI kalendas apriles anno XVII. regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego

---

78. C. 43b, 93. Hd. a. Tr. 71.
79. C. 45a, 96. IId. a. Tr. 72.

Digitized by Google

Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Bernherea qui hanc donationem fieri rogauit. † Ualtheri presbiter † Uualuram † Ualtheri † Hrvotuuin † Sigifrid † Hremming † Hatto comes † Gebahart † Suuefheri.

80. Kartula traditionis Ualtheres de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 765,22 Mars.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Ualtheri presbiter sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore hoc est quod dono intus murum Mogontiae ciuitatis hortum meum quod est ab uno latere Hugbaldi ab alio latere Hugea tertio latere Hrvodberti quarto latere strata ita tamen ut a die presente supra dicta ecclesia habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerit liberam in omnibus habeat potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et tamen donatio hec omni tempore firma permaneat. facta donatio hec sub die XI. kalendas apriles anno XVII. regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Ualtharii presbiteri qui hanc donationem fieri rogauit. † Uualurammi † Bernheri † Sigifrid † Hiltileih † Hremming † Hrvoduuin † Hatto comis † Gebahart † Theotrih † Adalbraht † Adalfrid.

81. Kartula traditionis Cremhilte de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis 765,22 Mars.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Criemhilt sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse requiescit corpore sacro uineam unam in Mogontiorum marca quod est ab uno latere Hrihbaldi ab alio latere Odalberti tertio latere Uten ita tamen ut post obitum meum supradicta ecclesia habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem. si quia uero quod fieri non credo si ego ipsa aut aliquis de heredibus meis qui contra hanc kartulam uenire temptauerit iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et tamen donatio hec omni tempore firma permaneat. facta donatio hec sub die XI. kalendas apriles anno XVII. regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † Cremhilte † Ualtheres † Uualuram † Sigifrit † Hiltileih † Hremming † Gatto † Hatto comes † Gebahart † Odalpraht † Suuefheri † Adalfrid.

---

80. C. 42a, 89. Hd. a. Tr. 73.
81. C. 45b, 97. Hd. a. Tr. 74.

Digitized by Google

82. Traditio Huges de pago Alsacia.

785, 19. Iuni. Oportunum est exemplaria [1]) unicuique dum in hac mortali corpore niuit de futura uita ubi inmortaliter perpetueque uiuere sperat dum licet cogitare. Ideoque ego Huc dono pro anima mea seu pro anima filii mei Hahihconi pro aeterna indulgentia peccatorum nostrorum ad monasterium quod dicitur Fulda quod est constructum in honorem sancti Bonifatii et sancti saluatoris ubi Baugolf abba una cum monachis suis ibidem consistentibus regulariter degere uidentur. donatumque in perpetuum esse uolo hoc est in pago Alsacinse in uillis et in marcis denominatis in Osthaim et in Coneshaim .i. terris domibus edificiis acolabus uineis siluis areolis casis casalis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mancipiis quorum nomina sunt Ehurhilt Uuolfgund Ratolt Gerunin Gundheri Ratlind Uuerdolf Hruodrih Uuolfmar Uualahart cum omni eorum suppellectili et sumptu quantumque in ipsa marca iure ad meam pertinet hereditatem quicquid dici uel nominari in supra dictis potest locis totum atque integrum a die presente ad ipsum sanctum locum trado atque transfundo ut ab hac die ipsas res superius denominatas ipsa casa dei uel congregatio eius teneant atque possideant et eorum successoribus Christo propitio derelinquant faciendum quod noluerint liberam habeant in dei nomine in omnibus potestatem. Si quis uero quod fieri non credo si ego ipse uel heredes mei uel ulla opposita extranea persona qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerint aut inrumpere uoluerint tunc inferant uobis uel uestris successoribus cogente fisco auri libras X. argenti pondera X. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma sit cum stipulatione subnixa. Actum ad Phadrabunnen publice XIII. kalendas iulias anno XVII. regni domni nostri Karoli regis. † Huges qui hanc donationem seu testamentum fieri rogauit. † Uuidericus † Uuinihardi † Uuiloni † Herieheri † Haimerichi † Oatichoni † Uualdberti † Hruodfridi † Adalbercti † ego Eburhardus qui consensit. et subscripsi Haicho. ego Erhart scripsi.

83. Traditio Huges de Alsacia.

785, 19. Iuni. Oportunum est unicuique dum in hac mortali corpore uiuit de futura uita ubi inmortaliter perpetueque uiuere sperat dum licet cogitare. ideoque ego Huchus dono pro remedium animae meae seu pro animam filii mei Hahichoni ac pro aeterna indulgentia peccatorum nostrorum ad monasterium quod dicitur Fulda quod est [constructum] in honorem sancti Bonifatii et sancti salnatoris in pago qui dicitur Grapfeld ubi in dei nomine Baugulfus abba una cum monachis suis ibidem consistentibus regulariter degere uidentur donatumque in perpetuum esse uolo hoc est in pago Alsacinse in uilla et in marca denominata Osthaim in Choneshaim .i. cum terris domibus aedificiis acolabus mancipiis uineis siluis arealis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus quantumcunque in ipsa marca homini meo Baturico condonaui in beneficium cum omni adiacentia ad ipsum benificium pertinet totum et integrum in ipsa marca Onchysashaim uinea .I. quem ipse in beneficium habuit in loco qui dicitur Rigoltesberg. ea ratione ut ipsa casa et successores eius haec habeant teneant et quicquid exinde facere uoluerint liberam habeant potestatem. Si quis uero quod fieri non credo si ego ipse uel heredes mei uel ulla opposita

---

82. C. 2b, 2. Hd. a. Tr. 75. [1]) Das Wort hat keinen Sinn und ist wohl zu streichen.
83. C. 3a, 3. Hd. a. Pist. 504, II, 27. Tr. 76.

Digitized by Google

persona extranea qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerint aut inrumpere uoluerint tunc inferant uobis uel uestris successoribus cogente fisco auri libras X. argenti pondera X. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio omni tempore firma sit cum stipulatione subnixa. Actum ad Phadrehunnen XIII. kalendas iulias anno XVII. regni domni nostri Karoli regis. signum Huges qui hanc donationem seu testamentum fieri rogauit. † Uuiderici † Uuinihardi † Uuiloni † Herigerni † Hamerici † Oatichoni † Uualtberti † Hrohfridi † Adalfridi.

84. Traditio Warini comitis et Friderun.

Carolus dei gratia imperator augustus cunctis principibus regni sui omnibusque fidelibus christianę fidei professoribus gratiam ęternam. Nosse uolumus scientiam industriamque sagacitatis uestrę. qualiter deo opitulante nostris temporibus quendam locum habemus in regno nostro deo quidem amabilem atque placabilem nobis autem omnibus optabilem satis ac patrocinabilem uenerabile uidelicet fuldense monasterium quod sanctissimus Christi martir Bonifacius primitus fundauit sanctoque illud Sturmi abbati plenum sanctissimis ac religiosissimis fratribus commendauit. quodque idem monasterium Zacharias papa hanno et priuilegio apostolicaque benedictione muniuit nobisque summopere commendauit. nec minus pater meus Pippinus pro amore et ueneratione preciosi Christi martiris Bonifacii deuotis illud muneribus et oblationibus cumulauit. sed et nos secundum quod dominus suggesserit idem facere deuoteque pro Christi amore et sanctissimi martiris honore donaria nostra offerre ad idem uenerabile monasterium parati sumus. Hortamur igitur felicitatis uestrę sedulitatem ut idem facere prompto animo studeatis. et quicquid deus suggesserit tam ex meo beneficio quam ex uestro proprio offerendi et donandi prefato monasterio licentiam habeatis. Notum autem facimus deuotioni uestrę tam ad excitandas mentes uestras ad simile faciendum quam ad id quod offertur per nos obtinendum et confirmandum. quod fidelis noster Warinus comes et uxor eius Friderun obtulerunt deo et sancto Bonifacio martiri in prefato fuldensi monasterio cui uenerabilis Baugulfus abbas preest. in pago scilicet Moyngôwe locum nuncupatum Biberbah. cuius marca sunt XXX hubę. et quicquid ad eas pertinet tam de comparato quam de comparando. tam cultis quam incultis. campis. pratis. pascuis. domibus. ędificiis. siluis. familiis. accolis. mancipiis CCCtis et XXXta. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. uenationibus. molendinis. cum animalibus omnique supellectili. et cum omnibus quę ad usum uel cultum pertinent. Friderun uero coniux eiusdem Warini comitis seorsum obtulit deo et sancto Bonifacio de parte dotis suę in pago Folcfelt in locis nuncupatis Isensheim et Isilingen et Cisoluestat. quicquid illi ex lege dotis suę iam habere uisa est. totum et ad integrum. prompte ac uoluntarie fratribus sancti Bonifatii dedit ad possidendum et utendum uel quicquid exinde facere uoluerint. ea conditione et tenore. ut eorum semper sint memores in orationibus suis apud deum. Si quis uero quod absit et quod non credimus de heredibus illorum uel de alienis quelibet opposita persona contra hanc donationem ab illis legitime factam et a nobis stabilitam et confirmatam uenire temptauerit. caueat ne iram dei omnipotentis incurrat. et insuper cogente fisco auri uncias

786, 2. September.

---

84. Eb. II, 8ab. Nach der Indiction habe ich die Urkunde in das Jahr 786 gesetzt, obschon sie auch in das Jahr 801 fallen könnte. Der Graf Warinus ist vielleicht derselbe, welcher in der Schenkung Waluram's Nr. 25 als Zeuge genannt wird. Schannat Tr. 64 giebt nur einen Auszug ohne Datum.

Digitized by Google

.VI. argenti libras .VIII. camerę nostrę inferat. Et ut hec donatio et confirmatio stabilis et inconuulsa permaneat signari hanc cartam anuli nostri impressione nominisque nostri caractere iussimus.

Signum (M) domni Karoli imperatoris. Actum in monasterio Lauresham sub die IIII. nonas Septembres. Indictione VIIII.

85. Traditio Willibaldi episcopi.

786, 8. October. In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Uuillibald concedente gratia diuinę maiestatis episcopus imo et catholicae Christi vernaculus ecclesię iuxta quod testantur diuina oracula. date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco cogitans quomodo aqua ignem extinguit ita elimosinarum largitio resistere queat peccatis. in elimosinam meam et remissionem peccatorum meorum trado ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum super ripam amnis qui dicitur fuldanensis. ubi religiosus et praeclarus Paugolf abbas cum magna monachorum multitudine deo seruire cognitum est. post obitum meum id est in supra dicto loco nouem trado colonias (hoc sunt hobunnae) integras cum omnibus adiacentiis et finibus suis in arialis in terris araturiis in siluis in campis in pratis in pascuis aquis aquarumue decursibus aedificiis molinariis mancipia cum omni supellectili eorum et haec nomina seu numerus eorum. Egiluuart cum coniuge eius et cum uno infante. Adaluuih et duo infantes cum ea. et una femina Tagalind nomine. Irminfrid et coniux eius cum duobus infantulis. Adalbart et uxor eius et quatuor infantes cum eis. Meginhilt cum duobus paruulis. Ruodolf cum uxore sua et tribus infantulis. Gozleih. Frahpald omniumque uiginti octo. et in uilla nuncupata Ibesstat unam coloniam sicut supra dictum est in elimosinam meam trado ad iam dictum monasterium totum et integrum scilicet ut post exitum uitae meae supra dictam rem domino uolente melioratam et inminutam et incontradictam in omnibus rebus uos et secuiores uestri habere ulterius. frui perenniter sicut haec praesens traditionis continet chartula cum testium manibus suppositis et signis adhibitis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem cum stipulatione subnixa. Actum in monasterio fuldanensi anno XVIII. regnante Carlo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum. die VIII. mensis octobris. et ego Asger indignus presbyter rogatus scripsi. † sign. Eburacares comitis † Eggi † Erpes † Ihro † Sitzger † Wahho † Uulfmar † Hurum † Fricchco † Waldmunt † Vogo.

86. Kartula traditionis Geilrada et sororis eius Elisabeth de Uuormacinse.

788, 20. Februar. Dominus ac redemptor noster dei filius ammonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Geilrad et soror mea Elisabeth donamus pro remedio animarum nostrarum ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Paugulf abba preesse uidetur. hoc est quod tradimus in Mogontia ciuitate duas ariales id est houasteti et infra marca Mogontiae tres uineas et XL iugera et hec mancipia quorum nomina huiusmodi sunt Siggo Ratolf Germunt et una ancillam eius Hiltipraht Sceppio Gotalind Hrodgart Rehhilt. hec itaque sic donamus atque transfundimus ut uos ulterius firmissimam habendi possidendi habeatis in omnibus potestatem. Actum in monasterio Fulda sub die X. kalendas martias anno XX regni Karoli gloriosissimi regis Francorum.

---

85. P. 503, II, 25. Tr. 78.
86. C. 40b, 85. Hd. a. Tr. 81.

Digitized by Google

87. Traditio Mattonis et Megingozi.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet nos dicens date elimosinam et ecce omnia 786,19 April
munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Matto et frater meus Megingoz donamus pro remedio animarum nostrarum et pro abluendis peccatis nostris ut ueniam in futuro consequi mereamur donatumque in perpetuum esse uolumus per hanc epistolam traditionis ad monasterium s. Bonifacii quod dicitur Fulda constructum in pago Grapfeld ubi uenerabilis uir Paugolf abbas cum turba plurima monachorum praeesse uidetur. sicut enim superius dictum est donamus atque tradimus ad praefatum monasterium portionem hereditatis nostrae et quicquid proprium habere uidebamur in locis quorum haec sunt nomina. Einfirst haec est cella nostra iuxta fluuium Sala. et in pago Ascfeld in quinque uillis. in pago Salageuue in uilla quae dicitur Isanhus. in pago Grapfeld in uilla quae dicitur Uuangheim. in pago Ueringauue in uilla quae dicitur Hesinlar. iterum in ipso pago in uilla quae dicitur Tungidi. similiter in uilla quae dicitur Pinuzfeld. similiter in uilla quae dicitur Haholtesheim. similiter in uilla quae dicitur Steti. similiter in uilla quae dicitur Buhhulidi. et in pago Rinahgauue in uilla uocata Gisenheim. in pago Grapfeld in uilla nuncupata Stocheim. similiter in uilla Sulzifeld et in uilla quae dicitur Heripfe. et in uilla dicta Suuollunga. et in uilla nuncupata Theodorpf. et in uilla nominata Hrannunga. et in pago Gozfeld in uilla que uocatur Suuanafeld. similiter in uilla Isanesheim. et in uilla Pleihfeld marcam in siluis iuxta ripam fluminis Moines. in uilla nuncupata Heidia. et in uilla uocata Botolfesstat. in pago Waldsaze in uilla Pirchanafeld. in istis locis omnibus duas partes quicquid Macco pater noster proprium habuit totum et integrum donatum esse uolumus atque firmatum ea scilicet ratione ut dum aduiuimus ipsam portionem sub usu beneficio tantummodo sine deminutione aliqua ipsius monasterii per uestram precariam excolere debeamus. post nostrum uero amborum discessum absque ullius iudicis interpellatione uel contradictione ullius heredis uos et successores uestri cum omni re emeliorata et inexquisita in quibuslibet rebus quicquid postea inuentum fuerit ad supra dictum monasterium in dei nomine habendi teuendi et quicquid exinde elegeritis faciendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si aliquis de nostris heredibus et proheredibus ullo umquam tempore contra hanc epistolam donationis nostrae uenire temptauerit aut eam infrangere conatus fuerit. iram trinae maiestatis incurrat et diuinam ultionem super se recipiat. insuper et iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras argenti ponde [1]) et quod repetit quisquam uindicare non ualeat sed presens epistola donationis et deuotionis nostrae omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda dei XIII. kalendas maias anno XX. regnante Karlo rege Francorum et Longobardorum et patricio Romanorum. ego Einhart rogatus scripsi. sign. Mattonis et Megingozi qui hanc traditionem fecerunt. sign. Unuanes comitis. sign. Sigiboti † Votilo † Suuidpraht † Gerbraht † Halabing † Adalbraht † Theoleich † Terbuuin † Pernolt † Iaring † Phenteo † Araheo † Uualahfrid † Meginpraht † Uuighart † Hreitolf. Item uestitionis testes iidem ipsi qui et supra nominati sunt cuncti.

---

87. P. 448, I, 13 und ein Summarium 451, III. Tr. 83. [1]) Es fehlt bei libras und pondo die Zahl.

Digitized by Google

88. Traditio Mattonis et Iulianae.

In Christi nomine ego itaque ultimus exiguusque dei seruorum famulus Matto sed et ego nuncius fidelis Othelm diligenter deuotus in elimosinam Iulianae dei famulae et abbatissae pro remedio animae suae sicut ipsa mihi manu potestatiua ex iure proprietatis suae in Uuangheimero marcu tradiderat. similiter et ego Matto in supra dicto loco ubi supra dicta Iuliana soror mea totum et integrum s. Bonifacio per manum Othelmes tradiderat ita et ego in uilla eadem portione et ex illa quantitate quantum mihi ibidem adiacet proprietatis sicut aliis testibus perpluribus cognitum est ita et ego Matto supra dicto loco in elimosinam meam et fratris mei Megingozes et eorum quibus debitor sum sicut et illa supra dicta Iuliana soror mea per manum supra dicti Othelmes sic trado quicquid ad meam pertinet proprietatem totum et integrum sic et ille Othelm nos simul trademus sicut supra dictum est in Uuangheimero marcu id est illam ecclesiam et monasteriolum constructum cum illis sanctorum reliquiis et cum omni proprietate id est tam terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus aedificiis domibus arialis coloniis qualiter et quomodo heredatum a parentibus et a nobis elaboratum aut exquisitum sit peculiari utriusque sexu mobilibus et immobilibus quicquid dici aut nominari queat et haec mancipia quorum haec sunt nomina Uuelato Uuahho Liobgund Bvobila Helidgund Liutman Frahamuot Theotninui Hruadperaht Fruma Richolf Perahtuuar Theotmnot Altger Snelburg Meginhilt Irminburg Hiltigund Theotmar Trebo Uuintarhilt Aso Oto Uuolfgund Hruadhilt Adalalt Adalolf Appo Lubarizzafiu Manno Mahtgund Horscolf Nefauuin Lintgart Hiltigarti Othilt Asolf Lantger Reginhilt Uuillithrud Perahtsuuind Thiha Uuillihilt Helidulf Rihgund Ellengund Unigolf Alahuuin Pilimuot Uuerdolf Snello Snelhart Eggeolt Aha Ludiup Hruadulp Gotzperaht Thiholf Adalger Uuiglind Eburhart Helmolf. haec mancipia cum omnibus udiacentiis et suppellectilibus suis totum et integrum a die praesente sic uolumus esse traditum atque firmatum in elimosinam illorum supra scriptorum ea scilicet ratione ut hanc rem ab ulla persona nostrorum coheredum incontradictam et inexquisitam uos et posteri uestri habere frui perenniter firmissimam habeatis potestatem cuius connexam uobis ad uestiendum et ad inducendum et ad roborandum. Actum in monasterio Fulda die X. mensis martii. ego Asger rogatus scripsi et testibus firmaui. † sign. Matton † sign. etiam Othelmes qui hanc traditionis chartulam fieri rogauerunt † sign. Frehholfes † sign. Hludumares † sign. Germen † sign. Ratgeiles † sign. Erben † sign. Purghartes † sign. Reginheres † sign. Uuiharoltes † sign. Regiuperahtes † sign. Gerhartes † Ratheres † Uuolfleibes † Uuitmares † sign. Erphes.

89. Traditio Voten de pago Alsacinse.

788, 19 April. Oportunum est unicuique dum in hac mortali uita uiuet ubi inmortaliter perpetueque uiuere sperat dum licet cogitare studeat. ego in dei nomine Voto dono pro animae meae remedium seu pro pondere peccatorum meorum dono ad monasterium quod dicitur Fulda quod est in honore sancti saluatoris constructum ubi ipse sanctus Bonifatius corpore requiescit sacro ubi uir

---

88. P. 512, II, 42. Tr. 82. Ich habe diese Urkunde hinter die vorangehende gestellt, obschon sie einige Jahre später fallen muss.

89. C. 6b, 11. Hd. a. Tr. 84.

Digitized by Google

uenerabilis Baugulfus abba preesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolo hoc est in pago Alsacinse in uilla Scaftolfeshaim in Strazburga ciuitate in Tunchinashaim in Uuigfridashaim in Gaganhaim in Hantscohashaim in Ehinhaim in Falahabu in Alabrunnen in Barru in Hunzolfeshaim in Hirtunghaim in Hughilahaim in Niufera et ad Scaca. id est cum terris domibus edificiis mancipiis uineis siluis arealis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici uel nominari potest totum et integrum a die presente trado atque transfundo ea ratione ut a die presente aut si mihi deus legitimum dederit filium liceat ei redimere cum duobus uueragеldis. si hoc non fuerit liberam in omnibus habeant supradictus abbas uel successores eius teneant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit inferat cogente fisco auri uncias XV. argenti pondera X. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permanеat stipulatione subnixa. Actum ad Scaftolfeshaim puplice data XIII. kalendas maias anno XX. regni domni imp. Karoli. † Voten qui hanc donationem fieri rogauit † Theotberti † Uuinihardi † Liutharii † Ratberti † Emichoni † Thrudharii † Ursoni † Odalrichi † Hilticari † Uuitberti † Starcolfi † Nidgarii †.

90. Kartula traditionis Uualurammi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 788, 25. Mai.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Ualuramnus et coniux mea Ualtrat sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futuro ueniam aliquam promerire mereamur donamus ad ecclesiam sancti Bonifatii quae est constructa super fluuium Fulda ubi ipse martyr sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi Baugulfus abba preesse uidetur. hoc est intus muro ciuitatis Mogontiae aream unam cum casa et cum omni aedificio in qua nos commanere uideamur quod est de tribus partibus strata publica quarta parte Zotani ea uero ratione ut dum ego Ualuramnus et coniux mea Ualtrat et filius noster Hrabanus qui alium superuixerit habeamus. et post obitum nostrum supradicta ecclesia sancti Bonifatii uel custores illius habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris qui contra hanc kartulam donationis uenire temptauerit iram dei et omnium sanctorum incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et tamen donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. facta donatio haec sub die VIII. kalendas iunias anno XX regnante domno nostro Karolo glorioso rege. † sign. Ualurammi et coniugis eius Ualtrata qui hanc donationem fieri rogauerunt. † Hrabani † Gundrammi † Meginratae † Hattoni comitis † Gebahardi † Uuargeri † Megingozi † Mvotharii † Adalprahti † Adalfridi † ego Uuelimannus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

---

90. C. 75b, 204. Hd. a. Tr. 85.

Digitized by Google

91. Kartula traditionis Uualurammi.

788, 25. Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Uualuramnus et coniux mea Unaltrat sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futurum ueniam aliquam promerire mereamur donamus ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse requiescit corpore sacro et ubi Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago Uuormacinsae in uilla quae dicitur Truhtmaresheim quicquid Ualtrat ibi uidetur habere. cum areis terris araturiis uineis campis siluis aquis aquarumque decursibus ita tamen ut ab hac die presente habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei incurrat et omnium sanctorum et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. facta donatio haec sub die VIII. kalendas iunias anno uicesimo regnante domno nostro Carolo glorioso rege. † sig. Uualurammi et coniugis eius Ualtratae qui hanc donationem fieri rogauerunt. † Hrabani † Gundrammi † Hattoni comitis † Gebahardi † Uuargeri † Megingozi † Vodalprahti † Mvotharii † Adalfridi †.

92. Kartula traditionis Elisabeth et Geilrata de Uuormacinse.

766, 31. Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Elisabeth et Geilrat sana mente sanoque consilio pro remedium animae Lantsuindae ut in futuro ueniam aliquam promerire mereatur donamus ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse requiescit corpore sacro. hoc est quod donamus in pago Uuormacinse in Gunsanheimu marcu iugera LXXX et quicquid in ipsa uilla aut in illa marca proprietatis habuit et mancipia II. Asheri Amalhilt. ea uero ratione donamus ad monasterium sancti Bonifatii ut dum ego Elisabeht et Geilrat uixerimus nobis habemus terram et mancipia et nobis seruiant et post obitum nostrum supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die pridie kalendas iunias. anno XX regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Uuelimannus scripsi. † sign. Elisabeht et Geilrata qui hanc donationem fieri rogauerunt † Uualuram † Adalpraht † Megingoz † Gundram † Sigiman † Remming † Heimo †.

---

91. C. 76a, 205. Hd. a. Tr. 86.
92. C. 46b, 101. Hd. a. Tr. 87.

Digitized by Google

93. Kartula traditionis Fricconis et Itmuot.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Fricco et coniux mea Itmuot ob metum gehennae aeternae et premium uitae aeternae seu pro remedio animae nostrae aut remissione peccatorum nostrorum ut ueniam delictorum atque scelerum nostrorum consequi mereamur in futuro dei gratia nos admonente donamus atque tradimus traditumque in perpetuum esse uolumus ad s. Bonifatium martyrem Christi ad monasterium quod uocatur Fulda ubi uenerabilis et praeclarus [Baugulfus] abbas cum multa turba monachorum deo seruire uidetur quicquid proprietatis habemus ex iure parentum et alio quocunque modo acquisitum in pago Paringe et in uillis istis Sundheim et in Northeim et in Pladungom. similiter et hoc quod in ista Bochonia iuxta ripam fluuii qui uocatur Huna totum et integrum cum terris siluis aedificiis campis pratis aquis aquarumue decursibus et omnibus adiacentiis et mancipia XIIII. quorum nomina haec sunt. Ruodolf Anno Manno Hagastalt Truogo Uualdman Otan Uuillicoma Irmingart Adalgart Peiarin Uuarrat Uuiglind Otgart. cum omni supellectili eorum sic in elimosinam nostram tradimus sicut supra scriptum est ita ut per precationem nostram et per uestrum beneficium nos illam rem usuario modo excolendam tenere permittatis usque obitum uitae nostrae et post obitum nostrum amborum supradictam rem uos et posteri uestri perenniter habere firmissimam habeatis potestatem culmo subnixam. Actum in monasterio Fulda anno XXI regnante Karolo glorioso rege Francorum die XXVII mensis februarii. et ego Asger iussus indignus presbyter scripsi. 780, 27. Februar.

94. Kartula Uuolfbaldi de Mogontia.

In Christi nomine ego Uuolfbald in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Paugulf abbas preesse uidetur trado in Mogontia ciuitate publica unam arialem cum duabus mansis id est cum duabus casis et ex una parte id est occidentali ibi erit pars sancti Martyni similiter ex septemtrionali parte sancti Martyni ab orientali uero plaga uia publica id quod supra scriptum est sic trado ad supra dictum monasterium nisi tamen per uestrum beneficium illud excolere mihi ad nutrimentum tenere permisistis usque ad exitum uitae meae. post obitum meum supradictam rém uos uel sequaces uestri habere ulterius fruere perenniter liberam ac firmissimam habeatis potestatem stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda anno XXI. regnante prestantissimo atque glorioso Karolo rege Francorum die primo mensis martii. ego indignus Asger presbiter scripsi. † Uuolfbaldi qui hanc donationem fieri rogauit † Theoto comes † Lantfrid † Moring † Fruorit † Reginfrit † Sigiman † Hruodolt † Uto † Hugibald † Theotalah † Gisalpraht †. 780, 1. März.

95. Traditio Ratboten.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Ratboto sana mente sanoque 780, 13. August.

---

93. P. 500. II, 16. Tr. 88.
94. C. 49b, 108. Hd. a. Tr. 89.
95. C. 80a. 213. Hd. a. Tr. 92.

Digitized by Google

consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi domnus Baugulfus abba preesse uidetur hoc est quod dono in pago Nauinse in uilla quae dicitur Hrocchesheim .i. aream unam cum omni aedificio quod est ab uno latere Uuimadus episcopus ab alio et tertio Starcharius quarto latere aqua et dono in ipsa marca quicquid ego de uineis terris araturiis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et dono mancipia IIII. his nominibus Amalbraht Altpraht Fahsuuind Liutheid. ea uero ratione dum ego et coniux mea Hruodlind adnixerimus habemus aut deinceps elaborare poterimus post obitum nostrum reuertatur ad supradicto monasterio. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias duas argenti pondera IIII. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta donatio haec sub die idus augustas anno XX secundo regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus a Ratboten scripsi [et] notaui diem et tempus quo supra. † Ratboten qui hanc donationem fieri rogauit † Hattoni comitis † Gebahardi † Uualurammi † Theotrichi † Megingozi † Erbioni † Odalberti † Gernandi † Hartuuini † Gerbaldi †.

96. Kartula Ratboten et Hruodlinda de Uuormacinse.

Ego itaque in dei nomine Ratboto et uxor mea Hruodlind pro redemptione animarum nostrarum ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda tradimus in elimosinam nostram unam arialem et in ea domum aedificatum. et .I. uineam et X. iugera et de pratis ad .III. carradas in Hrocchesheimo marcu hoc quod supra nominaui tradimus ad supradictum monasterium atque uolumus esse perpetuum. ea uidelicet ratione ut post obitum nostrum rém incontradictam et melioratam uos uel successores uestri possideatis teneatis perpetualiterque fruatis. Actum in publico concilio quod dicitur Pathrafons coram his testibus † Hatto comes † Uualuram † Hugbald † Hadupraht † Hiltbod † Uuarmunt † Beranheri.

97. Traditio Altprahti.

790. Altpraht presbyter traold [l. tradidit] et fratrueles eius id est Albuuin presbyter et Heimbraht quicquid habuerunt in Heimmengeshusum et in Ascfeldon necnon et in Niuuiheim. nomina mancipiorum Albraht Heliduuar Ferting Engiltrud Vodiltrut Ratgoz Folcleih Friduuuiz Folrat Zeizcomo Albhart Albgart Hruodila Hruodolf Egifrid Enstila Heriolf Leibolf Adaluuih Folcmar. anno XXII. Karoli. † sign. Uualtbraht presbyteri. Albuuin presbyteri. Heimbraht Hruodpraht Heribraht Gerhart Suuidpraht Hahpraht Meginpraht Alauuih Theothleih Ercanboto Berahtoloh.

---

96. C. 64a, t53. Hd. a. Tr. 93.

97. P. 451. Tr. 94. Entweder ist der Name Altpraht zu Anfang der Urkunde oder der Name Waltbraht unter den Zeugen falsch.

Digitized by Google

98. Traditio Theotharti et coniugis eius de Strazburg.

Sacrosanctae ecclesiae sancti Bonifatii martyris Christi quae est constructa super fluuium 791, 22. Iuni.
Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi Baufgolf abba preesse uidetur. nos itaque Theothardus et coniux mea Ebursuuind donamus pro animae nostrae remedium donatumque in perpetuum esse uolumus hoc est infra noua ciuitate arialem nostram cum casa quae in ea stabilita est. ab uno latere habet Baldrud ab altero latere uia communis. ab una fronte habet Gotesman et ab alia fronte terra sancti Petri de monasterio Sundalberti abbatis. totum et integrum a die presente donamus atque transfundemus liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si nos ipsi uel heredes nostri seu quislibet ulla opposita extranea persona qui contra hanc donationem a nobis factam uenire temptauerit aut inrumpere uoluerit iram dei incurrat et inferat fisco cogente auri uncias .V. argenti pondera .II. actum in Strazburga ciuitate publica. datum X. kalendas iulias anno XXIII. regni domni Karoli regis. † Theothardi † Ebursuuinda coniugis sua qui hanc donationem fieri rogauerunt. † Hrihcharii † Hruodmunti † Otoni † Theotuuigi † Egilolfi † Thancholfi † Utoni † Asaph qui rogatus scripsit.

99. Kartula traditionis Altfrides et Folratu.

In Christi nomine ego Altfrid et coniux mea Folrat in elimosinam nostram ob desi- 791, 27 Iuli.
derium uitae aeternae et pro remissione peccatorum nostrorum et matris et sororum et filiorum filiarumque et omnium parentum et fratrum atque cognatorum quorum coheredes sumus in aliqua parte tradimus ad monasterium sancti saluatoris ubi sanctus Bonifatius praeclarissimus martyr requiescit et ubi uir uenerandus Paugolf abba cum multa turba monachorum deo seruire uidetur sic tradimus quicquid in Geltresheimero marcu et in Hengisthorpfero marcu proprietatis habemus ad uillam quae uocatur Madibah sicut ibidem ad nos ius proprietatis pertinet extra illum septum id est bifang qui est in Giusungom septum illum foras dimitto. ceterum sicut dictum est totum et integrum tradimus cum terris siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus molinariis aedificiis domibus cum omnibus adiacentiis pecuniae utriusque sexus mancipia quorum haec sunt nomina Liuthram Uuilliger Sigihart Adalbald Uuolfthane Uuaning Adalman Gebauuar Heriman Starcman Uuini Thiotrih Bilihilt Ratulp Uuolfbald Uuillibald Perahtuuar Theotniuui sic tradimus cum omni suppellectili eorum. ea scilicet ratione ut per nostram petitionem et uestrum beneficium nobis concessum sit a uobis frui usque ad diem ultimum uitae nostrae amborum imo et filii nostri Altthuringes ut si quis ex nobis longius uiuat illud habeat usque ad finem uitae suae. postea supradictam rem inexquisitam et incontradictam absque ullo homine uos et successores uestri habere perenniter possidere firmissimam habeatis potestatem culmo connexam. Actum in uilla supradicta Madibah anno XXIII. regnante Karolo rege Francorum die VI. kalendas augusti. et ego Asger rogatus scripsi et cum testibus firmaui † sign. Altfrides et Folratu coniugis meae qui hanc cartam fieri rogauimus † sig. Irmintheo † Hiltibald † Ermperaht † Atto † Heriperaht † Adalman † Geruuines † Paldman † Otacar † Sigiuuart † Rihheri † Geruuintil † Lant-

98. C. 2b, 1 und noch einmal mit unbedeutenden Abweichungen 5b, 8. Hd. a. Tr. 95.
99. P. 512, II, 43. Tr. 97.

Digitized by Google

frides † Sundarolfes † Gerhelm † Glauprahtes † Ratuuiges † Theotmannes † Otpold † Uuerinperahtes † Ruadoltes † Patufrides † Eburacar † Hagunen † Theotheres † Grimperahtes † Altthuringes † Hegilen † Altmares † Sigolaches.

100. Kartula traditionis Hiltrihi.

791, 12. September. Dominus ac redemptor noster dei filius ammonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Hiltrih pro me et coniuge mea Hruadunne dono atque trado quicquid in Suuinfurtero marcu ego Hiltrih proprietatis habui excepta una huoba et quicquid coniux mea Hruadun in Coldleibesheim id est in Folcfeldero marcu proprium habuit et in Spiozesheim et quicquid in Uuinido marcu nos simul habuimus et quicquid in Ascahu absque tribus hobunnis id est in Ueringuuero marcu et ista mancipia Uuolfgelt Rihhilt Uuidargelt Nordman Herigart Leobniuui Heriggo Frenchin Suuabin Nending Suuanahilt Glaumunt Gotalind Gotesgis Adalbirg Imma Houauuib Guotuuiz Gerbald Altthrud Uuolfbero Altbero Adalbero Huohmunt Mahtfrid. totum et integrum quicquid praenominaui trado ad sanctum Bonifatium pro me et coniuge mea ea scilicet ratione ut dum ego uiuo habeam illud et utar sub uestra precaria. post obitum uero meum uos uestrique successores ulterius sine ulla contradictione possideatis haecque donationis charta firma et inuiolabilis permaneat stipulatione subnixa. actum in monasterio Fulda pridie iduum septembrium anno XXIII. regnante Karlo rege Francorum. ego Einhart scripsi. et quicquid Ruadun proprium habuit in Uringosteti.

101. Kartula Landfridi.

791, 15. September. In Christi nomine ego Lantfrit ob desiderium uitae aeternae et pro remissione peccatorum dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris sancto Bonifatio preclarissimo martyre quod monasterium situm est in Bochonia super fluuium Fulda ubi uenerabilis iocundissimusque Baugulfus abba cum grandi coetu monachorum deo deuotissime seruire dinoscitur. sicut supra dictum est trado unam arialem extra murum ciuitatis Mogontiae domibus constructam et aedificiis quae hoc modo circumquaque terminatur. in una parte iacet pars sancti Clementis et in alia parte sancti Petri tertia parte sancti Teomasti quarta parte Hrenus fluuius et omnia mancipia mea excepto X. et unam famulam cum infante quos adhuc foras demitto. omnemque laborem meum et substantiam siue in auro uel in argento aut in quoque metallo seu in qualibet re quidquid sit aut dici uel nominare poterit totum et integrum trado ad supra dicto sancto. ea quippe ratione ut post obitum meum supra dicta res traditum sit atque firmatum in elimosinam meam uobis atque successoribus uestris fruendum possidendum ulterius perpetualiter incontradictam firmissimamque habeatis potestatem. culmo conexum. Actum in monasterio Fulda anno XXIII. regnante Karlo glorioso rege Francorum die XV. mensis septembris. ego Asger indignus presbiter hanc kartulam feci et testibus firmaui. † sign. Lantfrides qui hanc traditionis kartulam postulando fieri rogauit. † Uualurammi † Hrabani † Ansprahti † Sigifridi † Gerharti † Fnotten † Fruoriti † Gerprahti † Gerhelmi † Gundrammi † Reginfridi † Theotfridi † Hartuuini †.

---

100. P. 503. II. 24. Tr. 98.

101. C. 35b, 72 und in zweiter Abschrift 37b, 79. Hd. a. Tr. 96.

Digitized by Google

102. Kartula Folcuuini.

Ego in dei nomine Folcuuin pro remedio animae meae ut in futurum ueniam ali- 791.
quam consequi merear trado ad sanctum Bonifatium XX iurnales in Eburuuinesheimo marcu et unam uineam. ea ratione ut ego illud sub uestra prestaria usque ad obitum meum habeam post obitum uero meum uos uel successores uestri rem supra dictam sine ullius personae contradictione recipiatis ac deinde in posterum perenniter possideatis. Actum in monasterio Fuldae anno XXIII. regnante Karlo gloriosissimo rege Francorum. ego Einhart scripsi. † sig. Gisalhelm † Beldirih † Uuillibald † Folcuuin † Baldhart † Erlolf † Eliolf † Uuigarat † Madalger.

103. Kartula traditionis Altfrides et Folratu.

In Christi nomine ego Altfrid et coniux mea Folrat in elimosinam nostram ad mona- 792. 8 Feb.
sterium sancti salnatoris quod dicitur Fulda sancto Bonifatio praeclarissimo martyri ubi uenerandus Paugolf abbas preesse nidetur tradimus in pago Grapfeldero marcu id est in Ramuungero marcu et in Mahdesbahero marcu tertiam partem sicut ibi nobis congruit et item in Hengistorpfero marcu ad illam uillam quae uocatur Giusunga totum et integrum quod mihi Altfride pater meus Altthuring ex iure proprietatis suae in hereditatem reliquerat et omne quod postea ibidem exquisitum et elaboratum habemus sic tradimus ad supra dictum sanctum id est tam terris siluis arialis campis pratis pascuis aquis aedificiis omnibus adiacentiis totum et integrum quod ad meam Altfrides et coniugis meae Folratu proprietatem pertinet et haec mancipia Sinding et coniux eius Gerburg. Uuillifrid et uxor eius Hohburg. Otheri Uuiela uxor eius. Gozbold coniux eius Gerflah. Thiothelm et uxor eius Otun. Eleolph Sigimar Heilagthrud Hiltilaug Gerhilt Pilimar Genze Uualtun et filia eius quam comparaui Liobmar Uuillirih Reginhelm Thiotunin Emita Imma Reginbald Gunza Adallind Hruadbald Meginbirg Sigimunt Thruhtila Uuilliheri Hiltirat Uuanperaht Guli Liutgoz Thiothelm Alaburg Peiari Heriman Bilihilt Fridubirg Frahamot Nandolt Uuolfhart Hunolt Hruadolt Uuitta. haec omnia cum cunctis supellectilibus suis a die presente et deinceps sicut habent ea ratione tradimus hanc rem ut hoc habere et frui possimus usque ad obitum uitae nostrae amborum. post exitum uitae nostrae hanc rem uos et posteri uestri habere perenniter possidere ulterius inexquisitam et incontradictam firmissimam habeatis potestatem culmo connexam. Actum in uilla quae uocatur Gyusunga coram testibus inferius conscriptis anno XXIV. regnante Karolo rege Francorum die V. mensis Iulii. ego Asger scripsi et testibus fixi. † sign. Prezzoltes presbyteri et monachi † sign. Cuniprahtes presbyteri fratris Altfrides qui hoc perficiebat † sign. ipsius Altfrides et coniugis eius Folratu † sign. Adalmannes † Sigimannes † Irminteotes † Adalmannes † Eimperahtes † Hruadmannes † Theotmannes † Sigiuuartes † Uualdmannes † Nanduuiges † Leidratea † Zecchen † Nidprahtes † Sigolahes † Theotprahtes † Nidgotes † Adalhartes.

---

102. C. 36b. 75. Hd. a. Tr. 99.
103. P. 513, II, 44. Tr. 100.

Digitized by Google

104. Kartula traditionis Uuolfbaldi de Mogontia.

792, 18. December

In nomine patris et fili et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque nos in dei nomine et coniux mea Ludabirg donamus ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi nunc Baugulfus gratia dei abbas preesse uidetur. hoc est quod donamus quicquid simul elaboratum habemus aut deinceps deo auxiliante elaborare possumus et donamus mancipia XIIII. his nominibus Eburolf Imma Gundheid Irminheid Heminat Gimmunt Adalolf Hiltuuar Liutram Engilburg Liutuuih Hiltuuih Thenchilt Hadugart cum omni elaboratu eorum et cum omni integritate sicut supra diximus cum omni elaboratu nostro ita ut post obitum nostrum et filiorum nostrorum supradicti monasterii rectores uel custores illius de supradicta re habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die XV. kalendas ianuarias anno XXV. regnante domno nostro Karolo glorioso rege. Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Uuolfbaldi et coniugis suae qui hanc donationem fieri atque firmare rogauerunt. † Ualurammi † Marcrati † Hiltibaldi † Ercanberti † Uuigrici † Erhardi † Uuolfrodi comitis † Hattoni comitis † Moringi † Herifridi † Folcbercti † Raffoldi †.

105. Kartula Gundprahti.

793, 10 Mai.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Gundberctus sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius gloriosus martyr sacro requiescit corpore ubi nunc domnus Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in Bingiorum marcu uineas .VI. de una uinea habet Gundricus in uno latere ab alio latere Bernolt tertio latere Hrenus quarto latere silua. de alia uinea est latere uno Gundricus ab alio Egiberctus tertio latere uia publica quarto latere Suueidingus. de tertia uinea est uno latere Uuitgerus ab alio latere sancti Martyni tertio latere Uuitgerus quarto latere item Gundricus. De quinta uinea est uno latere Gundricus ab alio latere Gozolfus tertio latere Saraberctus quarto latere Otramnus. De sexta uinea est uno latere Gerbaldus ab alio sancti Giuuari tertio latere uia publica. et in ipsa marca dono de silua quicquid mater mea Gundrada mihi moriens dereliquit et similiter dono quicquid ego proprietatis uisus sum habere id est terris ara-

---

104. C. 43a, 91. Hd. a. Tr. 101.
105. C. 39b, 84. Hd. a. Tr. 102.

Digitized by Google

turiis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus uineis mobilibus et inmobilibus cultum et incultum ita ut ab hodierno die de supradicta re supradictus abbas uel eustores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus argenti pondera IIII. auri uncias .II. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio hec sub die VI. idus maias anno XXV regnante domino nostro Karolo gloriosissimo rege. Ego Hiltibaldus rogatus a Gundbercto hanc kartulam donationis scripsi † sign. Gundbercti qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit † Uualurammi † Gundrammi † Marcrati † Asbercti † Cristani † Remmingi † Ercanbercti † Hiltibaldi †.

106. Kartula uendicionis Hratulfi et Maghelmi de Uuormacinse.

Sacrosanctae ecclesiae que est constructa in pago Grapfeldae in loco qui dicitur Fulda 709, 25. Juni.
ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore ubi uenerabilis Baugulf una cum sancta congregatione regulariter degentibus pius preesse uidetur. ego in dei nomine Ratulf et Machelm emptores constat nobis res nostras uobis uendidisse quod et ita fecimus id est in marcu et in uilla Elisanheim quaulumcunque in ipsa marca uisi sumus possidere totum et integrum tam terris casis casalis arialis campis pratis siluis uineis aquis aquarumque decursibus cum omnibus adiacentiis tam maiorem quam minorem et in Elisinhaimu marcu et Beralfesheim et in illis tribus finibus iurnales XXXVIII. et in Beraheimo marcu et in Elsinheimmo tradimus atque transfundimus a die presente ut supradictus abbas sicut inter nos placuit atque conuenit III. libras dederit. et hec omnia firmiter teneat atque possideat et quicquid exinde facere uoluerit liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc uenditionem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit inprimitus iram dei habeat et inferat partibus ipsius monasterii tantum quantum hec kartula continet et auri uncias III. argenti pondera .II. coactus exsoluat. et quod repetit euindicare non ualeat stipulatione conexa. Actum puplico Elsinhaim VII. kalendas iulias anno XXV. regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege. † Vodil † Achioldi † Hruodfridi † Vodilmari † Grimoaldi † Amalberti † Folcrati † Hartprahti † Gauuirichi † ego Vodalrichus presbiter in uici Cnuzes scripsi.

107. Kartula traditionis Arahen de Elmaha.

Dominus ac redemptor noster dei filius per euangelium suum ammonet nos dicens date 709, 8. Juni.
elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idciro ego in dei nomine Araho dono trado atque transfundo ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit

---

106. C. 39a, 82. Hd. a. Tr. 91. Schannat giebt ein falsches Jahr.
107. P. 473, I, 96. Tr. 106.

Digitized by Google

corpore ubi uir uenerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor preesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo in elimosinam meam quicquid proprietatis uisus sum habere in uilla Elmaha quae sita est iuxta fluuium eodem uocabulo nuncupatum totum et integrum cum omnibus adiacentiis suis ut praediximus ad meam proprietatem in terminis uillae praefatae pertinentibus id est areolis aedificiis campis pascuis siluis pratis aquis aquarumque decursibus mancipiis mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest. ea scilicet ratione ut ab hodierna die ac deinceps rectores praedicti monasterii quicquid inde facere uoluerint firmissimam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. Actum in praefata uilla anno XXVII. regni Karoli inuictissimi regis Francorum die VIII. mensis iunii in presentia testium quorum nomina et signa subscripta sunt. † sign. Arahen qui hanc traditionem fecit † sign. Adalhelmi † Reginfridi † Uuolfberen † Uuigbrahti † Reginheri † Rahtingi † Arfridi † Egilhelmi † Meginbrahti † Iagud † Uuinharii † Huohingi † Haichonis † Uuigharii † Giltingi † Folmoti † Uuanes. Eggi presbyter et monachus et Theolejh aduocatus sancti Bonifacii hanc traditionem atque uestitionem acceperunt. ego Asger indignus presbyter hanc traditionis chartulam iussu Baugolfi abbatis scripsi notauique diem locum et tempus supra scriptum.

108. Kartula traditionis Gundacares.

7[illegible] 30 November

In dei nomine licet sint parua et exigua quae pro meis immensis offero sceleribus tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. idcirco ego Gundacar nutu dei dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui corpore in monasterio Fulda requiescit quicquid in uilla Marchhereshusen quae sita est in pago Grapfelde in aedificiis domibus terris siluis campis pratis et unum promerium habeam proprietatis sicut superius dixi totum et integrum supra nominatas res trado ad sanctum Bonifatium uti per illius patrocinium meorum consequi merear delictorum ueniam. ea scilicet ratione ut quod tradideram absque contradictione omnes dies uitae meae possideam. post finem uero dierum meorum uos et successores uestri tenendi habendi fruendique in omnibus firmissimam habeatis potestatem. scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda die II. kalendas decembris anno XXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. † sign. Gundacares qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † sign. Liuuichoni comitis † sign. Sigifridi † Nebi † Adalrammi † Sigifridi † Gisal † Ruodiprahti † Ratfridi † Tagafridi † Roffolti † Gerbrahti † Husuuarti.

109. Kartula Edrammi pro fratre suo Adalharte.

79[illegible] 13 December

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Ediram dono pro remedium animae Adalharti fratris mei ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Baugulfus abba

---

108. P. 508, II, 37. Tr. 121.
109. C. 48a, 104. Hd. a. Tr. 123.

Digitized by Google

preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinsae in uilla quae dicitur ad montibus et in illa marca uineas .II. de una uinea est ex uno latere sancti Albani ab alio latere Heimbereti tertio latere Ranulfi quarto latere Atun. de alia uinea ex uno latere habet Uuerinheri ex alio latere Racheri tertio latere Otbert quarto latere Ata. ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die idus decembris anno XXVIII. regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Edram qui hanc kartulam donationis fieri rogauit † Eburhardi † Rantulfi † Unrohi † Uualtolfi † Engilheri † Uuolfgisi † Geroldi † Brunichoni † Hartuuini † Uuelimanni † Hruoduuini †.

110. Kartula traditionis Votonis.

Dominus ac redemptor noster dei filius ammonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego in dei nomine Voto pro remedio animae meae et coniugis meae Rathiltae dono atque trado donatumque firmiter ae perpetualiter esse uolo ad monasterium sancti Bonifacii quod dicitur Fulda ubi ipse corpore requiescit et uenerabilis Baugolf abbas praeese uidetur. hoc est in locis subter nuncupatis in pago Tullifeld et Grapfeld quicquid terris domibus aedificiis aquis aquarumue decursibus mancipiis ad Reodum in confinio Sundheim. et nomina mancipiorum Azzo Gozila Perahtrat Unangund Hiltibald Uuolfrit Treuuolf Eburuuin Tota Egilperaht Uuilliburg Folcperaht Adalgoza Hartrat Egiuip Ninuirat Thancmar Thiholf Folcuuart Sundhilt Liuting Suuahin Heriman Suuab Starcpraht Gozpraht Ostruh Grimpraht Herting Liutbrun Hemma Liuiso Leobolf Guololf. et quicquid proprium possidere uidentur et duas partes Meginheres et tertiam partem dimidiam. similiter et Tettae et filiae eius tertiam partem. dimidiam Frehholf Perahtrat iterum Perahtrat Uuldargoza. et in confinio Uuestheim in uilla antiqua quicquid in campis siluis aquis aquarumue decursibus. et quartam partem thes bifanges ad Uueitahu quicquid in Sundheim in campis et agris habere proprium uidebatur. et in Nordheim quod acquisiuit Agerhohe et mancipia quae supra memorata sunt et casa in uilla nuncupata Uuisuntaha et quicquid ibi proprium uidetur habere et de grano siue segete siue alicubi sit seruatum et sex examina apium et septimi duas partes. caballos duos et XII. boues cum uaccis. IV. capras cum hircis. porcos XXIX. sicut supra scriptum est omnia ista trado ad monasterium sancti Bonifatii. si quis uero quod futurum non credo de nostris heredibus aut ulla opposita persona contra hanc epistolam donationis meae uenire temptauerit aut infringere conatus fuerit iram trinae maiestatis incurrat et quod uult euindicare non ualeat et insuper iuxta poenam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras tantum argenti pondus et praesens epistola donationis meae firma

781, 21. December.

110. P. 505, II, 30 und 511, II, 41. Tr. 124. Ich habe die zweite Abschrift vorgezogen, da sie vollständiger ist, jedoch einige Worte, welche ausgefallen sind, aus der ersten eingeschaltet.

Digitized by Google

et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum sub die X. kalendas ianuarii anno XXVIII. regnante Karolo rege Francorum † sign. Adalram † Gerhoh † Vodalheri † Thiotrih † Ratgast † Fruming † Voto † Freido † Reginolt.

111. Kartula traditionis Uuerinburgae.

796,30.Ianuar. Dominus ac redemptor noster salubriter et sancte nos in euangelio ammonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego Uuerinburg dono atque trado in elimosinam meam et pro absolutione peccatorum meorum in pago Ascfelde et in uilla eodem nomine Ascfelde quicquid iure proprietatis habeo id est in campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Elting Geruuart Altperaht Unielant Suomolf Egirih Uuerinhilt Leobsuuind Otsuuind Albheid Regindruh Liutsuuind Liobuuart Nordman Uuolfsuuind cum omni eorum supellectili totum et integrum quicquid proprietatis habeo absque una areola trado ad sanctum Bonifatium uti ego consequi merear peccatorum meorum apud dominum per ipsius intercessionem ueniam. ea ratione ut ego ipsa quamdiu uiuam hoc incontradictum possideam. post exitum meum de hac uita uos et successores uestri tenendi possidendi fruendi et quicquid uolueritis faciendi liberam firmissimamque aeterna stipulatione subnexam in omnibus habeatis potestatem. Acta haec karta traditionis die tertia kalendas februarii anno XXVIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. † sign. Uuerinburgae quae hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Sigiboti † Engilperahti † Liutheres † Manolti † Eggiolti † Uueniloni † Friduunini † Riotnuini † Theotperahti † Eginoni † Uuerinharti † Folcmari † Theoleiches † Engilheres.

112. Traditio Pettoni presbiteri.

796,16 April. Dominus ac redemptor noster salubritgr nos ammonet dicens date elimosinam et omnia munda fiunt uobis. ideirco ego Betto presbiter dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium ista mancipia quorum nomina haec sunt Erluuin Ratgis Rihhart Rihholf Trudheri Ualdheim Uuolfgart cum omni eorum sumptu et suppellectili. ea scilicet ratione ut per uestram prestariam illa ad uitam meam possideam. post obitum uero meum uos uel successores uestri firmissimam in omnibus habeatis potestatem. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fuldae die XVI. kalendas maias anno XXVIII. regni gloriosissimi Karoli regis Francorum. † Hruodberti comitis † Zezzo † Friccho † Uuitheri † Uuiduram † Uuarman † Berahthelm † Landbold † Rato. †.

113. Kartula traditionis Adalharti de Teinenheim.

796, 7. Mai. In Christi nomine ego seruitor et amator dei Adalhartus ob desiderium uitae aeternae ac pro remissione peccaturum meorum dono atque trado portionem quam mihi in Teinenheim uilla [1])

---

111. P. 476, I, 104. Tr. 110.

112. C. 63a, 149. Hd. a. Tr. 112.

113. C. 38a, 80 und in zweiter Abschrift 44a, 94. Hd. a. Tr. 113. Die erste Abschrift ist unvollständiger, weshalb ich die zweite abgedruckt habe. [1]) *A in oppido Tinenheim.*

Digitized by Google

contigit in pago Uuormacinsae quod est situm prope ripam fluminis Hreni quicquid in ipsa et infra marcam eius habere uisus sum absque tribus uineis et duobus seruis id est terris ruris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis et ista mancipia Hruodheri et coniux eius Uuilliburg et duo filii eorum Giso et Gundheri. Helfrih et coniux eius. Uualtrih Garaman Berahtram Otmuot Adalmnot Uuillimuot Engilniu Helidunar cum uno filio eius. Berahtheid Irmingart cum omni eorum suppellectili et sumptu. insuper et ista mancipia Uuillirih Helfrih Berahtunar Sigimuot Engilmuot Uuolfheid Uuillimar Hiltibirg Adalheid Uuacco Gundila cum filiis suis. Marchrih Eibun cum filiis suis. Gisalhelm Gisa cum filiis suis. Maghelm Ratheid cum filiis suis. Uuolfrit Othilt cum filiis suis. Uuolfger. sicut superius dixi totum et integrum quicquid in illa supra dicta uilla de mobilibus et inmobilibus ex iure proprietatis meae adiacet absque tribus uineis et duobus seruis cassatis quos superius excerpsi dono atque trado de iure meo in ius domini et sancti Bonifatii qui corpore in monasterio Fuldae requiescit quod est constructum in pago Grapfeld in silua Bochonia super ripam fluminis ipsius Fuldae et ubi uir uenerabilis Baugulfus abba preesse uidetur ut per illius patrocinium uitare infernalia ualeam tormenta et caelestia merear adipiscere gaudia. ea scilicet ratione ut hanc portionem ad uitam meam per nestram prestariam fruendi possidendi augendi meliorandique firmissimam et incontradictam in omnibus habeam potestatem. post finem uero uitae meae uos nel successores uestri tenendi fruendi possidendi in meam elimosinam et in nestram utilitatem firmissimam et ab omni homini incontradictam aeternitatique subnixam in omnibus habeant potestatem. Actum in monasterio Fuldae die nonas maias anno XXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum † sign. Adalharti qui hanc kartulam fieri rogauit † Ualurammi † Brunichen † Hadurih † Hroccholf † Bernheri † Thancrat † Ercanpraht † Amanolt † Meginuuart † Eburin † Uuignand † Erhart † Meginhart † Einheri † Starcrat † Erhart † Siggo † Ualdleih † Uurmheri † Uuigrih.

114. Kartula Hiltuuara.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 780, 25 Mai.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Hiltuuar deo sacrata donó pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse dei ac gloriosus martyr sacro requiescit in corpore et ubi nunc domnus Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in nilla quae dicitur Sulzheim partem meam illius ecclesiae et dono in illa marca uineam unam quae est ab uno latere sancti Bonifatii ab alio latere illius ecclesiae tertio latere Ercanhercti quarto latere Folchercti. et dono seruum unum nomine Liobheri cum elaboratu suo. ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias II. argenti pondus IIII. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat

114. C. 32a, 66. Hd. a. Tr. 114.

Digitized by Google

stipulatione subnexa. facta kartula donationis sub die VIII kalendas iunias anno XXVIII. regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Hiltuuara deo sacrata qui hanc donationem fiere rogauit † Reginsuuindae matri suae † Hattoni comitis † Uualuramni † Gundrammi † Gebahardi † Gerboreti † Uuolfhardi † Hiltibaldi † Ercanberti † Uuigrici † Erhardi † Herifridi † Uuenihho †.

115. Kartula traditionis Suolistae.

796. 4 Iuni. Dum unusquisque in hac fragili et caduca mortalis habitet uita opus habet pro transactis cum terrestribus substantialibus aeternam sibi coelestemque uitam mercari et corporalia lucra in animae vertere usum. idcirco ego Suolista dono atque trado in elimosinam meam et fratris mei Perahtleibes per manum auunculi mei Engilbrahtes traditumque in perpetuum esse uolo quicquid in pago Salageuue id est in Perahtleibeshusom iuxta flumen Sonntra et in uilla Uuintgrabom ipse supradictus germanus meus Perahtleib manu potestatiua mihi tradiderat et nobis ambobus nostri hereditauerunt parentes id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Sigimunt Gundacar Snallung Albung Sigimar Meginolt Aldolf Uuito Eracar Uualafrid Ratmar Fridurat Folcrat Baldung Adalger Meginhart Unare Gozilo Folcuuin Nordhilt Alphilt Thiotbirg Thiothilt Baldhilt Magin Sindhilt Uuerinniuui Lantuuiz Artuuin Meginuuart Neosta. cum omni eorum suppellectili et sumptu ea scilicet ratione trado haec omnia ut per uestram precariam totum illud possideam ad uitam meam ut habeam unde hoc mortale nutriam corpus et meam uetulam suffulciam senectutem. post obitum uero meum et exitum de hac praesenti uita uos et successores uestri tenendi habendi fruendi possidendi firmam et incontradictam ad utilitatem uestram et in elimosinam meam in omnibus habeatis potestatem. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXVIII. regnante domino Karlo gloriosissimo rege Francorum die II. nonas iunii. signat Engilperath sign. Sigibot sign. Suuidperaht sign. Sunidbot sign. Hrundperaht sign. Adalman sign. Leidrat sign. Gerbraht sign. Eggiolt sign. Amalperaht sign. Liutheri sign. Irminperath sign. Theotleih sign. Folcmar sign. Gotahelm sign. Iring sign. Sandarat sign. Rihperaht sign. Friduuuin sign. Theotbald sign. Adalhart.

116. Kartula traditionis Heiiates.

796. 3. Iuni. Licet sint parua et exigua quae pro meis immensis offero peccatis tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem perpendere mentis quam quantitatem muneris. idcirco ego Heiiat cum summa mentis deuotione dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in monasterio Fulda quod est constructum in pago Grapfelde in silua Bochonia ubi uir uenerabilis atque inluster Baugolfus abbas turbae monachorum pius praeesse uidetur pater quicquid proprietatis habeo in pago Grapfelde in istis subnominatis locis id est in uilla

115. P. 449, I, 14 und ein Summarium 451, I. Tr. 115.
116. P. 507, II, 34. Tr. 116.

Digitized by Google

Munirihesteti et in uilla Hengistorphe et in uilla Ramnungen et in uilla Salu id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Heimarih Hruadgart Meginolt Meriuuih Icha Ratan Iring Ebur Otulf Encheo cum omni eorum suppellectili et sumptu sicut supra dixi totum et integrum quicquid de mobilibus et immobilibus dici et nominari potest trado ad sanctum Bonifacium in elimosinam meam uti per illius patrocinium infernalia ualeam uitare tormenta et aeterna coelorum adipisci gaudia. ea scilicet ratione ut quod trado per uestram prestariam ad uitam meam possideam et habeam quamdiu in seculo hoc uiuam unde possim humanae fragilitatis sustentare miseriam. post exitum uero meum de hac presenti luce uos et successores uestri tenendi habendi possidendi fruendi firmissimam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda die nonis mensis iunii anno XXVIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. et hi sunt testes. † sign. Eiiates qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † sign. Truhtleibes † Ascar † Albuuin † Uuolfhart † Pappo † Helpfrih † Ercampald † Uuolftheo † Baldheri † Azzo † Sundrolf † Adalman † Altmar † Hruadman † Sigiman † Hiltibald.

117. Kartula traditionis Burgeonis.

Dominus ac redemptor noster dei filius euangelium suum ammonet nos dicens date elimo- 796, 14. Juli.
sinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Burgeo dono trado atque transfundo ad sanctum Bonifacium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo in elimosinam meam et patris mei Suuidmoti quicquid ille mihi hereditario iure proprietatis reliquit in illa captura quae super fluuium Elmaha iacet in loco eodem uocabulo nuncupato qui infra terminum uillae quae dicitur Kinzicha situs esse non ignoratur totum et integrum cum omnibus adiacentiis suis id est areolis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et quicquid in eadem captura ad meam proprietatem ex paterna hereditate pertinere dinoscitur. ea tamen ratione ut quamdiu presentialiter uiuam per beneficium prefati abbatis et successorum eius usufructuario hoc quod tradidi habeam postque obitum meum ipse statim iterum et successores eius firmissimam habeant potestatem quicquid inde facere uoluerint. Actum in uilla Eritale anno domini XXVIII. regni Karoli inuictissimi regis Francorum die XIIII. mensis iulii in presentia testium quorum signa et nomina subscripta uidentur. † sign. Burgeonis qui hanc traditionem fecit † Amalbrahti † Eggiolti † Leidrati † Adalmanni † Gerbrahti † Egihelmi † Iungarati † Uuitrati † Uuerinanti † Herirati † Eggiharti † Herimoti † Uuentiles † Ruadharii † Uuinimanni † Bettonis † Marcriti † Arfridi † Irminfridi † Uueifheres † Arahen † Giltingi † Uuigheimi † Ruadhelmi † Adalharti † Immonis † Frethalti † Reginharti † Uuanolfi † Attonis † Ginozes † Theotleichi aduocati [et] Uuolfheres qui huius traditionis uestituram acceperunt. ego Asger indignus presbyter hanc traditionis kartulam iussu Baugolfi abbatis scripsi notauique diem locum et tempus supra scriptum.

---

117. P. 473, I, 97. Tr. 117.

Digitized by Google

118. Kartula traditionis Rohen.

796, 14. Iuli. Dominus ac redemptor noster dei filius per euangelium suum ammonet nos dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Roho dono trado atque transfundo ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda saero requiescit corpore ubi uir uenerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo in elimosinam meam et patris mei Sunidmoti quicquid ille mihi hereditario iure proprietatis reliquit in illa captura quae circa fluuium Elmaha iacet in loco eodem uocabulo nuncupato qui infra terminum uillae quae dicitur Kinzicha situs esse non ignoratur totum et integrum cum omnibus adiacentiis suis id est arealis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et quicquid in eadem captura ad meam proprietatem ex paterna hereditate pertinere dinoscitur. ea tamen ratione ut quamdiu praesentialiter uiuam per beneficium prefati abbatis et successorum eius usufructuario hoc quod tradidi habeam postque obitum meum ipse statim iterum et successores eius firmissimam habeant potestatem quicquid inde facere uoluerint. Actum in uilla Eritale anno XXVIII. regni Karoli inuictissimi regis Francorum die XIIII. mensis iulii in praesentia testium quorum signa et nomina subscripta uidentur. † sign. Rohen qui hanc traditionem fecit † sign. Amalbrahti † Eggiolti † Leidrati † Adalmanni † Gerbrahti † Egihelmi † Iungarati † Uuitrati † Unerihanti † Herirati † Eggiharti † Herimoti † Uuentiles † Hruadharii † Uuinimanni † Bettonis † Mareriti † Arfridi † Irminfridi † Uueifheres † Arahen † Giltingi † Uuighelmi † Adalharti † Hruadhelmi † Immonis † Freihalti † Reginharti † Uuanolfi † Attonis † Ginozes † Theotleichi aduocati et Unolfheres uasalli Baugolfi abbatis qui huius traditionis uestituram pariter acceperunt. ego Asger indignus presbyter hanc traditionis kartulam iussu Baugolfi abbatis scripsi notauique diem locum et tempus supra scriptum.

119. Kartula traditionis Folconis.

796, 14. Iuli. Dominus ac redemptor noster dei filius per euangelium suum ammonet nos dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego in dei nomine Folco dono trado atque transfundo ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda saero requiescit corpore ubi uir uenerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo in elimosinam meam [et] patris mei Ruodmoti [1]) quicquid ille mihi hereditario iure proprietatis reliquit in illa captura quae circa fluuium Elmaha iacet in loco eodem uocabulo nuncupato qui infra terminum uillae quae dicitur Kinzicha situs esse non ignoratur totum et integrum cum omnibus adiacentiis suis id est arealis campis siluis pratis pascuis aquarumque decursibus et quicquid in eadem captura ad meam proprietatem et paternam hereditatem pertinere dignoscitur. ea tam ratione ut quamdiu praesentialiter uiuam per beneficium praefati abbatis et successorum eius usufructuario hoc quod tradidi habeam postque obitum meum ipse statim iterum et successores eius firmissimam habeant potestatem quicquid inde facere uoluerint. Actum in uilla Eritale anno XXVIII. regni Karoli inuictissimi regis Francorum die XIIII. mensis iulii in praesentia testium quorum signa et nomina subscripta uidentur. † sign. Folconis qui hanc

---

118. P. 474, I, 99. Tr. 118.
119. P. 472, I, 95. Tr. 119. [1]) L. *Suuidmoti*

Digitized by Google

traditionem fecit † Amalbrahti † Eggiolti † Leidrati † Adalmanni † Ercanbrahti † Egihelmi † Iungarati † Uuitrati † Uerinanti † Herirati † Eggiharti † Herimoti † Uuentiles † Ruadharii † Uuinimanni † Bettonis † Marcriti † Arfridi † Irminfridi † Uuicfheres † Arahen † Giltingi † Uuighelmi † Ruodhelmi † Adalharti † Immonis † Frethahti † Reginharti † Uuanolfi † Attonis † Ginozes † Theotleichi aduocati et Uuolfheres uassalli Baugolfi abbatis qui huius traditionis uestituram pariter acceperunt. ego Asger indignus presbyter hanc traditionis kartam iussu Baugolfi abbatis scripsi notauique diem locum et tempus supra scriptum.

120. Kartula traditionis Griuzingi.

In nomine dei patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sint quae pro inmensis peccatis meis et debitis offero tamen pius inspector dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem pensat mentis et non quantum sed ex quanto in illius conferatur sacrificium. ideirco ego Griuzing dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifacius corpore requiescit et ubi uir benignus Baugolf turbae monachorum praeesse uidetur abbas. in pago Grapfelde et in uilla Marchereshusom quicquid proprietatis habere uideo hoc est quatuor hobas in siluis in campis in pratis in pascuis in aquis in aquarum decursibus in molinariis in aedificiis in mancipiis quorum nomina haec sunt Ruodmunt et seruus eius. Theotbirg Ecca Hruadalah Hitta Hruadolf Hruadgoz Tunta Cunimunt. cum omni suppellectili eorum et sicut superius dictum est totum et integrum per hanc kartulam traditionis quicquid in supradicta uilla proprietatis habeo trado ad sanctum Bonifacium ut per illius patrocinium apud piissimum iudicem ueniam consequi meorum merear delictorum. ea scilicet ratione ut ego illud incontradictum ab omni homine habeam ad uitam meam. post obitum uero meum uos et successores uestri eorum quae in supradicta uilla tradidi siue in mobilibus siue in immobilibus quicquid dici et nominari potest nullo contradicente firmissimam in omnibus habeatis potestatem necnon et ego in aliis duabus uillulis duas tradidi hobas in Guogileibu et in Eigesleibu. illas a tempore traditionis in uestra firmiter stare uolo potestate. Acta haec traditionis kartula sub die tertia kalendas septembris anno XXVIII. regnante Karolo gloriosissimo rege Francorum. 796, 30. August.

121. Kartula Halbuualahi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Halbnualah presbiter dono pro remedium animae Buoboni episcopi ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit in corpore et ubi nunc uir uenerabilis Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono infra ciuitate Mogontia aream .I. cum omni aedificio quod est ab uno latere Grimoldi ab alio latere similiter tertio et quarto uia publica. ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi 796, 14 November.

---

120. P. 506, II, 31. Tr. 120.
121. C. 33b, 68. Hd. a. Tr. 126.

Digitized by Google

dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam donationis uenire temptauerit uel eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper hec inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat. et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnexa. facta kartula donationis sub die XVIIII. kalendas ianuarias anno XXVIIII. regnante domno nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi ac notaui diem et tempus quo supra † sign. Halhuualah presbiteri qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit † Uualuram † Iburin † Uuigrih † Erhart † Hiltibald † Erchanpraht † Eriben † Gundram † Habiho † Ueniho † Herifrit † Heribald † Unno.

122. Kartula traditionis Bernachares de Uuormacinse.

30. Ianuar. In Christi nomine ego Bernachar in elimosinam meam illam partem quam mihi pater meus Eburachar in uilla quae uocatur Uuacharenheim ex iure proprietatis hereditauit in parte sancti Martyni ecclesiae quae ibi constructa est in terris siluis campis pineis pascuis uel quicquid sit totum et integrum quod mihi ex iure pertinet trado manu potestatiua ad monasterium sancti Bonifatii martyris quod dicitur Fulda ubi Baugolf abba uenerabilis preesse uidetur a die presente ut nullus de coheredibus meis de hac causa contradicere ualeat sed sicut de supradicta causa in hac karta traditionis continetur ipsi qui supra dicto monasterio presentes sunt et quj futuri habere perenniter firmissimam habeant potestatem. Factum in monasterio Fulda die XXX mensis ianuarii et ego Asger indignus presbiter scripsi. † sign. Bernachares qui hanc kartam traditionis fieri cupiuit † sign. Otachar monachi † Prezzolt mon. † Nordalah mon. † Hruodfrid presbiter. † Hruodpraht mon. † Ruoduuin mon. † Hatto comes † Gebahart † Uuarger † Megingoz † Adalpraht † Muotheri † Uualuram † Altfrid †.

123. Kartula traditionis Helpfolfi.

6 Februar In Christi nomine ob desiderium uitae aeternae et pro remissione peccatorum ut ueniam consequi merear in futuro ego itaque Helpfolf trado sancto Bonifatio Christi martyri talem traditionem qualem mihi pater meus Egilolf et frater meus Husuuart tradiderunt sic trado ego Helpfolf quod est in pago Grapfeldum in uilla Stocheim id est tertiam partem patrimonii sui sicut reliquerat ei id est Egilolfe patri meo eius pater Huntolf. similiter in Uuancheim ex iure proprietatis suae quod mihi in proprietatem pertinet id est tertiam partem trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam id est in supradictis locis de tali portione sicut supra dictum est tam in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus et haec mancipia. Rat-

---

122. C. 46a, 99. Hd. a. Tr. 79. Diese und die nächstfolgenden, von Asger ausgefertigten Urkunden, bei denen kein Jahr angegeben ist, habe ich hier zusammengestellt, da nach dem Jahre 796 Asger nicht mehr als Schreiber erscheint. Schannat hat bei den meisten ein Jahr hinzugefügt, welches in der Handschrift oder bei Pistorius fehlt.

123. P. 502, II, 21. Tr. 111.

Digitized by Google

peraht et coniux eius Uuerinburg filia eorum Uuentila et filius ipsius Uuentilun Liutperaht et illum Ratprahten cum omni suppellectili sua quae ad eum pertinet. Otheri Uualdger Freido Hemmo Inga Adalrih Icha Adalbirg Uualumaran cum tali portione sicut Helpfoluan pertinet et Uuitsuind. haec sicut hic continetur scriptum sic traditum esse uolo in perpetuum in elimosinam meam sancto Bonifacio a die presente huic familiae quae nunc hic deo seruire uidetur et secutoribus habere perenniter ad fruendum incontradictam firmissimamque habeatis potestatem culmo connexam uobis ad roborandum et uos ad induendum. Actum in monasterio Fulda die VI. mensis februarii. ego Asger scripsi. testes traditionis huius Sigifrid Heriperaht Adalram Adalfrid Hruading Hruadmar Einhart Erolt Friduhelm Albarat Erhart Sigimunt Ebur Arn Helmuuart Heimo Albthonar Heriuuart Barinc Adalrih.

124. Kartula traditionis Egilolfi.

Ego itaque in dei nomine Egilolf in elimonisam meam et filii mei Helpfolfes sancto 6 Februar.
Bonifatio martyri trado hanc partem ex iure proprietatis meae sicut pater meus Huntolf in hereditatem reliquit id est in istis locis in pago Tollifeldum in uilla Nordheim tertiam partem. similiter in Hoitine tertiam partem. et in pago Grapfeldun in uilla Herifatorphe tertiam partem. et in Sulzifelde et in Suuallungom tertiam partem. in Chunithorpfe et in Pargthorfum in Potoluessteti et in Uueterungom similiter tertiam partem. in Sclauis in Heidu et in Truosnasteti tertiam partem. in pago Gozfeld in uilla Suuanafeldum tertiam. in pago Egeuui in Scegifeldum tertiam partem. in pago Rinahgeuue in uilla Gisenheim tertiam partem. in his supradictis locis sicut hic scriptum est sic uolo esse traditum ad supradictum sanctum tertiam partem in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis uobis et posteris uestris absque ullius personae contradictione uos et successores uestri ad possidendum et ad fruendum in elimosinam meam ulterius perenniter firmissimam habeatis potestatem stipula confixum uobis ad roborandum et ad tuendum. Actum in monasterio Fulda die VI. mensis februarii. ego Asger scripsi. ecce hic testes illius uestitionis qualiter Egilolf tradiderat sancto Bonifacio in Suuanafeldum † Ato † Liulo † Ato † Alatolf † Ueringer † Erolt † Thilo † Ferting † Rihelm † Hahger † Einhart.

Ecce isti testes sunt supra in Uuangheim † Othelm † Germo † Ludumar † Raban † Pero † Erpf † Gundmar † Ortleib † Hunperaht † Uuolfleih † Fridumar † Orentil † Lud.

Ecce testes in Heriffu † Starcfrid † Thancrat † Uuigfrid † Tenihart † Adalrih † Heripraht † Vodalhari † Thruadland † Flampraht.

125. Traditio Egilolfi.

In dei nomine ego Egilolf dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium dimidiam partem haereditatis meae in pago Grapfelde et in uilla Baringe id est in terris

---

124. P. 502, II, 22. Tr. 105.

125. P. 517, II, 59. Diese Schenkung hängt mit der vorhergehenden zusammen; Schannat hat sie mit jener in eine zusammengeschmolzen.

Digitized by Google

siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Fastolf Zeiza cum omni eorum suppellectili et sumptu ea scilicet ratione trado haec ut per uestram praestariam illud possideam ad uitam meam post obitum meum uos et successores uestri tenendi habendi tenendi in elimosinam meam et ad utilitatem uestram firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem.

126. Kartula traditionis Theotrici.

7. Februar. In dei nomine. licet sint parua et exigua quae pro meis inmensis offero sceleribus tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. idcirco ego Theotricus inspirante dei gratia sana mente deuotaque uoluntate dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in pago Graplelde in silua Bochonia prope ripam fluminis Fuldae ubi uir uenerabilis Paugulfus abbas turbae monachorum pius praeest pater dimidiam meam paternalem hereditatem et duas partes de meo elaboratu in loco qui dicitur Lantfrideshus prope ripam fluminis Fuldae id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Nandger Theotuuih Prunhilt cum omni eorum suppellectili et sumptu. ita ut a die presente omnia illa in meam elimosinam in uestrum transeant dominium ut firmissimam in omnibus habeatis potestatem facere de illa re quicquid uobis placuerit nullo quod absit contradicente. actum in monasterio Fulda die VII. februarii. ego Asger feci.

127. Kartula traditionis Sessae et Uualtun.

20. März. Ego in dei nomine ancilla Christi Sessa et soror mea Uualtun tradimus ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis habemus in istis uillis id est in Tagamari et in Perinheressteti et in Trossesteti et in duobus Marahesfeldum totum et integrum [in] terris siluis campis pratis pascuis aquis molinariis aedificiis apium aluearis. mancipia quorum haec sunt nomina Ercanfrid Uualtolf Appo Adalger Notto Reginhart Franco Heimo Altolf Eburhart Nandgoz Sindilo Oto Zitcoma Geruuih Gozmar Fridulind Adalgart Uuilligart Hruaduuar Helidniu Adalniu Uuillimuot Stillimuot Rihmuot Otila Anshilt Elihilt Paldhilt Meginsuuind. haec omnia cum omni suppellectili eorum sicut supra dictum est tradimus ad sanctum Bonifatium in elimosinam nostram ea ratione ut per beneficium uestrum qui ibi ad illum sanctum martyrem habitant ego Sessa et soror mea Uualtun istam rem ad fruendum habeamus potestatem usque ad obitum uitae nostrae. post exitum uero uitae nostrae ambarum uos et posteri uestri supradictam rem perenniter possidere firmissimam habeatis postestatem culmo subnixam. Actum in monasterio Fulda die XXIX mensis martii. ego Asger indignus presbyter scripsi.

128. Kartula traditionis Landrati.

7. April. Ego itaque Landrat trado in elimosinam meam sancto Bonifatio ad Fuldam totum quicquid proprietatis habeo in Lurungum et in Sulzidorpfero marcu nisi tamen in Lurungum XX

126. P. 504, II, 26. Tr. 169. Das Datum und der Schluss fehlen bei Pistorius.
127. P. 505, II, 29. Tr. 468.
128. P. 446, I, 3. Tr. 104.

Digitized by Google

motales id est iugeres et unam arialem. hoc foras demitto in illa silua quae est in Lurungum. ceterum in supradictis locis totum trado cum terris siluis campis pratis pascuis aedificiis omnibus adiacentiis. et haec mancipia Hramuolf Albuuart Uualdrih Bilidrud cum omnibus rebus et aedificiis nisi tamen per uestram precariam illud habeam usque obitum uitae meae. post obitum meum hanc rem uos et sequaces uestri ulterius habere firmissimam habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die VII. mensis aprilis. ego Asger scripsi. signat Halux † Regino †Sigifrid † Baldung † Uuigrih † Bruni † Nordman † Madalheim † Grifo † Bernger.

129. Traditio Nanduuiges.

Ego Nanduuig in pago Salageuue et in uilla Hnutilingi quicquid proprietatis habeo 9 April.
et quatuor mancipia Starcolf Uuillihelm Ratila Nandrih cum omni sumptu eorum trado ad sanctum Bonifacium et traditum sit post obitum meum uobis in usum. Actum ad Fuldam die nona mensis aprilis. Asger fecit.

130. Traditio Freibrahtes.

Ego itaque Freibraht trado ad monasterium sancti Bonifatii martyris terram siluam et 1 Mai.
illam marcam sicut est mea iuxta flumium scammun Fulda in elimosinam meam et coniugis meae Unruohtu et filii mei Amalheres. ita ut post obitum nostrum trium illi serui dei qui in supradicto monasterio sunt habere perenniter firmissimam habeatis potestatem culmo subnixam. Actum in monasterio Fulda die I. mensis maii. ego Asger scripsi.

131. Kartula traditionis Uuuldarniuui.

Licet parua et exigua sunt quae pro immensis delictis meis offero tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis offerentis aspicere quam quantitatem muneris. idcirco ego in dei nomine Uuuldarniuui simul cum Ritante cogitans pro remedio animae meae dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore quicquid propriae hereditatis sum uisa habere in pago Salageuue in uilla quae dicitur Ostheim tam terris quam siluis domibus aedificiis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis quorum nomina haec sunt Helpfolf Tuoto Nandheri Irminburg Reginburg Ratburg Albniuui Ratsuuind Merisuuind Tuomila Ratrut Unigheri Husuuari Rihniuui Uuillipraht Munigis Geruuald Snellung Liophilt Ueringoz Adalung Albuuar Vodaluiuui Gamanolf Uzzo Sigimar. insuper ego Uuuldarniuui iterum dono atque trado ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis uisa sum habere in pago

---

129. P. 447, I, 6.

130. P. 446, I, 5. Tr. 107 mit anderm Datum.

131. P. 459, I, 45. Tr. 138. Eine zweite, abgekürzte Fassung steht ferner bei P. 447, I, 10 mit folgender Unterschrift: Actum in monasterio Fulda *die VII. mensis Iunii*, et ego *Asger* scripsi † sign. Uunnanes comitis † Suuidperahtes † Sigipotes † Theoleiches † Uuerinoltes † Leidrates † Amalperahtes † Eggeolfes † Habperahtes † Adalmanes. Endlich findet sich ein Summarium dieser Schenkung P. 451, V.

Digitized by Google

Grapfelde in uilla quae dicitur Munirihesstate tam terris siluis domibus aedificiis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis quorum nomina haec sunt Reberi cum omni elaboratu suo. Albung similiter. Ratgis Ratolf Leobuniuui Uualdniuui Uuolfmar Hruotmar. unamque ecclesiam cum sumptibus qui infra scripti sunt id est duae capsae deauratae et una cum margaritis parata et IX. uestimenta altaris. unum uas argenteum et patena una et sex uelamina casula cum alba III. petiu [pixides?] cum tribus capitalibus duo uasa ad ministrandum duo tintinabula una glogga duo scrinia. ea scilicet ratione ut per uestram precariam ad sustentaculum uitae meae possim habere et post obitum meum meliorata non minorata in uestrum dominium transeant. † Uuuldarniuui qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Hludumari † Egilolfi † Reginheri † Munirichi † Sigirichi † Reginbraht † Folcrihi † Hludolfi † Maioni † Paturihi † Folcgeri † Alpharti † Reginharti † Ortleibi † Sigifridi.

132. Kartula traditionis Adalae.

7. Iuni. Ego itaque Adala in dei nomine in elimosinam meam trado ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis habeo in Uuestheim in Ascfeldun et in Ascahu totum et integrum id est terris siluis campis pratis pascuis aquis domibus aedificiis omnibusque adiacentiis et haec mancipia cum omni suppellectili eorum et quicquid ex eis augmentatum fuerit. et haec nomina mancipiorum Strangolf Adalolt Unituganuo Uuilliperaht Paturih Folcsuuind Mahtlind. ea ratione ut post obitum meum predictam rem melioratam et incontradictam ab ulla persona in perpetuum habere uel possidere firmissimam habeatis potestatem uos et successores uestri ut mercedem habere merear in futuro apud dominum et hoc sit actum coram testibus subter positis culmo subnixum. actum in monasterio Fulda die septimo mensis iunii. et ego Asger feci. † sign. Baugolfes abbatis † Ercanperahtes episcopi † Sigipotes † Leidrates † Filudanches † Eggioltes † Thioleiches † Mennisgen † Eginen † Birichen † Uuolfheres.

133. Kartula traditionis Folmuote et Frahunte.

6. August. Ego in dei nomine famula dei Folmuot et soror mea Frahunt donamus in elimosinam nostram ad monasterium sancti Bonifacii quod dicitur Fulda ubi Paugolf abbas preesse uidetur quicquid proprietatis habemus in pago Tolliueldum in uilla nuncupata Rosthorphe duo mancipia id est Hruadheri Baldhilt et XL. iugera terrae aratae et prata inter ambos sed et aliter sicut iam supra dictum est totum et integrum id est pecuniae quadrupedis utriusque sexus quicquid sit extra unam arialem id est houastat post obitum nostrum amborum ea uidelicet ratione ut post exitum uitae nostrae supra dictam rem incontradictam uos et posteri uestri habendi perenniter liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. actum in monasterio Fulda die VI. mensis augusti. ego Asger indignus presbyter rogatus scripsi † Folmuote et sororis eius Frahunte quae hanc kartulam fieri rogabant † Heriates † Leihuuartes presbyteri † Rimoltes † Nortgeres † Genozes † Ratolfes † Helmperahtes † Sandoltes † Franchen † Gernandes † Gozmuntes.

---

132. P. 475, I, 103. Tr. 174.
133. P. 501, II, 20. Tr. 162.

Digitized by Google

134. Kartula traditionis Botoni.

Ego itaque Boto in elimosinam meam [trado] sancto Bonifatio in uilla quae vocatur Sala per manum Hludes et Hruadheres quicquid ibi proprietatis habeo in terris siluis campis pratis pascuis aedificiis domibus aquis aquarumue decursibus totum et integrum et haec mancipia Habrit Haholt Otmunt Uuilla Ashilt cum omni suppellectili eorum ea ratione ut post obitum meum hanc rem in elimosinam meam inexquisitam et incontradictam uos et posteri uestri habere perenniter firmissimam habeatis potestatem stipulatione connexam. Actum in monasterio Fulda die XX. mensis augusti. ego Asger rogatus scripsi. † Hludheres † Hruadheres. 20 August.

135. Kartula Bernacari de Uuormacinse.

Ego itaque in dei nomine Bernachar in elimosinam meam et patris mei trado ad sanctum Bonifatium in pago Uuormazfeldun in uilla quae uocatur Uuacharenheim totum et integrum quicquid mihi proprietatis ex iure parentum in hereditate contigit id est tam terris siluis campis pratis pascuis aquis domibus aedificiis uineis maioris et minoris quicquid sit et hec mancipia. Hruodolt et coniux eius Gersuuind et eorum filii .IIII. Saluman et uxor eius Berahtlind et una filia eorum Gundrud. Hruodleih Hartalah et coniux eius Fridubirg cum tribus filiis. Gerolah et coniux eius Liutheid cum duobus filiis. haec omnia cum omnibus suppellectilibus suis. ea ratione ut ego et mater mea Hiltisuuind per uestrum beneficium habeamus illud usque ad finem uitae nostrae. postea hanc rem uos uel secutores uestri habere perenniter firmissimam habeatis potestatem. actum in monasterio Fulda die .VI. kalendas septembris. ego Asger feci. 27. August.

136. Traditio Mimun.

Ego itaque Mima ancilla Christi trado in elimosinam meam sancto Bonifacio Christi martyri in pago Salageuue in uilla quae uocatur Tulba haec mancipia cum omnibus rebus suis. Adalolf Anthad Ata Fastun Theotlind Alatun Chunirat Erlolf Hiltiburg et filia eius iunior. haec mancipia sic trado ad supra dictum sanctum ea ratione ut per uestrum beneficium illa habeam mihi ad fruendum usque obitum meum. postea uos et sequaces uestri illa habere incontradicta perenniter firmissimam habeatis potestatem. actum in monasterio Fulda die IV. mensis octobris. ego Asger scripsi et testibus confirmaui † sign. Mimun quae hoc fieri uoluit et rogauit † Hruadperahtes † Thancrates † Uualafrides † Neriperahtes † Oten † Hungeres † Uuaren † Muoten † Anulen † Meginoltes † Uualtolfes † Ratfrides. 4. October.

137. Kartula traditionis Hadurichi de Rinahgeuue.

Ego itaque in dei nomine Hadurih ob desiderium uitae aeternae et pro remissione peccatorum meorum dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris et 4. October.

---

134. P. 501, II, 18.
135. C. 38b, 81. Hd. a. Tr. 80.
136. P. 446, I, 4. Tr. 108.
137. C. 77a, 207. Hd. a. Tr. 164.

Digitized by Google

sancto Bonifatio praeclarissimo martyre quod dicitur Fulda ubi uenerandus Baugolf abba et magna turba monachorum dei seruientium quicquid proprietatis habeo et totum quod mihi ex iure ad proprietatem pertinet id est in pago Uuormazfeldun et in Rinahgoe in his locis et uillis sicut est in Elimareshah et in Phuppenheim et in Herifeldun atque in Thornheim et in Teinenheim similiter in Mogontia ciuitate publica et in Prezzenheim et in Talaheim sicut iam dictum est in his locis sic trado supradicto sancto totum et integrum id est terris arauriis siluis campis pratis pascuis aquis domibus aedificiis molinariis arialis colonis. et in Mogontia ciuitate tres ariales. et hec mancipia. Eggiolf Egilmunt Sigibald Alannis Bernger Albuuin Ostarrat Ratbald Uninimar Nandheri Herimunt Uuillirih Uuielachomo Libolf Uuatto Freunimunt Biricho Adalbald Theoto Hiltimunt Hruodger Ihho Sigimunt Unolfhoh Theotsuuind Theotunar Alhsuuind Gebalind Alba Heriulp Blidrat Moinrat Vodilrat Uuilliburg Vodiluuar Hiltiunar Uuiglind Thenchila Adalnunar Hiltiburg Adalheid Rihpirg Irminhurg Sigibirg Uuilliniu Ercanhilt Albgund. quorum numerus est XLVII. hec mancipia cum omnibus rebus et suppellectilibus eorum et supra dicta loca cum omnibus adiacentiis et terminis et commodiis ita ut ad meam proprietatem pertinet sic traditum uolo ad supradictum sanctum locum. ea scilicet ratione ut per meam petitionem et per uestrae prestationis kartulam illud habeam ad fruendum usque ad obitum uitae meae seu tam diu quamum mihi placitum sit. postea uero hanc rem inexquisitam et incontradictam in elimosinam meam uos uel secutores uestri ulterius habere perenniter possidere liberam ac firmissimam habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die .IIII. mensis octobri. sign. Haduriches qui hanc traditionis kartulam fieri rogabat † Zezzo † Fricco † Erchanbraht † Irminger † Geruuin † Uuenilo † Benno † Egisheri † Unaltleih † Batucho † Hrihhad † Heimrih † Ercanpraht † Uuerdolf † Hadufrid † Haiho † Sigimunt † Erhart † Immo † Uuenicho † Voto † Unolfuuin † Hruodolt † Bernachar † Sigimunt † Unituram † Uûolfhart † Liutuuin † Ratleih † Unolfo † Uuillinand † Ratfrit † Hruodolf † Unolfmar † Siggo † Gerolt † Adalfrid † Reginpraht † Erheo † ego Asger scripsi et testibus solidaui.

Nomina mancipiorum [1]). Uuillirih Hilirih Unolfheri Elbrih Heimrih Albsuuind Herulf Hruodulp Sunnihilt Hrihlind Herulp Uuiglind Herimunt Sigiburg Thancholf Unaldger Fridiger Uuilliger Gerrat Uuillirat Geithilt Geitlind .III. Uuenilo Unroh Liutsuuind Sigimar Theotnuar Uuiglind Uuilla Erlabald Hiltimunt Ercansuuind Diura Vodilhilt Reginsuuind Unalahheri Bito Helmbald Hruodleih Ratleih Gundrat Sigibald Adalmunt Alba Hiltunar .I. Freunimunt Vodilmar Sunnihilt Enshilt Unnihilt Unerifolf Unanolf Hermunt Liholf Albgund Alhheid Rantolf Irminburg Altheid Rihbirg Uuilliburg Voldfrit Hiltifrit Ercanbald Theotbald Adalbald Leibolf Erlabald Heimrih Sigimunt Moinrat Vodalrat Ratsuuind .I. Beranger Albger Uuolfger Reechen Otger Uuolfinunt Otoquin Osterlant Unolfolt Albolt Luzo Germunt Biricho IIII. Theotsuuind Helidin Bito Theotgeh Gundhirg Uuolfgang Ratburg Sigiburg Liutrat Bereurat Ratbald IIII. et aliorum X. Sigihald Adalbald Gundrat Liholf Leibolf Rihbirg Irminburg Rantulf Herimunt Heriulh Sunnihilt Unanolf Unnihilt Hrihlind Herinulf Freunimunt Adilunar Hiltunar Adalmart Ratbald Theuchila Ercanrat Erlabald Uuilligart Liutsuuind Uuillirih Albsuuind Hilirih Elbrih Uuolfheri Unaldger Heimrih Hruddulf Theotnuar Sigimar Hiltimunt Uuiglind Unroh Moinrat Adilrat Sigimunt Albgund Sigibirg Albuuin Uuenilo Osterlant Selbold Albheid Albold Theotfrit Theotgelt Gundbirg Ratburg Otger Albger Uuolfger

[1]) Dieses Verzeichniss von Leibeignen folgt in dem Chartularium unmittelbar auf die vorhergehende Urkunde: ich habe es desshalb auch hier stehen lassen, obschon es zu der Urkunde nicht gehört.

Digitized by Google

Recheo Sigiburg Liutrat Beranrat Liutgis Friduger Gerrat Uuilligoz Helidolf Uualdrat Zeizlind Uuolfmar Nandheri Uuolfinunt Theotsuuind Hihho Helidin Tenca Baldman Gunza Helidin Reginsuuind Ercansuuind Tiura Uualahheri Helmbald Hrodleih Ratleih Odilhilt Heimrih Gernolt Odoquimit Uuilliburg Odilfrit Hiltifrit Ercanbald Theotbald Heriger.

138. Kartula Biligarta de Uuormacinse.

Ego itaque Biligart in elimosinam meam trado ad sanctum Bonifatium in pago Uuormazfeldum in uilla Hepphenheim totum et integrum terrae araturiae et prata et III. uineas sicut ad meam pertinet proprietatem ita traditum esse uolo. ea scilicet ratione ut per uestram prestationis kartulam isti duo filii mei Hartger et Uuigger hanc rem ad fruendum habeant usque ad obitum uitae eorum. post illorum amborum obitum illam rem uos uel secutores uestri habere perenniter firmissimam habeatis potestatem et in hunc censum id est ut per singulos annos pro hoc XII. denarios persoluant. Actum ad monasterio Fulta die XX. mensis nouembri. ego Asger scripsi. 20. November.

139. Kartula traditionis Uuilligarta de Uuormacinse.

Ego itaque Uuilligart in elimosinam meam trado ad sanctum Bonifatium in pago Uuormazfeldun in uilla Arahesheim VI. mansos terrae araturiae et unam uineam sicut ad meam pertinet proprietatem ita traditum esse uolo a die presente ita ut uos uel posteri uestri habere perenniter illam rem firmissimam habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die XX. mensis nouembris. ego Asger scripai. 20. November.

140. Kartula Baldsuuinda.

Ego itaque Baldsuuind in elimosinam meam trado ad sanctum Bonifatium in pago Uuormazfeldun in uilla Aburuuinesheim IIII. iurnales terrae araturiae et unam uineam sicut ad meam pertinet proprietatem. ita traditum esse uolo a die presente ita ut uos et posteri uestri habere perenniter illam rêm firmissimam habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die XX. mensis nouembri. ego Asger rogatus scripsi. 20. November.

141. Kartula traditionis Altrates de Uuormacinse.

Ego itaque Altrat et coniux mea Ellenburg in pago Uuormazfeldun in uilla Uuacharenheim trademus pro animam filii nostri et in elimosinam nostram sancto Bonifatio 1. December.

---

138. C. 31b, 64. Hd. a. Tr. 109.
139. C. 52a, 115. Hd. a.
140. C. 63b, 152. Hd. a.
141. C. 46a, 98. Hd. a.

Digitized by Google

martyre duo mancipia id est Berahtsuuind Sigipraht et unam uineam et duas ariales uobis uel successoribus uestris ad fruendum usque in aempiternum. Actum in monasterio Fulda die primo mensis decembri. ego Asger feci.

142. Kartula traditionis Habbrahtes.

Ego in dei nomine Habbraht trado ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda quicquid proprium habeam in Geltresheim et in Hengistorphe et in Roumfeldum in Machesbach in Gohhesheim extra duas hobunnas totum post obitum meum et haec mancipia Uuillimar Adalmar Uuolfmar Uuonatmar Uuerinfrid Uuoldmanat Tomanaht Hiltigund Houalind Sandheri. cum omnibus rebus suis ut uos successoresque uestri post exitum meum habendi ulterius habeatis potestatem stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda. ego Asger feci.

143. Kartula traditionis Utoni de pago Uuormacinse.

797, 16 Mars. In nomine patris et fili et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Uto dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore pro remedium animae Geilsuuinda uxoris meae ut in futurum ueniam promerire mereatur. hoc est quod dono infra ciuitate Mogontia areas .II. cum omni edificio. de uno latere habet Elisabeth ab alio et tertio Suuepheri quarto latere uia. de alia area habet ex uno latere Nandger ab alio Vodilmar tertio latere sancti Martyni quarto latere uia publica. et dono uineam unam infra ipsa ciuitate cui est ab uno latere sancti Albani ab alio et tertio murus ipsius ciuitatis quarto latere uia publica. et dono aliam uineam foris muro ciuitatis non longe ab aecclesia sancti Uictoris quod est ab uno latere Elisabeth ab alio et tertio sancti Martyni quarto latere uia publica. et dono tertiam uineam ad Brettanorum uilla. cui est ab uno latere Buoboni ab alio Elisabeth et Geilrada tertio latere sancti Bonifatii. et dono in ipsa marca Prettanorum terrae araturiae iugera XL. et dono mancipia XI. his nominibus Siggo Ratheri Uuolfthrut ótthrud Hruotgart Germunt Amalheri Uuolfnand Gotalind Uuilliheri Uuillirih cum omni elaboratu eorum ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens

---

142. P. 506, II, 32.

143. C. 32b, 67 und wiederholt 43b, 93. Hd, a. Die erste Abschrift giebt das Datum *anno VIIII.* und Schannat Tr. 52 setzt daher die Urkunde in das Jahr 777. Aber jene Zahl ist falsch, wie sich aus der zweiten, von mir abgedruckten Abschrift ergiebt; es fehlen nämlich die beiden Zehner. Ausserdem werden in jener Zeit bis 788 die Urkunden im Wormsgau von Welimann ausgefertigt; Hiltibald erscheint als Schreiber erst seit 790.

Digitized by Google

donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Facta kartula donationis sub die XVII. kalendas aprilis anno XXVIIII. regnante domno nostro Karolo glorioso rege. Ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Utoni qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit. † Hattoni comitis † Uualurammi † Grimoldi † Hadufridi † Uuillinandi † Ercanberti † Hilbodi † Megingozi † Adalbercti † Marcrati † Adalprahti † Moringi † Engilberti †.

144. Kartula Reginsuuindae de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae [pro] inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Reginsuuind dono pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit in corpore et ubi nunc domnus Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Sulzheim tertiam partem ecclesiae illius et dono ibidem aream .I. cum omni aedificio quod est ab uno latere domni regis ab alio latere Liutoni tertio latere Ualtharii quarto latere uia. et dono uineam .I. in ipsa marca quod est duobus lateribus Geuuimanni tertio latere Iburini quarto latere meum. et dono ibidem aliam aream quod est duobus lateribus Geuuimanni tertio latere Ualahi quarto latere uia publica. et dono in illa marca terrae araturiae iugera VIII. et dono seruum unum nomine Uuolfoldum cum mancipiis suis his nominibus Folcolt Herifuns Hrvodhald Stilburg cum omni elaboratu eorum. ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi dominandi donandi possidendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. insuper haec inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die VIII. kalendas iunias anno XXVIIII. regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Reginsuuindae quae hanc traditionis kartulam fieri rogauit † Hiltuuarae filiae suae consentiente † Hattoni comitis † Uualurammi † Gundrammi † Gebahardi † Gerbercti † Uuolfhardi † Hiltibaldi † Ercanbercti † Uuigrici † Erhardi † Herifridi.

797, 25. Mai.

145. Kartula traditionis Iordani de Mogontia.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Iordan dono pro remedium

797, 24. October.

144. C. 34a, 70. Hd. a. Tr. 125.
145. C. 49a, 107. Hd. a. Tr. 133.

Digitized by Google

animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulta ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore. hoc est quod dono infra ciuitatem Mogontia aream unam cum sala et cum omni aedificio quod est duabus lateribus uia tertio latere domni regis quarto latere ad monasterium quo dicitur Hasareoda ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi tenendi possidendi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et tamen donatio haec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die .VIIII. kalendas nouembris. anno XXX regnante domno nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Iordani qui hanc donationem fieri rogauit † Uuolfboten filii sui † Uualurammi †.

146. Kartula Adalleici de Uuormaciuse.

797, 24 October. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis meis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Adalleicus dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei martyr ac gloriosus requiescit in corpore et ubi nunc Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in Mogontia ciuitate aream .I. cum casa cui est ex tribus lateribus sancti Martyni quarto latere domni regis. et dono in pago Uuormacinse in Harahesheimo marca uineam .I. et terra araturia iugera .II. ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere noluerint in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire temptauerit. iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et tamen donatio hec omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die VIIII. kalendas nouembres anno XXX regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Adalleici qui hanc donationem fieri roganit † Hattoni comitis † Grimoldi † Hadufridi † Utoni † Uualuramni † Ercanbercti † Uuillinandi † Hilthodi †.

147. Kartula Nandgarii de Uuormaciuse.

797, 20 December. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Nandgarius dono pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei gloriosus martyr requiescit in corpore et ubi nunc domnus Baugolfus abba preesse uidetur hoc est quod dono in pago qui dicitur Scaphlanzgeuui et in ipsa uilla Scaplanzu. aream unam cum omni

---

146. C. 30b, 61. Hd. a. Tr. 134.
147. C. 30a, 60. Hd. a. Tr. 135.

Digitized by Google

aedificio et illam hobam quam noster homo Adalhartus habuit quod est tribus laterihus meum quarto latere uia publica. et quicquid ad illa area et ad illa hoba pertinet terris araturiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus cultum et incultum totum et integrum. et dono in alio loco in pago Uuormacinse in uilla qui dicitur Battenheim et in illa marca dono uineam unam quod est ab uno latere domni regis ab alio latere Hattoni comitis tertio et quarto Adaldrudae. et mancipia XII. his nominibus Biricho Erdbirg Uuillidrud Roccholf Heriburg Uuilliburg Vodo Gundrat Theotpraht Meginpraht Alahhilt Betta cum omni elaboratu eorum ita ut ab hodierno die supradictus abbas et rectores illius monasterii habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc kartulam donationis uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat. sed tamen donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die XV. kalendas ianuarias. anno XXX regnante domno nostro Karolo glorioso rege. Ego Hiltibaldus rogatus a Nandgario hanc kartulam donationis scripsi et notaui diem et tempus quo supra † sign. Nandgarii qui hanc traditionis kartulam fieri atque firmare rogauit † Unalurammi † Gerbercti † Uualtolfi † Unigrichi † Gundhrammi † Hiltuuini † Adalbaldi † Sigibaldi † Uulfichoni † Erhardi † Gerbercti.

148. Traditio Adalrichi de pago Alsacinse.

Oportunum est unicuique dum in hac mortali corpore uiuit de futura uita ubi inmortaliter perpetuoque uiuere sperat dum licet cogitare. ideoque ego Adalrichus dono pro remedium Otoni ad monasterium quod dicitur Fulda quod est in honore sancti Bonifatii et sancti saluatoris constructum in pago Grapfeld ubi Baugulfus abba una cum monachis suis ibidem regulariter degentibus donatumque in perpetuum esse uolo hoc est in pago Alsacinse in uillis denominatis .i. ad Beara in Alabrunnen iu Hirtunghaim in Hiuatinghaim et in Beroldashaim .i. tam terris campis pratis siluis arealis uineis casalis casis pascuis aquis aquarumque decursibus quantumcumque supra dictus Voto in ipsa marca conquesiui et quod Vodalrichus comis mihi pro anime sue tradidit totum et integrum a die presente ad ipso sancto loco trado atque transfundo ea ratione ut a die presente ipsa casa dei uel congregatio eius haec omnia teneant atque possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse uel heredes mei uel ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit tunc inferant uobis uel uestris successoribus cogente fisco auri libras .X. argenti pondera .X. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma sit cum stipulatione subnixa. actum pridie idus februarias anno XXX regni domni nostri Karoli regis. signum † Adalrichi qui hanc donationem fieri rogauit † Uuinihardi † Gauuirichi † Ercanberti † Lintharii † Haioni † Richoldi † Theotolfi † Immoni † Theotrichi †. ego Asaph rogatus scripsi.

798. 12 Februar.

148. C. 3b, 4. Hd. a. Tr. 127.

Digitized by Google

149. Kartula Aten.

798, 21. Februar. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt que pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Ato sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse gloriosus dei martyr requiescit in corpore et ubi nunc domnus Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Talaheim areas .II. cum omni edificio de una area ex uno latere habet Heimo tertio latere Hiltibaldus quarto latere uia. et de alia area habet ex uno latere Immo ab alio latere et tertio Uuolfo quarto latere uia communis. et quicquid ego in illa uilla et in illa marca proprietatis uisus sum habere sicut ad illas areas pertinet cum omni integritate id est areis aedificiis terris araturiis campis siluis pratis pascuis uineis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus cultum et incultum totum et integrum ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondus IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subuixa. Facta kartula donationis sub die VIIII kalendas martias. anno XXX regnante domno nostro Karlo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus [scripsi] ac notaui diem et tempus quo supra. † sign. Atoni qui hanc traditionis kartulam fiere roganit † Hattoni comitis † Berahthohi † Uualurammi † Gundrammi † Thrudgozi † Ratbotoni † Hruodfridi † Hadufridi † Herdo † Gerbercti † Uuigrici.

150. Kartula traditionis Burgrata de Uuormacinse.

798, 25. April. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Burgrat deo sacrata dono pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse gloriosus martyr sacro requiescit corpore. hoc est quod dono in Mogontiorum marcu terrae araturiae ingera XX. et dono mancipia .III. his nominibus Hadupraht Sigihurg Heimpraht cum omni elaboratu eorum ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi uel quicquid exinde facere uoluerit liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die VII. kalendas maias anno XXX

149. C. 30 b, 62. Hd. a. Tr. 128.
150. C. 47 b, 103. Hd. a. Tr. 129.

Digitized by Google

regnante domino nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra † sign. Burgratae deo sacratae qui hanc kartulam donationis fieri rogauit † Erlindae abbatissae † Unalurammi † Gundrammi † Erchanprahti † Amanoni † Hattoni † Herifridi † Uuigrichi † Gundrammi †.

151. Kartula traditionis Arnuuisi et coniugis suae Gundfridae de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Arnuuis et coniux mea Gundfrid donamus pariter pro remedium animae nostrae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi nunc Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Teinenheim casam .I. et scuria una et donamus in illa marca uineas .V. de una uinea habet ex uno latere sanctus Bonifatius ab alio latere ad Uuizunburg tertio latere sancti Medardi. de alia uinea ex uno latere habet Siggo ab alio latere sancti Maximini tertio latere sancti Bonifatii de tertia uinea ex uno latere habet Sigileih ab alio Uuolfhart tertio latere sancti Bonifatii. de IIII. uinea ex uno latere ad Uuizunburg ab alio latere Folcbercti tertio latere Helmrichi. de V. uinea est ex uno latere Reginsuuinda ab alio et tertio latere sancti Bonifatii. et inter Uuinolfesheimo marcu et Berahttolfesheimo et Teinenheimo terrae araturiae iugera XV. ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi domioandi possidendi uel quicquid exinde facere noluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die VII. kalendas maias anno XXX regnante domno nostro Carlo glorioso rege. ego Hiltihaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Arnuuisi et Gundfridae coniugis eius qui hanc kartulam donationis fieri rogauerunt † Starcrati † Unaltolfi † Folcberti † Siggoni † Gattoni † Unaltleihi † Hrihhardi † Erhardi † Folcrati † Zeizolfi † Starcrati †.

796, 25 April.

152. Kartula traditionis Baldsuuindae de Uuormacinse.

In Christi nomine ego Baldsuuind in elimosinam meam uel pro remisione peccatorum meorum uel filiorum meorum ut ueniam delictorum meorum consequi merear in futurum trado ad sanctum Bonifatium ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Paugulfus abba preesse uidetur quicquid habeo in pago Uuormacinse in uilla nuncupata Habarinesheim a die presente post obitum meum id est terram araturiam III. iugera et uineam .I. ea scilicet

796. 25 Iuli.

151. C. 42a, 90. Hd. a. Tr. 130.
152. C. 37b, 78. Hd. a. Tr. 131.

Digitized by Google

ratione ut post obitum meum supradictam rem incontradictam et inexquisitam uos uel successores uestri habere fruere possidere perenniter liberam ac firmissimam habeatis potestatem. anno regnante Karolo XXX rege Francorum. die VIII kalendas augustas. ego Engilger rogatus scripsi et testibus firmaui. † sign. Baldsuuindae quae hanc donationis kartulam fieri roganit † sign. Uualurammi † Altprahti † Beruharii † Erhartti † Uuillibaldi † Gundrammi † Hattoni †.

153. Kartula traditionis Adalgarta de Uuormaciuse.

795, September. In dei nomine ego Adalgart cogitans pro remedium animae meae ut in futurum ueniam aliquam promerire merear dono et trado atque transfundo ad monasterium sancti Bonifatii quod constructum est in pago Grafpheld super fluuium Fulda hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla Tienenheim uineam unam. ea uidelicet ratione ut post obitum meum rectores eiusdem monasterii supra dictam rem habeant teneant uel quicquid exinde facere uolnerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta traditio mense septembri anno regni Karoli XXX gloriosissimi regis Francorum. † sign. Adalgarta quae hanc traditionem scribere roganit † Hruodnuig † Triulaug † Hunger † Ato † Unolfhart † Unignand † Vogo † Hiltiger † Suuanucho † Sibigo † Hiltigart † Berahtolt † Salucho † Heririh † Thrudmunt † Asolf † Tanto † Lantfrit † Findolt † Adalolt † Namo † Allo † Gerbraht † Hitto † Liuthilt † Hilticoma † Uuillicoma.

154. Kartula traditionis Uualtheres de Uuormaciuse.

799, 2. February. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et delitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque in dei nomine ego Uualtheri presbiter dono pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi nunc Baugulfus alda preesse nidetur hoc est quod dono infra ciuitate Mogontia uineam unam quod duobus lateribus sancti Bonifatii tertio latere murus ipsius ciuitatis quarto latere item murus qui dicitur cestrina. ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habeudi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit iram dei omnipotentis incurrat et ab omni loca sanctorum excommunis appareat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et nec sic quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Facta kartula donationis sub die IIII. nonas februarias anno XXXI. regnante domno nostro Karolo glorioso rege. ego Hiltibaldus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Ualtharii presbiteri qui hanc donationem fieri rogauit † Unalurammi † Marcrati † Moringi † Uuiturammi † Erchanberti † Hrvodoldi † Heistolfi presbiteri † Uueniloni presbiteri † Cristani † Hattoni †.

---

153. C. 20b, 41. Hd. a. Tr. 132.
154. C. 40b, 86. Hd. a. Tr. 136.

Digitized by Google

155. Kartula Gerprahti.

In dei nomine. licet parua et exigua sunt quae pro meis inmensis offero sceleribus tamen sciq aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. idcirco ego Gerprahtus sana mente totoque desiderio dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in pago Grapfelde in monasterio Fulde ubi uir uenerabilis Paugolfus abba summa cum moderatione turbe monachorum pius preesse uidetur abbas quicquid in pago Uuormacinse id est in Teinenheimo marcu proprietatis habeam id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus uineis et tres ariales quarum una media cingitur uia publica et media hereditate sancti Bonifatii et proprietate Zotanes. altera duabus partibus circumdata est hereditate sancti Bonifatii et in duabus uia publica et proprietate Starcheres et tertia undique cingitur hereditate sancti Bonifatii. hocque totum atque integrum dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium uti per eius patrocinium merear infernalia uitare tormenta et aeterna adipiscere gaudia sicque trado ut ab hac die presente in elimosinam meam hec traditio firma et incontradicta transeat in dominium uestrum nullo quod absit contra dicente. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXI. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense septembri die X. kalendas octobris. † sign. Gerprahtes qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit †Roccholf †Helmrih †Starcrat †Betto †Einheri †Erhart †Altpraht †Odalheri †Erhart †Uurmheri †Batucho †Heriuuin †Uuehtor †Erpho †Engilheri †. 799, 22. September.

156. Traditio Bilidrudae de Ulfritesheim et de pago Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Bilidrat deo sacrata sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi domnus Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Ulfritesheim aream unam cum casa et cum omni aedificio. ab uno latere habet Burat ab alio latere Uuigheri tertio latere habet Ernust quarto latere uia publica. et dono in ipsa marca uineam .I. ab uno latere habet Haguno. similiter dono in ipsa marca iugera XLIII. et dono unum hominem nomine Uualtpraht et quicquid ad illa hoba pertinet id est areis terris pratis pascuis aquarumque decursibus ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit. inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera .IIII. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die VI. kalendas februarias anno XXXII. regnante domno nostro Karlo gloriosissimo 800, 27 Januar.

---

155. C. 31 a, 63. Hd. a. Tr. 137.
156. C. 41 b, 88. Hd. a. Tr. 139.

Digitized by Google

rege. ego Theotricus rogatus a Bliddrudae scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Blidradae quae hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit. † sign. Burata abbatissae † Uualurammi † Uualtolfi † Einheri † Brunicho † Hroccholfi † Ercanprahti † Heriprahti † Thancrati †.

157. Kartula traditionis Emhildae abbatissae de monasterio Milize.

860, 3. Februar

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego Emhilt ancilla Christi memor humanae conditionis quia breuis est uita hominis super terram de supernis cogitans atque ad aeterna me erigens et ut amplior mihi portio detur in terra uiuentium huius terrae in qua temporaliter uiuimus partem et portionem ad me pertinentem diuersis uidelicet locis tam de paterno quam de materno et aliunde requisito dono

4 grado atque concedo pariter cum ceteris sororibus pro remedio animarum nostrarum ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus et preciosus Bonifatius Christi martyr in corpore quiescit quod situm super ripam fluminis ipsius Fuldae in pago Grapfeld constructum est ubi et uenerabilis uir Paugolfus abbas multitudini monachorum presse uidetur hoc est in locis nuncupatis. Milize Hentingi et in tribus Hohheimis in Sulzedorfe et in tribus Iuchisis et in tribus Berchohis et in Wielantesheim et in Helidungom et in Baringe et Rotemulte Hintifeld Duristodla Uuidanogeltesstat Dagamari Beinheresstat Trosestat Tingesfleia Strufidorf Norddorf et Sidnchesstat Greifesdorf et duo Eichesfeld et Hishereshus Heriolfesstat Othelmeshus Irminolteshusum Geruuiheshus Unigfrideshus Uuullinastat Grimdeostat. in istis locis superius comprehensis una cum domibus edificiis accolabus mancipiis pratis pascuis siluis campis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest totum et integrum cum ipso monasterio quod ego ipsa proprio labore construxi et aedificaui omnia ad integrum sana mente sanoque consilio ut supra diximus donamus tradimus atque communibus manibus transfundimus ego uidelicet Emhilt et ceterae sorores quarum nomina haec sunt. Leobuuiz Glisnot Triuhilt Masa Uueriuburg Turuuuiz Immina Uuillisuuind Uualtrat Gotasuuind Leobhilt Folcsuuind Mahthilt Deotrat Eouuig Bilihilt Deotburg Engiluuih Tota Heilaguuih Reginuuih Helena. Haec sunt ornamenta ecclesiae huius monasterii. id est altare primum auro paratum. cruces tres auro paratae. capsae auratae XI. calices argentei IIII. totidem patenae. tres ampullae argenteae. calicea cuprini cum patenis tribus. imagines auratae IX. corona una aurea. casulae purpureae duae ceterae diuersi coloris XII. dalmaticae II. ceterae albae sex. glokkae IIII. et unum tintinabulum. altarium uestimenta purpurea IX. palliola IIII. reliqua uestimenta altarium IX. manicae VI. auro paratae. oraria purpurea IV. fanones auro argentoque parati VII. cetera purpurata III. manicae purpureae X. ea duntaxat ratione ut dum nos uiuimus per uestrum beneficium usualiter ad nutrimentum et ad utilitatem necessariorum nostrorum omni tempore istius uitae habeamus. post obitum uero nostrum et discessum de hac luce monasterium istud seu congregatio loci istius sub uestro dominio uestroque auxilio et defensione seu mundeburde omni tempore secura consistat. si quis uero quod futurum esse non credimus

---

157. Eb. II, 59b. P. 510, II, 39. Tr. 140. Bei Eberhard ist die Urkunde sehr abgekürzt; ich habe sie daher aus dem Chartular des Pistorius genommen. In diesem geht die Schenkung der Aebtissin Emhild an das Kloster Milz vorher, vom 25. März 783; s. auch Eberh. summar. 39, 38. Da aber der Inhalt derselben in der vorliegenden wiederholt wird, so habe ich sie nicht aufgenommen. Was etwa vermisst werden dürfte, ist das Verzeichniss der Zeugen.

Digitized by Google

si ego ipsa et aliquae de istis sororibus aut aliquis de heredibus et proheredibus nostris aut ulla opposita persona quae contra hanc donationem nostram uenire temptauerit aut eam infringere uoluerit iram trinae maiestatis incurrat et offensam sancti Bonifatii martyris Christi mereatur. insuper inferat iuxta poenam seculi cogente fisco partibus ipsius monasterii aut agentium eorum auri libras duas argenti pondera LX. et quod repetit euindicare non ualeat sed haec traditio firma et inuiolata omni tempore permaneat stipulatione subnixa. Actum uico publico qui dicitur Miliza anno dominicae incarnationis DCCC. et anno regni domini nostri Karoli gloriosissimi regis Francorum XXXII. [1]) sub die tertia mensis februarii presentibus his testibus quorum nomina subter annotauimus. † sign. Emhilte abbatissae et ceterarum sororum quae cum ea pariter communibus manibus traditionem fecerunt quarum nomina superius comprehendimus. † sign. Erpfeoli † Alarichi † Gerberhti † Sigifridi † Uuachoni † Husnuarti † Sinoni † Adalgeri † Fricconi † Frohhelfi † Hunrichi † Heioni † Gerolti † Gerbrahti † Brungeri † Uuolfhelmi † Rises † Erloni † Mahtrati † Arnolti † Liutperahti † Galamanni † Uuerinolti † Enuihi † Egises † Megingozi † Theotrichi † Sigimari † Uuidarolti † Reccheoni fuldanensis ecclesiae diaconi qui hanc traditionis kartulam rogatu Emhilae abbatissae scripsit et subscripsit. Sed et iste breuiarius ad ornamentum ecclesiae pertinet id est turibula deaurata II. cortinae XII. orciarii IIII. manile unum. conchae IIII. bechin II.

158. Confirmatio Caroli regis.

Carolus dei gratia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum omnibus suis familiaribus Christique fidelibus. Constat nos diuina disponente gratia caeteris supereminere mortalibus. vnde oportet ut cuius precellimus munere eius studeamus modis omnibus uoluntati parere. Quapropter omnium fidelium Christi ac nostrorum pateat sollercię. quia ob amorem diuinę remunerationis elegimus nobis locum quendam in Bochonia situm. congregationem uidelicet sanctissimi martiris Bonifacii in fuldensi monasterio. eo quod religione et diuino plerumque polleat et uigeat seruicio. cui loco non solum nos ex larga nostrę liberalitatis munificentia regio munere contulimus res proprietatis nostrę. uerum etiam ceteri fideles nostri plurima contulere donaria tam in prediis ac decimis quam in facultatibus et familiis. in quibus ad excitanda corda ęterorum inducimus ad exemplum factum cuiusdam famulę Christi Emhildę nostrę quidem secundum carnem cognatę sed secundum deum triumphantis uirtute castitatis et uirginitatis. Quę cum in proprio domate sibi monasterium fecisset. ubi cum multis uirginibus deo seruire decreuit. in loco qui Mileze nuncupatur. cunctaque predia sua eidem loco in id opus attitulasset. ab incursu paganorum Sclauorum uidelicet qui e regione Boemię sepius irruptionem facere et homines abducere solebant p̄..dita. omnia predia sua simul cum ecclesia quam construxerat sancto Bonifacio in fuldensi monasterio contradidit. ipsa non post multum tempus ad innubas in loco Biscofesheim se contulit. quem locum beata Lieba quondam bene et religiose rexerat et multas ibi deo

[1]) P. hat XXXI.

158. Eb. II, 71 b. Eberhard hat das Datum weggelassen; aus dem Inhalt ergiebt sich, dass die Urkunde erst einige Zeit nach der vorhergehenden ausgestellt ist; da sie jedoch zu derselben gehört, so habe ich sie hier eingereiht. Uebrigens ist die vorliegende Fassung der Urkunde gewiss nicht die ursprüngliche und ächte, wenn auch andererseits nicht im geringsten zu zweifeln ist, dass Abt Baugulf eine solche Bestätigung werde nachgesucht und erhalten haben. Tenzel über die Hennebergischen Zehnten in Reinhart's Sammlung 1, 7 ff. will gezeigt haben, dass diese Urkunden über das Kloster Milz von Brower (vergl. dessen Antiquit. 259) untergeschoben sein!

Digitized by Google

uirgines aggregauerat. Per manus ergo nostrę regalis potentię imperamus omnibus hominibus cuiuscunque condicionis et personę. ut nullus contra eius donationem et traditionem aliquid facere uel inuadere presumat. Nam quod ipsa contradidit. nos contradimus et firmamus et pro eius defensione in omnibus et per omnia astabimus tam in protectione prediorum quam in tuicione mancipiorum. Igitur ut omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus notum sit et ut in posterum nulla incursio uel impedicio de hac liberrima tradicione fiat. placuit clementię nostre. ut euidenter hic pronunciemus eiusdem deo dicate uirginis proprietates et familias. quas per manus nostras deo et sancto Bonifatio contradidit. in fuldensi monasterio et ad seruitium deo militantium deputauit. ipsum locum Mileze simul cum prefata ęcclesia et eius decimatione et dote. uillam Hemmingen cum omnibus appendiciis suis. in tribus uillis Hocheim dictis quicquid ibidem proprietatis habuit. in Sulzdorfe. in tribus Hochusis. in tribus Berchusis. in Wilantesheim. Helidungen. Baringen. Rotmulte. Hentifelt. Turstolden. Widergeltestat. Dagemaresbach. Beinherestat. Drossestat. Dingesfelt. Strufedorf. Nortdorf. Sigelohesdorf. Greifesdorf et duo Eichesfelt. Hisheresbusen. Herolfestat. Othelmeshusen. Irmenolteshusen. Gerwigeshusen. Wicfrideshusen. Willenestat. Lûchese [1]). Rothmovne et Witzmovne. Dorrestat. Miresbach. et duo Sezelacha. Leiterbach. Ratolfesdorf. Eibingen. Ebelesfelt. Wazerlosen. Haselaha. Hohstete. Ezelenkirchen.

Hęc igitur loca cum omnibus suis appendiciis sancto Bonifatio iuste et legaliter contradita confirmamus et constabilimus nostra regali munificentia et tam scriptis quam sigillis corroboramus in eternum seruicium uenerabilium fratrum Fuldensium.

159. Traditio Ualtperahti Albuuini et Heimberahti.

800. 22. März

Licet sint parua et exigua quae pro inmensis nostris offerimus sceleribus tamen scimus aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. ideirco ego Ualtperaht presbyter istique duo mei fratrueles Albuuin presbyter et Heimberaht sana mente deuotaque uoluntate donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium quicquid in loco qui dicitur Hemmingeshus in silua Bochonia iuxta ripam fluminis quod dicitur Sinna proprietatis habemus. similiter quicquid habemus in Ascfeldono marcu. necnon et hoc quod ego Ualdperaht acquisiui pretio in uilla Ninniheim. id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus edificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Albraht Leobgis Gozperaht Heliduuar Ferting Engilthrud Farolf Adalthrud Vodilthrud Ratgoz Folcleich Friduuuiz Folcrat Zeizcoma Alphart Alpger Hruodila Alphilt Hruodolf Egifrid Enstila Heriolf Benno Hunbald Rantuuin Perahtrat Heimirih Leoholf Adaluuid Folcmar cum omni eorum suppellectili et sumptu sicque tradimus integrum et totum quicquid de mobilibus et immobilibus dici et nominari potest quod in nostra sit hereditaria potestate. ea scilicet ratione ut per uestram praestariam cuncta quae tradimus possideamus ad uitam nostram uti illud ritu usuario ualeamus colere atque augere et inde acquirere nutrimentum fragilitati nostrae donec in hac presenti uita uiuamus. post obitum uero nostrum atque de hac presenti uita exitum uos et successores uestri illa omnia aucta atque meliorata in elimosinam nostram et ad utilitatem uestram tenendi habendi possidendi fruendi firmam

[1]) Dieser Ort und die folgenden fehlen in der Urkunde der Emhild.
159. P. 477, I, 106. Tr. 141.

Digitized by Google

et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense martio die XI. kalendas aprilis. † sign. Uualdperaht presbyteri † Albuuini presbyteri † Heimperahti clerici qui hanc traditionis kartulam fieri rogauerunt † Huadperahti † Gerbrahti † Snuidperahti † Snuidboten † Hahperahti † Meginperahti † Alauuitea † Gotahelmea † Theotleihes † Ercampoten † Perahtlohes.

160. Kartula Suuanagarta.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 850, 21 April.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Suuanagart sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse pretiosus domnus in corpore requiescit et ubi Baugulfus abba preesse uidetur. hoc est quod dono in Mogontia ciuitate aream unam ab uno latere habet Liutfridus ab alio latere habent filii Liutgisi tertio latere et IIII. est uia. similiter dono uineam unam intus murum Mogontiae ciuitatis ab uno latere habet sanctus Martinus ab alio latere habet Gozza tertio et quarto latere est antiqua mura. similiter dono alias areas duas intus muro Mogontiae ciuitatis pro remedio animarum fratrum meorum Liutgisi et Herimoti de una area ex tribus lateribus habet Liutfridus quarto latere uia publica. de alia area ex IIII. lateribus habet Liutfridus. ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et illorum fratribus [1]) et tamen donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis ista sub die VIII. kalendas maias anno XXXII. regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege. ego Theotricus a Suuanagarda rogatus scripsi † sign. Suuanagarda quae hanc donationem fieri rogauit † Otheida † Liutfridi † Hroccholfi † Uuigrichi † Nahhulfi † Amanoni † Erboni † Herifridi † Meginfridi † Unnoni.

161. Kartula Helmsuuinda et Crapucha.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 850 c. Mai.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque nos in dei nomine Helmsuuind et Crapucha donamus pro remedium animarum nostrarum et patris nostri Nordprahtes ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda hoc est quod donamus in pago Uuormacinsae in uilla quae dicitur Uuacharenheim illam partem illius ecclesiae quam pater noster nomine Nordpraht nobis in

---

160. C. 36b, 76. Hd. a. Tr. 142. [1]) Hier fehlt die Bestimmung der Strafe; da die Worte *et illorum fratribus* ohne dieselbe keinen Sinn haben, so hat sie Schannat weggelassen.

161. C. 62a, 144. Hd. a. Tr. 143.

Digitized by Google

hereditatem dereliquit et quicquid ad illam ecclesiam pertinet in ipsa uilla suprascripta et in Sauuilenheim terris araturiis aedificiis siluis campis pratis pascuis mancipiis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus cultum seu incultum et quicquid in illis suprascriptis uillulis ad illam ecclesiam pertinet de nostra parte ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu quislibet ulla opposita [persona] qui contra hanc kartulam donationis uenire temptauerit aut eam incurrere uoluerint inprimitus iram dei omnipotentis incurrat. et tamen donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta donatio haec sub die II. nonas maias anno XXXII. regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege. ego Theotrichus notarius rogatus ab Helmsuuindae et Crapuchae scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † Helmsuuindae et Crapuchae qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauerunt † Risalahi † Nordberti † Hattoni comitis † Landberti nuntio domni regis † Uuolfradi comitis † Altberti † Adalberti † Uualurammi † Reginoldi † Uuolfhardi † Gisalhelmi † ego Theotricus rogatus scripsi.

162. Kartula traditionis Hertinges et Vodalprahtes pro Suueifheren de Uuormacinse.

800, 10. Juni. In dei nomine. licet parua sint et exigua quae pro inmensis nostris offeramus sceleribus. tamen nil ditius deo est bone uoluntati. ego idcirco Herting et Vodalpraht salua fide et integra uoluntate donamus atque tradamus in elimosinam Suueifheres ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in pago Grapfelde in silua Bochonia in loco qui dicitur Fulda prope ripam fluminis Fuldae ubi uir uenerabilis Baugulfus abba turbe monachorum pius preesse uidetur quicquid in uilla quae dicitur Uuancsheim proprietatis habuit id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis et mancipia .X. ita ut a die presente cum omni integritate sua in uestrum transeat dominium. ut in omnibus liberam ac firmissimam habeatis potestatem nullo quod absit contradicente. facta traditio anno XXXII regnante Karlo gloriosissimo rege Francorum mense iunio die decimo. et hec sunt testes † Uualuram † Megingoz † Grimolt † Ercanpraht † Herifrit † Cristan † Hatto † Saraboto † Gerheri † Rihhart † Geholf † Gerpraht † Erhart † Meginfrid † Heriuuart † Hiltiger † Uualdpraht † Fruorit † Arntheo † Titto † Gundpraht † iterum hii sunt testes uestitionis † Erluuin † Gerpraht † Ratuualah † Reginhart † Rifunin † Hugpraht † Hroccholf † Uuigfrit † Theganolf † Uualahfrid † Uuilliroc † Eburuuin † Gozpraht. ego Ramuolt presbiter scripsi et testibus firmaui.

163. Kartula traditionis Uualahfridi.

800, 27. August. Ego in dei nomine Ualahfrid dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis habeo in Uuintgrabono marcu et in Hrannungero marcu et

---

162. C. 46b, 100 und wiederholt 50a, 109. Hd. a. Tr. 144 und 166. In der zweiten Abschrift fehlt das Datum.

163. P. 449, I, 15 und ein Summarium 452, IX. Tr. 145.

Digitized by Google

quicquid mihi pater meus et fratres hereditauerunt et proprio elaboratu acquisiui id est in terris siluis campis pratis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Uualdger Hruadmunt Uualdgoz Hruadroh Hruoduuart Asolf Votilo Freholf Uuizolf Uuaning Nuono Ratger Gisalheri Balduuig Belding Hiltrun Adalrun Uuolflind Liuta Gozhilt Rathilt Albuuiz Ratolf Onsuuind Reginburg Theotburg Vota Uuillihilt Hruadhilt Alphilt Alpsuuind Egimuot Elimuot cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea scilicet ratione trado haec omnia ut per uestram precariam illa omnia possideam ad uitam meam et post obitum meum uxor mea Uuilliquoma. et post nostrum amborum discessum filii et filiae nostrae ad uitam illorum suas singuli possideant partes. post omnium uero nostrum de hac presenti uita discessum uos et successores uestri ad utilitatem uestram et in elimosinam nostram cuncta quae tradidi tenendi habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXII. regni domni Caroli gloriosissimi regis Francorum mense augusto die VI. kalendas septembris. † sign. Uualahfridi et uxoris eius Uuilliquomum qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Hruadprahti † Theoleichi † Amalperahti † Suuidperahti † Siginandi † Leidrahti † Gerbrahti † Alauuih † Suuidpoti † Eggiolti † Ercampoti † Rohingi † Ercamprahti † Sandrati † Friduuuini † Eginoni † Uuerinharti.

164. Kartula Erlungi et Erlolfi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque nos in dei nomine Erlung et Erlolf donamus pariter ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in loco qui dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit in corpore. et ubi Baugulfus abbas preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago Uuormacinse in uilla nuncupata Aburinesheim siue in illa marca terrae araturiae iugera XV ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula donationis sub die XV. kalendas ianuarias anno XXXIII. regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege. ego Theotricus in dei nomine emanuensis rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. † sign. Erlungi et Erlolfi qui hanc kartulam donationis fieri rogauerunt. † Sigiboldi † Othelmi † Anthadi † Hruothohi † Hartfridi † Iboni † Erhardi † Folradi † Eburhardi †.

800, 18. December.

---

164. C. 87a, 77. Hd. a. Tr. 154.

Digitized by Google

165. Traditio Ualtoni et sociorum.

801,31 März

In dei nomine ego Ualto et socii mei quorum nomina haec sunt id est Theotung Altolf Otrih Adalrih Perahtger Matto Farolf Meginbald Otto Amanolf Herimuot Megis Lantolt Lungan damus atque tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium capturam hanc quae de uilla Berghohe capta est et haec sunt nomina locorum quibus illa per gyrum determinatur. a Tunibach sursum uel sursum Tunibach usque ad Treniches eichi deinde sursum in Bramfirst deinde in kaltenbahhes haubit deinde in Ruhunbah deinde in des kunigsnueg per ambas hagon inde in suuarzahafurt deinde in daz smala eihahi deinde after dero firsti in Rinacha haubit deinde iterum in Tunibach. sicque tradimus illam ut a tempore instanti et a die presenti in nostram elimosinam in uestrum transeat dominium ut illum colatis illiusque utilitatem habeatis semper uos et successores uestri nullo quod absit contradicente. facta haec traditio anno XXXIII. regni domini Caroli gloriosissimi regis Francorum mensis martii die V. idus eiusdem mensis † sig. Egino presbiter † Suuanupraht † Nordman † Haduperaht † Voto † Gisalfrid † Helmrih. ego Racholfus cancellarius scripsi.

166. Kartula traditionis Sigifridi.

801,19 März

In dei nomine. licet sint parua et exigua quae pro nostris magnis offerimus facinoribus tamen scimus acquissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. ideirco ego Sigifrid et duae sorores meae id est Gunza et Leobniuui sana mente deuotaque uoluntate donamus atque tradimus donatumque in perpetuum esse uolumus ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in monasterio Fulda ubi Baugolfus abbas turbae monachorum pius praesse uidetur quicquid in pago Grapfelde et in uilla Salu et in marcu eius de possessione agricultura proprietatis habemus id est in terris siluis campis pratis pascuis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quae sunt ex mea parte et sororis meae Gunzon quorum nomina haec sunt Unolfpraht Hiltigart Amalgart Rihhilind Liobbot Herileih Tagapraht Adalpern Adala cum uno filio Nandgat cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea scilicet ratione tradimus haec omnia in uestram potestatem ut per uestram prestariam ego et Gunza soror mea illa possideamus ad uitam nostram ut habeamus unde possimus in istius uitae uia sustentare et alere infirmitatem imbecillitatis nostrae. post obitum uero nostrum uos et successores uestri in elimosinam et ad utilitatem uestram tenendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem nullo quod absit contradicente. Scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda anno XXXIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense martio die XIIII. kalendas aprilis.

167. Kartula traditionis Uuiturammi.

801,31 April

Licet sint parua et exigua quae pro inmensis meis offero sceleribus tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem inspicere mentis quam quantitatem perpendere muneris. ideirco

---

165. P. 516. II. 52. Tr. 146.
166. P. 507, II, 35. Tr. 147.
167. P. 506, II, 33. Tr. 148.

Digitized by Google

ego Uuituram deuota sanaque mente pro remedio animae meae cogitans dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui corpore requiescit in monasterio Fulda quod constructum est in pago Grapfelde in silua Bochonia ubi uir uenerabilis Baugolf abbas turbae monachorum cum summa moderatione preesse uidetur quicquid in hac die presente in uilla Thorneheim proprietatis habeo id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumquo decursibus domibus aedificiis atque pecoribus et iumentis quae ibidem habeo et haec mancipia trado. Grauuolf Gomosuuind Uuolfhart Hiltidrud Hecka cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea scilicet ratione tradо haec omnia ut per uestram precariam illud possideam ad uitam meam ut habeam unde alam et nutriam fragilitatem humanitatis meae quamdiu in hac presenti uita uiuam. post obitum uero meum atque discessum de hac presenti luce uos et successores uestri in elimosinam meam et utilitatem uestram tenendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda anno XXXIII. regni domini Karoli gloriosi regis Francorum mense aprilis die XI. kalendas maii. † sign. Uuituramni † Hruadberti comitis † Zezzonis † Uualuram † Moring † Hiltuuig † Uuarman † Reginheri † Gerolt † Batugis † Hruading.

163. Kartula traditionis Ediramni.

Ego in dei nomine Ediram diuino instinctus amore dono atque trado in elymosinam meam ad sanctum Bonifatium et ad monasterium quod dicitur Fulda ubi uir uenerabilis Baugolfus abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla Longastesheim et in Hufileibesheim et in Geboldeshusun et in Graolfesheim quicquid proprietatis in supra dictis locis uisus sum habere in terris siluis uineis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus quicquid dici uel nominari potest. et mancipia haec id est Brunger. Adalger. Reginuuih. Habho. Bilidrud. Hruoduuin. Reginleih. Ratolf. Uuinidolf. Alhgoz. Uuolfolt. Irmidrud. Amalleih. Sigileih. Otleih. Hartleih. Helmdrud. Rimisuuind. Graolf. Berahtmunt. Helisuuind. Heripraht. Erhart. Gersuuind. Nisibald. Vosuuih. cum filiis suis. Ata. Engilof. ea uero ratione ut haec omnia tantum habeam ad uitam meam. post obitum uero meum supradictus abbas uel successores eius illius rei habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartam traditionis uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit iram caelestis incurrat et sancti Bonifatii et ab omni loco sanctorum excommunicatus sit. Insuper adscripto monasterio inferat auri uncias .II. argenti pondus .IIII. coacius exsoluat et tamen quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula traditionis haec sub die .II. kalendas iunias anno XXXIII. regnante domino nostro Karolo gloriosissimo rege. Ego Ramuoltus iussu Baugulfi scripsi et testibus inferius firmaui. † sign. Ediramni qui hanc kartulam scribere rogauit. † sign. Uualaramni. † sign. Isanberti. † sig. Heimprahti. † sign. Albuuini. † sign. Hunprahti. † sign. Reginolti. † sign. Adaluuini. † sign. Sigifrit. † sign. Egiharti. † sign. Rantolfi. † sign. Erharti. † sign. Batuchoni † sign. Hiltiprahti. † sign. Folcprahti. † sign. Uualtolfi. † sign. Moric. † sign. Hartuuini. † sign. Bruuichoni.

---

167. C. 28a, 37. Hd. b. Tr. 150.

Digitized by Google

169. Kartula Uuolfbaldi.

801, 6. Iunii. In Christi nomine licet sint parua et exigua quae pro inmensis meis offero delictis. tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. idcirco ego Uuolfbald deuota sanaque mente dono atque trado in elimosinam meam quicquid proprietatis habeam in marcu Dienenheim [1]) id est .I. ariadem cum structuris suis et in VI. locis uineas et duo iugera de terra araturia et in Mogontia duas molinares et hec mancipia Hruodbald Hrihhart Hiltiniu cum prolibus suis id est Hiltilind Gerniu Siginiu Altuuig et coniux eius Irminhilt cum filiis id est Bernfrid [2]) Fartman et coniux eius cum filio Frehchin cum omni eorum suppellectili et sumptu et totum atque integrum quicquid de mobilibus et inmobilibus proprietatis habeam in omni possessione mea trado. ea scilicet ratione ut per uestram precariam illud possideam ad uitam meam et post obitum meum omnium quae tradidi similiter per uestram prestariam filius meus Lantbald dimidiam partem possideat ad uitam suam tantum ut per singulos [annos] semper ad paschaa condictum persolnamus censum id est duas uncias de argento. et dimidia pars statim post exitum meum transeat in ius uestrum. post amborum uero de hac presenti luce discessum omnium quae tradideram cum summa integritate tenendi habendi possidendi fruendi ad utilitatem uestram et in elimosinam meam firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem nullo quod absit contra dicente. scripta hec kartula traditionis in monasterio Fuldae anno XXXIII. regni domni Karolis gloriosissimi regis Francorum. mense iunio die VIII. idus iunias. † sign. Uuolfbald qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Uualurammi † Hrabani † Erchanprahti † Hiltibaldi † Vogoni † Gundrammi † Lantbaldi † et ego Hrabbolf scripsi [3]).

170. Kartula traditionis Hungeri.

801, 21. Iunii. Ego in dei nomine Hunger dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium quicqnid in pago Salagenue et in uilla Chizziche et in marcu eius proprietatis habeo absque XXII. ingeribus inter prata et terram araturiam et sex oues et duas uaccas cum totidem uitulis. ceterum totum atque integrum dono atque trado id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Prunolf Fridurat Blidrat cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea scilicet ratione trado haec ut per uestram precariam illud possideam ad uitam meam. post obitum uero meum de hac praesente luce nos et successores tenendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iunio die XI. kalendas iulii. † sign. Suuidperaht † sign. Irminperaht † sign. Altcarli † sign. Alauuihes † sign. Ercanpot † Ercanpraht † Sigidegan † Dinguuin † Heribraht † Ruadhart † Erpfung † Uuigbraht † Heriuuig † Ratheri † Ginoz † Spitigero.

---

169. C. 38a, 74. Hd. a und mit einigen Aenderungen bei Eb. II, 57a. Tr. 151. [1]) E. *in Massenheim.* [2]) E. liest so: *Bernfrid. Razman. Eberhilt* cum filiis suis. *Vto* et *Trutman. Herrat. Rihhold. Rudbolt. Richilt* cum filiis suis. *Geila* et *Ruger. Ito* et coniux eius *Frenkin. Citsin* et filii eius atque filiae. hos omnes cum omni etc. [3]) E. ego *Tacholfus* diaconus humilis frater composui hanc kartam. Ausserdem hat Eberhard im Datum noch folgenden Zusatz: *Aderat tunc predictus rex Karolus magnus et gloriosus princeps.*

170. P. 450, 1, 16. Tr. 149.

Digitized by Google

171. Traditio Theotharti pro Adalharte de Alsacinse.

Sacrosanctae ecclesiae sancti Bonifatii quae est constructa super fluuium Fulda ubi ipse 801, 27. Iuni.
martyr sacro requiescit corpore ubi in dei nomine Baugolfus abba preesse uidetur. ego itaque Theothardus dono pro remedium Adalharti donatumque in perpetuum esse uolo hoc est infra noua ciuitate Argentoratinse. ariale I. cum casa quae supra ipsam arialem stabilita est, ab uno latere terra sancti Nazarii ab alio latere terra sancti Mauricii ab uno fronte terra sanctae Mariae ab alio fronte terra sancti Stephani † et in marcu Haidulfushaim. ariale .I. ab uno latere terra sanctae Mariae. et terrae araturiae iurnale .I. ea ratione a die presente trado atque transfundo ut ipsa casa dei uel congregatio illa haec omnia teneant atque possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse quod absit uel heredes mei seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit tunc inferat uobis cogente fisco auri uncias .V. argenti pondera similiter. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. actum in Strazburga ciuitate publice data V. kalendas iulias anno XXXIII. Caroli regis. † Theotharti qui hanc donationem fieri rogauit † Uuolfberti † Berahtradi † Hruodolahi † Uuolfhardi † Sigiberti † Sigoni † Hartnodi † ego Asaph rogatus scripsi et testibus firmaui †.

172. Traditio Liutbirgae.

In dei nomine. ego Liutbirg tradidi per manum Adalhelmi ad sanctum Bonifatium 801.
ista mancipia quorum nomina haec sunt Hertgund Hruodicoma Heilagart Tuomolf Thrasamunt Gerlind Alagundi Rihgund ita ut duo ex his habeam per uestram prestariam ad uitam meam ut meos infirmos et uacillantes artus quanto tempore hic uiuam suis sustentent ministeriis. ista alia mancipia deinceps a die presente in uestrum transeant dominium necnon et illa duo post obitum meum similiter faciant. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum.

173. Traditio Adelheres.

In Christi nomine. ego Adelhere pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam 801.
promerire merear dono atque trado ad ecclesiam sancti saluatoris quae est constructa in pago Grapfelde et ad reliquias sancti Bonifatii martyris omnia quaecumque mihi contingunt in his uillis. in uilla Sulzifelt et illam basilicam quae in ipsa uilla constructa est et in uilla quae dicitur Uulfricheshus et in uilla quae uocatur Sala et in Ibistat et in Marchereshuson et in Lurungun et in Uuancheim et in Urahheim et ipsae uillae iam nominatae positae sunt in pago qui dicitur Grapfeld et sicut iam dixi omnia quodcumque mihi in his uillis contingit id est in terris campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus farinariis et omnia mobilia et

171. C. 5a, 7. Hd. a. Tr. 152.
172. P. 518, II, 62. Tr. 153.
173. Schannat trad. 155 giebt diese Urkunde »ex veteri codice.« d. h. aus dem Chartular; aber weder in diesem noch bei Pistorius habe ich sie finden können; auch in den Summarien Eberhard's ist sie nicht enthalten.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Digitized by Google

immobilia mea et mancipia his nominibus. Friduloh. Zeizolf et uxor eius Ratburg et filii eorum VII. Germunt et uxor eius Uuillitrud et filii eorum III. Adalolf et uxor eius Theotrud. Heruuin et uxor eius Theotgund et filii eorum V. Erferi Ramuolt Berahta Albraht Erliud Uuolfhilt. isti sunt testes qui uiderunt et audierunt. † Meginbraht † Eggihelm † Adalman † Uuanolf † Betto. facta karta traditionis in monasterio Fulda anno XXXIII. regni domini Karoli regis Francorum. ego Hraholf iussus scripsi.

174. Kartula traditionis Uualurammi de pago Rininse.

872, 22 Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Uualuram sana mente sanoque consilio pro peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire mercar dono ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum iuxta fluuium quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr requiescit corpore et ubi Baugulfus abba preesse uidetur. hoc est quod dono in pago superiori riuinsae in uilla nuncupata Hofun ecclesiam cum omni stabilitate et in reliquiis in capsis seu in crucis in areis in aedificiis pratis omnem conlaboratum illius ecclesiae et mancipia XXVI his nominibus. Uuillidrud cum duobus infantibus. Mohha cum quattuor infantibus. Hitta cum .IIII. infantibus. Uuetta cum tribus infantibus. Theotuuin et uxor eius Rihsuuind cum tribus infantibus. Uuillisuuind cum tribus infantibus. et dono iumenta capita cum illo uuerenione XXI. et sicut superius iam dixi quicquid ad illam ecclesiam aspicit. et similiter dono in uilla nuncupata Oppenheim quicquid ad ipsam supra scriptam ecclesiam pertinet in uineis. et dono areas tres unam intus muro ciuitatis Mogontiae aliam in uilla nuncupata Hruodolfesheim tertiam in uilla quae dicitur Teinenheim. de illa area quae intus muro ciuitatis Mogontiae habet ex uno latere Hruodolt ab alio latere Fruorit tertio latere sanctus Petrus quarto latere uia publica. de alia area quae in Hruodolfesheim iacet habet duobus lateribus sanctus Nazarius tertio latere habet Gisalpraht quarto latere est uia publica. de tertia area quae iacet in Tienenheim habet ex uno latere sanctus Bonifatius ab alio latere Ratuuin duobus lateribus uia. dono trado atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supradictae ecclesiae ita ut ab hodierno die supradicta ecclesia uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc kartulam donationis uenire aut eam infrangere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii martyris Christi. et insuper inferat ad ipso supradicto monasterio auri uncias .II. argenti pondera .IIII. coactus exsolnat et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. stipulatione subnixa. facta kartula traditionis haec sub die XI kalendas iunias anno XXXIIII. regnante domno nostro Karolo gloriosissimo imperatore. † sign. Unalurammi qui hanc traditionis kartulam fieri atque firmare rogauit † Hattoni comitis † Gundrammi † Hunoldi † Gundharii † Utoni † ego Theotricus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

---

174. C. 75a, 203. Hd. a. Tr. 156.

Digitized by Google

175. Kartula Liutsuuindae et Adalprahti de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 802, 28 Mai.
peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Liutsuuind et Adalpraht donamus ambo pariter pro remedium animae Bernharii ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr saero requieseit in corpore et ubi Baugulfus abba preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago Uuormaeinse in uilla nuncupata Teinenheim aream .I. ex duabus lateribus habet sanctus Albanus ab alio latere sanctus Bonifatius tertio latere habet Iburin. ea uero ratione ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et insuper inferat ad supradicto monasterio auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula traditionis sub die VIII. kalendas iunias anno XXXIIII. regnante domno nostro Karolo glorioso rege. † sign. Liutsuuindae et Adalprahti qui hanc traditionis kartulam fieri rogauerunt. † Adalbereti † Vodilbercti † Altbercti † Otuuini † Marcrati † Hrihhelmi † Uualtharii † Adalbercti † Asbercti † Heimoni † Erhardi † Engilhelmi †. ego Theotricus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

176. Kartula Otmunti de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 802, 28 Mai.
peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego Otmunt et coniux mea Erinthrut sana mente sanoque consilio pro malis peccatis nostris ut in futuro ueniam aliquam promerire mereamur donamus ambo pariter ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr saero requieseit in corpore et ubi Baugulfus abba preesse uidetur. hoc est quod donamus aream .I. intus murum ciuitatis Mogontiae cum omni aedificio quod est ab uno latere sancti Petri ex alio latere sancti Bonifatii tertio et quarto uia publica. similiterque donamus in pago Uuormacinse in uilla quae dicitur Battenheim uineam .I. ex tribus lateribus habet sanctus Albanus quarto latere habet Uuillibald filius Adalbaldi. ita ut ab hodierno die supradicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit inprimitus iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et insuper inferat fisci dicionibus auri uncias .II. argenti pondera IIII. coactus exsoluat et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed

---

175. C. 34a, 69. Hd. a. Tr. 157.
176. C. 35a, 71. Hd. a. und Eb. II, 80b mit unbedeutenden Aenderungen in den Namen. Tr. 158.

Digitized by Google

presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permanent stipulatione subnixa. facta kartula traditionis sub die VII. kalendas iunias anno [1]) XXXIIII. regnante domno nostro Karlo glorioso rege. † sign Otmundi et coniugis suae Erindrudae qui hanc donationem scribere petierunt † Cristiani † Uuolfhardi † Herifridi † Uuolfhardi † Amanoni † ego Theotricus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

177. Kartula Otuuara de Uuormaciuse.

803, 1) Mai. Ego in dei nomine Otuuar dono atque trado per manum Beniamines et Meginuuartes in elimosinam meam ad ecclesiam sancti saluatoris ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore quicquid in Umanesheimoro marcu et in Tulgesheimoro marcu proprietatis habeam id est unam arialem cum aedificiis suis quae habet ex duobus partibus circa se publicam uiam in tertia parte habet Uuituram in quarta sanctus Bonifatius. et ad illam pertinentem hobam et duas uineas. unam in Umanesheim circa quam habet in una parte Uuigheri in alia Uuolfroh in tertia Hartuuig in quarta sanctus Bonifatius. alia uinea est in Dulgesheim circa quam habet in una parte sanctus Nazarius in alia sanctus Petrus in tertia Uuolfroh in quarta sanctus Bonifatius. sicque illud trado per manus supra dictorum uirorum ut per uestram prestariam illud maritus meus Vodilmar et filius meus Gerunin habeant ad uitam illorum. ita ut per singulos annos pro hoc reddant censum istum id est denarios VI. postque illorum exitum de hoc mundo uos uel successores uestri illam supra dictam rem melioratam in elimosinam meam et ad utilitatem uestram tenendi habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. scripta hec kartula traditionis in monasterio Fuldae anno XXXV. regni domni Karolis gloriosissimi regis Francorum imperii uero eius tertio. mense martio die V. idus eiusdem mensis. et hii sunt testes † Beniamin † Meginuuart † Unaltolf † Eliuuin † Erchanpraht † Uuillipraht † Benno † Einheri † Egilheri † Hartuuig †.

178. Traditio Vodalrichi comitis pro se et pro Voton de Alsacia.

803, 1. Mai. Oportunum est unicuique dum in hac uita mortali uiuet de futura uita ubi immortaliter perpetueque uiuere sperat dum licet cogitare studeat. ergo in dei nomine Vodalrichus comis dono pro remedium animae meae seu pro remedium germani mei Votoni ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum super fluuium Fulda ubi ipse sanctus corpore requiescit sacro et ubi uenerabilis Baugulfus [1]) abba praesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo hoc est in pago Alsacinse in uilla quae dicitur Heinhaim id est tam terris campis pratis siluis arealis uineis casis casalis mancipiis quorum nomina sunt Baldfrid Tetta Adalman Angilman Hrihhari Berahtlind Gerhart Theotbirg Bita Otuuin Hailrat Gundhari Suuanahilt Amalhilt Itisburg Baldsuuind Uualahheri Theotlind Ratsuuind Herisuuind

---

[1]) Der Schluss von *anno* an fehlt bei Eberhard; dafür steht die Notiz: *actum Fuldae*, was nicht möglich ist.

177. C. 48b, 105 und 54a, 122. Hd. a. Tr. 159. Die erste Abschrift ist unvollständig; sie bricht mit dem Worte *exitum* am Schlusse des Blattes 48b, ab; es fehlen nämlich Bll. 49—52.

178. C. 6a, 10. Hd. a. Tr. 181. [1]) So steht von der ersten Hand geschrieben; eine andere, jedoch sehr alte Hand hat geändert *Ratgarus*. Schannat hat diesen Namen aufgenommen, aber zugleich im Datum geschrieben *anno XXXVI.*

Digitized by Google

Rincholf Salga Uuaglind Hetica Unza Gaganhard Reginhart Hiltinc Unolflind Berahtrat Adalrat Theganmunt Unolfheri Herirat, pascuis aquis aquarumque decursibus quantumcunque Voto in ipsa uilla fuit uisus habere aut ego conquesiui de portione sua totum et integrum a die presente trado atque transfundo ea ratione ut ipsa casa dei uel congregatio illa exinde facere quicquid uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse quod absit uel heredes mei seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit tunc inferat uobis uestrisque successoribus cogente fisco auri uncias X. argenti pondera V. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. actum ad Zinzila publice data kalendis maiis anno XXXV. regni domni Karoli regis † Vodalrichi qui hanc donationem fieri rogauit † Beboni † Geroldi † Vdilrichi † Ratherti † cum filiis suis qui consenserunt † Cuniherti † Gannerichi † Haimrichi † Nidgarii † Hartprahti † Nordolti † Hrihbaldi † Hruoderati † Haioni † ego Asaph rogatus scripsi.

179. Kartula traditionis Theotbaldi.

Sacrosanctae ecclesiae quae est constructa in pago Grapfeld. et est uocabulum ipsius 805, 5. Mai.
monasterii Uulda in honore sancti Bonifacii martiris ubi uir uenerabilis Baugulfus abba preesse uidetur. Ego itaque in dei nomine Theotbaldus aesi indignus uocatus abba. cogitans pro remedium animae meae et pro aeterna retributione. et de his testimoniis quae satis terribiliter scriptura sancta commemorat. et de repromissione quam sanctum euangelium commemorat. de quibus omnibus peritis notum est ut apud misericordem iudicem ueniam consequi merear. ideo dono ad ipso sancto loco donatum quod in perpetuum ut permaneat esse uolo. hoc est marcas duas id est in Dubileshaim. et in Friesenhaim. quicquid in illis duabus marchis uisus sum habere. excepto quod nepote meo Hugone tradidi mancipiis his nominibus. Lintricum cum uxore sua Theatrada et infantes eorum. et seruum unum nomine Gozfrid. cum casalis et aedificiis eorum. id est cum terris casalis aedificiis uineis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus uel omnibus adiacentiis totum et integrum a die presente de meo iure in uestram trado dominationem. ita ut abba uel rectores illius monasterii habeant teneant atque possideant. uel quicquid exinde facere uoluerint. liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus uel proheredibus meis. seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit. aut eam infringere uoluerit inferat prefato monasterio auri uncias .VII. argenti pondera .X. coactus exsoluat et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore stabilis et firma permaneat stipulatione subnixa. actum publice in Tubilesheim in ipsa uilla .III. nonas maias anno XXXV. regnante domno nostro Carolo rege. † sign. Theothaldi abbati qui hanc traditionem fieri et firmare rogauit. † sign. Uuicharii testis. † sign. Bessonis. † sign. Uuarharii. † sign. Albrici † sign. Hildi. † sign. Uuacchonis. † sign. Adalaici † sign. Uuolffridi. † sign. Ratleici. Asaph rogatus scripsi et subscripsi. Quicquid in Dubilesheim marca et in Friesenheim marca uisus fui habere totum et integrum quod Uuacho habuit in beneficio.

---

179. C. 8a, 14. Hd. b. Tr. 160.

Digitized by Google

180. Kartula traditionis Lantfrides de Mogontia.

In Christi nomine ego Lantfrit dono atque trado in elimosinam meam ut indulgentiam consequi merear peccatorum meorum in ciuitate opinata quae uocatur Mogontia illum curte locum id est houastat et omnem aedificium quod ibi constructum est meaeque proprietatis iuxta locum qui illorum ciuium uel totius uulgarici sermonis dictu nuncupatur ad hrachatom in ripa Hrenis fluuii trado sicut scriptum est supra ad monasterium sancti Bonifatii martyris quod dicitur Fulda ubi preclarus et uenerandus deo deuotus Baugolf abba cum multa turba monachorum deo seruire cognitum est. et sic terminatur in qualicumque parte supra dictus curte locus id est houastat ita ut in una regione tangitur uia regis et in alia tangitur pars sancti Martyni et in tertia parte Gernandes filii Hagunen. illum iam supra dictum locum cum omni fabrica quae in eo est quod ad meam pertinet proprietatem sic trado ad supradictum monasterium post obitum meum et post obitum fratris mei Theotfrides ut qui ex nobis utrisque alium superuixerit sic ille illud habet per uestram prestationem usque ad finem uitae eius. post mortem uero nostram supra dictam rem uos seu posteri uestri perpetualiter utendum, habendum incontradictam atque firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die XX mensis decembri † sign. Lantfridi † Uualurammi † Marcolti † Sigihardi † Sigifridi † Albgeri † Uuignandi † Mnotheri † Ercanberahti † Hugi † Tuldheri †.

181. Kartula Hadurichi presbiteri de Uuormacinse.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Hadurih indignus presbiter in remissionem peccatorum meorum. ut ueniam consequi merear in futurum. dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi religiosus et preclarus Paugulfus abba cum magna congregatione monachorum deo seruire dinoscitur in uilla nuncupata Harahesheim quicquid proprium habeo id est illam arialem id est honastat et ipsam ecclesiam et omnem aedificium quod ibi constructum est et terram arandam et uineam colendam et mancipia VI. quorum hec sunt nomina Uuinirih Heriman Hiltirat Theotrat Otgart Altfrit. cum omnibus suppellectilibus suis et suae pecuniae totum et integrum quicquid in supra dicta uilla proprietatis habeo sicque trado ad monasterium supra dictum post obitum meum ita ut uos uel sequaces uestri supra dictam rem incontradictam et inexquisitam post exitum uitae meae ulterius habere liberam ac firmissimam habeatis potestatem stipulatione subnexa. Actum ad monasterium Fulda die XXV mensis decembri. † sign. Hadurih † Benno † Sigifrit † Gerhelm † Erhart † Hadupraht † Egiuuin † Baldrih † Uolrat † Blidolf † Uualuram.

182. Kartula Hruadhartes et Liobhartes.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Hruadhart et frater meus Liobhart pro remissione peccatorum nostrorum in elimosinam nostram seu coniugis meae Hruadhartes Lihruge tradimus ad monasterium sancti Bonifatii martyris quod dicitur Fulda ubi Paugolf uenerabilis

---

180. C. 45a, 95. Hd. a. Tr. 103. Das von Schannat angegebene Jahr steht nicht in der Handschrift.
181. C. 82a, 65. Hd. a. Tr. 163.
182. P. 501, II, 19. Tr. 171.

Digitized by Google

abbas preesse uidetur quicquid in ista Bochonia in ripa fluminis quod dicitur Fulda proprium habemus id est terris siluis campis pascuis aedificiis pecuniis quadrupedis et quicquid sit ea ratione ut ego et frater meus Hruadhart et Liobhart usque ad obitum nostrum supradictam rem nobis ad nutrimentum per beneficium uestrum habere possimus. post mortem nostram uos et secutores uestri habere perenniter supradictam rem firmissimam habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda die XIX. mensis ianuarii.

183. Kartula traditionis Gundheres.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego in dei nomine Gundherus trado ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uenerabilis uir Paugolf abbas preesse uidetur hoc est quod trado partem meam et quae ad me pertinere uidentur in loco nuncupato Baldmunteshus ea scilicet ratione ut ego et filius meus Batto illud dum aduiuimus habeamus et qui alium superuixerit similiter utatur illo censu disposito ut semper post tres annos amphoram mellis demus. post obitum uero nostrum amborum uobis uel successoribus uestris illa causa ut libet incontradicta in omnibus sit potestas. actum in monasterio Fulda sub die III. kalendas martias. ego Einhart scripsi. † sign. Gundheres qui hanc kartam fieri rogauit † sign. Batten filii eius † sign. Fertinges.

184. Kartula traditionis Hartgeres et Hruadmuntes.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideirco ego in dei nomine Hartger et filius meus Hruadmunt tradimus atque donamus quicquid in Baldmunteshusum terrae habuimus excepta una ariale ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uir uenerabilis Paugolf abbas cum multa turba monachorum preesse uidetur. ea scilicet ratione ut quoad uiuimus illo nobis uti liceat et si alius alterum superuixerit e nobis duobus similiter illud sub uestra habeat prestaria. post exitum uero amborum firmam et incontradictam habeatis potestatem in omnibus quae tradidimus. actum in monasterio Fulda sexto idus martias. ego Einhart scripsi. † sign. Hartgeres et Ruadmuntes filii eius qui communibus manibus hanc traditionem fecerunt.

185. Kartula traditionis Einharti.

In Christi nomine. ego Einhart et coniux mea Engilfrit donamus atque tradimus ad sanctum Bonifatium ubi uir uenerabilis Paugolf abbas cum turba plurima monachorum monasterio preesse uidetur hoc est quod donamus quicquid in Urithorpfe proprietatis habemus exceptis uero hafiunnis et uno mancipio. quicquid aliud est quod habeo hoc trado ea ratione ut dum ego aduiuo habeam illud. similiter et coniux mea si illa me superuixerit utatur illico. post obitum uero nostrum amborum uos et successores uestri res memoratas ulterius perenniter possideatis stipulatione subnixa. actum die VIII. idus iunias. ego Einhart scripsi.

---

183. P. 448, I, 12a. Tr. 176.
184. P. 507, II, 36. Tr. 170.
185. P. 448, I, 12b. Tr. 177.

Digitized by Google

186. Praestaria Baugolfi abbatis.

Non est incognitum multis fidelibus quod Reginhilt et soror eius Gundhilt tradiderunt in elimosinam suam ad sanctum Bonifatium quicquid proprium habere uiderentur in pago Grapfeldum et in pago Gozfeldum. ideo ego Baugolfus abbas cum consensu fratrum nostrorum omnium praesio tibi Reginhiltu et Gundhiltu ad uitam suam quicquid manu potestatiua tradiderunt ad sanctum Bonifatium extra illa loca tria quae nobis in praesenti modo ad seruiendum dimisistis in Tungide et in Ptrihfeldum et in Buhhiliden. et contra ista loca tria praestamus tibi Reginhiltu et Gundhiltu de nostris propriis in loco qui appellatur Brahouua ut habeant ad uitam suam cum ceteris locis tibi concessis habendi fruendi non minuendi sed meliorandi firmissimam in omnibus habeatis potestatem in nostram praestariam et post obitum uestrum possideamus nos et successores nostri. † sign. Baugolfi abbatis qui hanc praestariam fieri iussit † Prezzolti presbyteri † sign. Hruadharti presbyteri † sign. Hruadfridi presbyteri † sign. Ortrohi monachi † sign. Gerhrahti diaconi † Nandharii diaconi † sign. Hramuolti presbyteri. facta praestaria tertio kalendas iulias.

187. Kartula traditionis Helpfrates.

In Christi nomine. ego Helpfrat quicquid proprietatis habeo in illa marca quae est super fluuio Fliedina ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Paugolf abbas preesse uidetur trado in elimosinam meam et coniugis meae Anshiltae et filiae meae Hiltiu totum et integrum id est siluam campum prata pascua aedificia alia confinia quicquid sit mobile et immobile quadrupediorum septem mancipia cum omnibus rebus suis post obitum nostrum id est meum Helpfrates et coniugis meae Anshiltae et filiae meae Hiltiu ut quisquis ex nobis longius uiuat per precationem supradicti uenerabilis Baugolfes abbatis et cunctae familiae sancti Bonifacii habeat illud usque ad exitum uitae suae. post obitum nostrum uos posterique uestri supradicta re frui ulterius sicut placet liberam firmissimamque habeatis potestatem stipulatione subnixa. actum in monasterio Fulda die XXVII. mensis augusti.

188. Traditio Achuten de pago Alsacinse.

Ille bene possidet res suas in seculo qui cum caducis adquirit premia sempiterna. ideoque dono Achuto pro mercedem et stabilitatem meam ad surrosancto monasterio cuius uocabulum est Uulta quod est constructum in honorem sancti Bonifatii martyris ubi uenerabilis Baugolfus abba seu custor preesse uidetur. in Leidmareshaim et Luadleicheshaim et in Terherdi et Hudamareshaim homines manentes XII. aut amplius et in Heifanhaim ecclesiam .I. curtile indominicato et ad ipsa curta pertinent homines XIII. hobas XX. in Uuilare homines XII. de uino unde exercere possunt karradas XX. in Uualaheshaim homines VI. in Gunzingon ecclesia .I. homines .IIII. in Gunmareshaim homines .II. in Mvorbah homines VI. in Mulinhuson et in Moringeshaim in Offenbah in Merlunghaim in Gotamareshaim in Nuzdorpf homines VIII.

---

186. P. 505. II, 29. Tr. 172.
187. P. 447, I, 11. Tr. 165.
188. C. 7a, 12. Hd. a. Tr. 167.

Digitized by Google

189. Traditio Bleonsuindae.

In Christi nomine. ego ancilla Christi Bleonsuind talem portionem quę mihi a parentibus meis in pago Iagesgewe in uilla Meitemâln in proprietatem hereditario iure contigit. consentientibus atque simul conlaudantibus fratribus ac sororibus meis uterinis nulloque parentum meorum et affinium contradicente coram testibus idoneis et cognatis meis trado beato Bonifacio martiri qui in fuldensi monasterio corporaliter requiescit. traditumque in perpetuum uolo. et me ipsam ancillam Christi perpetuo permansuram ab hac die et deinceps deuoueo et promitto coram deo et uenerando abbate Baugulfo. atque omnem huius mundi uanam et caducam gloriam cum stipulę huius abiectione depono. et in monasterio sanctimonialium ubi uenerabilis abbatissa Albhilt nomine cum uirginum turba deuote deo seruit. me etiam Christo quamdiu uixero seruituram promitto. Trado ergo sicut predixi deo et sancto Bonifacio martiri meam hereditatem et patrimonium prefatę uillę Meitemulin. cum familia utriusque sexus. cum terris. siluis. pratis. campis. pascuis. domibus. edificiis. hortis. aquis. aquarum decursibus. piscationibus et cum omni rerum utilitatibus ea scilicet ratione ut fratres sanctę fuldensis ecclesię mei semper sint memores.

Facta [1]) est autem hec traditio sub Carolo imperatore. ipso presente et confirmante et anuli sui impressione roboraute et precipiente. ut hęc eadem tradicio nullam patiatur iniuriam.

190. Cambium in uilla Herifa.

Ego itaque in dei nomine Paugolf abbas. omnibus fidelibus nostris non habetur incognitum quod ego ab ipsis unam arialem id est houastat cambiaui id est mutaui in uilla quae dicitur Herifa id est Starcfrid et Uuigfrid et Thancrat tradideruntque mihi ad monasterium sancti Bonifacii quod dicitur Fulda illam arialem quae ad proprietatem eorum fuerat id est ex his unusquisque suam partem ad possidendum ad excolendum a die presente ita ut nos nunc et posteri ulterius illam habere frui liberam firmissimamque in omnibus habeamus potestatem stipulatione subnixam.

191. Praestaria Paugolfi abbatis.

Non est incognitum cunctis fidelibus quod Leobataga tradidit ad sanctum Bonifatium in elimosinam suam partem hereditatis suae id est ecclesiae suae quod ad eam pertinet terris pratis pascuis mancipiis aedificiis in uilla nuncupante Ascfeld et illam houastat in qua aedificatum habet et sedet et haec nomina mancipiorum Hadarih Liutrat Ermanrih Immina cum tali suppellectili quam Hadarih habet in uilla Bonlantum, et omnia ad se pertinentia. ideo ego Paugolfus abbas cum consensu et uoluntate fratrum nostrorum praestabo tibi Leobatagun ad uitam tuam has supra dictas res quae manu potestatiua tradidisti ad sanctum Bonifacium insuper et de nostro sumptu tria mancipia id est Adalrat Theotuuic Hruotrad cum suppellectili eorum has res supra scriptas habendi fruendi non minuendi sed meliorandi firmissimam in omnibus habeatis potestatem per nostram praestariam et post obitum tuum possideamus nos

---

189. Eb. II, 75a. Tr. 168. [1]) Schannat hat diesen Zusatz, wohl nicht mit Uarecht, weggelassen.
190. P. 50t, II, 17. Tr. 173.
191. P. 476, I, 105. Tr. 175.

Digitized by Google

hoc ipsum et successores nostri. † Paugolfi abbatis † Hramuolti presbyteri † Amales presbyteri † Gerberti diaconi † Uuolfboten presbyteri † Megingozi monachi † Theganheri monachi. item hi testes. Engilperaht Adalman Freibraht Siginand Eggiolt Manolt Amalperaht Gerperaht Leidrat Liutheri Sandrat Theotbald Theoleih. et annis singulis tibi ad uitam tuam de nostris causis donetur una situla mellis plena et porcus unus qui assumitur pro pretio anni.

192. Traditio Leidrati.

Ego Leidrat in supradicto pago [Salageuue] uel uilla [Hnutilingi] totum trado quicquid proprietatis habeo et tria mancipia Hartperaht Helmsuuind Hruadflat et traditum sit post obitum meum ad sanctum Bonifacium in elimosinam meam.

193. Traditio Rohingi.

Ego Rohing in pago Ueringeuue et in uilla Muotuuinesheim et in silua Bochonia iuxta alueum fluminis Sinna totum quicquid proprietatis habeo trado ad sanctum Bonifacium et haec mancipia Perahtsuuind Meginhart cum omnibus rebus suis traditumque sit post obitum in elimosinam meam.

194. Traditio Engilberti.

Ego itaque Engilbertus et uxor mea Rosmuot non immemores facinorum nostrorum tradimus ad sanctum Bonifacium in elimosinam nostram mancipia quinque ut aliquam delictorum nostrorum ueniam consequi mereamur. et haec nomina mancipiorum Friduhart Otgart Alblaug Uuilligart Regingart. haec traditio facta est in uillula Uuilaresfelde intra basilica. hi sunt testes traditionis. † sign. Engilberti qui haec tradidit † sign. Mattoni clerici † sign. Ercanberti clerici † sign. Sigiboti † sign. Leidrati † sign. Hruadheri † sign. Altthuringi † sign. Folcmari † sign. Irpfingi.

195. Traditio Lantfrides.

Ego Lantfrid pro salute animae dedi in ecclesiam beati Bonifacii martyris omne patrimonium meum et omnem hereditatem meam quicquid mihi iure dimisit pater meus et quicquid ego acquisiui post obitum eius id est mancipia XIIII. quorum nomina sunt haec. Uuerdheri et uxor eius nomine Adalbirin et filii eorum his nominibus Uualtheri Baldheri Leobbirin Hruadbirin. Uuilliperaht et uxor eius Uuingdeo et filii eorum Regindeo Arndeo Ostarhilt Liuto. et Reginolf et uxor eius Liubila. et domus mea et omnia quaecunque habere potui

---

192. P. 447, I, 7.
193. P. 447, I, 8.
194. P. 447, I, 9.
195. P. 450, I, 17 und ein Summarium 452, X. Tr. 448. Ich habe diese und die nächstfolgenden Schenkungen hier eingereiht, da sie in die Zeiten Baugolf's oder Ratgar's fallen müssen.

Digitized by Google

in mobilibus et immobilibus et terram quam habui in uico nuncupato Adalfrideshusum cum campo et silua et prato et pascuis et in alio uico qui situs est iuxta Tulbam cum campo et silua et prato et pascuis et omnia in omnibus quaecunque habere potui in Salageuue firma permaneant ad ecclesiam sancti Bonifacii supra scripti martyris.

196. Traditio Buten.

In dei nomine. ego itaque Buto quicquid mater patris mei Ichen illi in Hnutilingero marcu hereditauit dimidiam partem de illo trado in elimosinam patris mei ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifacius in corpore quiescit. † sign. Buten qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † Burguuarti † Uualtolfi † Duoto † Alttuom † Rihmunt † Ebarolf † Meginolt † Gabo † Heio † Reginuuart † Reginheri † Eburhart † Hunolt † Uuortuuin † signat Rathad rogatus.

197. Kartula traditionis Ernustes et Uuartrunu.

Licet sint parua et exigua quae pro inmensis meis offero sceleribus tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem perpendere mentis quam quantitatem muneris. idcirco ego Ernust et coniux mea Uuartrun donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium quicquid in pago Grapfeld in uilla Streuu nobis ex parentali iure hereditauerunt patres nostri id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Uuolfhilt Erpfheri Uuielrat Uuerant Uuirunt Biricho Ercanrat Ota Imma Richolf Theotuuih Iungolf Otger Ratsuuind Theotsuuind Uunnifrid Hruadperaht Uuolfgis Unolfbirg Mathuuin Brunhart cum omni suppellectili eorum et sumptu et omne quicquid dici et nominari potest de mobilibus et immobilibus de iumentis et animalibus et omnem elaboratum nostrum quicquid deinceps elaborauimus totum et integrum tradimus ad sanctum Bonifatium praeter unum seruum casatum quem cum omni domo sua extra traditionem omittimus. ea scilicet causa ut quod tradimus per uestram praestariam possideamus ad uitam nostram et si alius ex nobis alium superuixerit illud habeat ad uitam suam. post nostrum uero amborum obitum uos uel successores uestri tenendi habendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. et hi sunt testes. † sign. Ernustes et coniugis eius Uuartrunu qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Liuuichen comitis † sign. Gundheres † sign. Regingeres † sign. Purgoltes † Huomen † Hruadinges † Hahmuntes † Marcuuines † Folctages † Haholtes † Heuuinoltes † Lantprahtes † Erpfgeres.

198. Kartula Siggoni.

In dei nomine. ego Siggo pro remedio animae meae cogitans ideo trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi ipse martyr sanctus Bonifatius corpore requiescit id est

---

196. P. 451, I, 18.
197. P. 511, II. 40. Tr. 122.
198. C. 64b, 160. Hd. a. Tr. 77. Das von Schannat angegebene Jahr kennt die Handschrift nicht.

Digitized by Google

in marcu Teinenheim in campis uineis et in Talaheimo marcu .III. agros. in Uuinesheimoru .III. agros. in Hruodolfesheimoro marcu et in Bvosunesheimoro marcu pratum ad XX carradas ut sicut supradictum est quicquid iure proprietatis habere uisus sum ad supradictum monasterium trado et haec nomina mancipiorum Anthad Gunduuin Uualaman Uuolfrit Uuolfger Hrehhilt Frenchin Mettina Gundhilt Sigipraht Thietbirg Gebahilt Theothilt Uumilind Hruodlind. et haec sunt termina uinearum. et in alia parte habet Embricho. et in alia uinea iuxta habet sanctus Bonifatius et in alia parte habet Theotrih. et in tertia uinea iuxta habet Uuito et Uuerinheri et in alia parte habet Arnuuis. et iuxta quartam uineam habet Richolf et in alia parte habet Recheo. et iuxta quintam uineam habet Meginhart episcopus et in alia parte habet Helmrih. et iuxta VI.tam uineam habet Gerolt et in alia parte habet Uuillolf. iuxta septimam uineam habet Hartrat et in alia parte habet Richolf. et prope octauam uineam habet Uualdleih et in alia parte habet Ratuuin. et iuxta nona uinea habet Rihboto episcopus et iuxta X. uineam habet Rihboto episcopus et in alia parte habet Uuinihelm. et iuxta undecimam uineam habet Uualdleih et in alia parte habet Freido episcopus. † Siggo qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † Uualtolf † Gisalfrid † Hruodolf † Erhart † Altpraht † Hrihhad † Heriuuart † Erhart † Uualdleih † Batucho †.

199. Traditio Freuuiprahti.

In dei nomine. ego Freuuipraht dono et trado in elimosinam Trudhilte ad sanctum Bonifatium unam uineam ea ratione ut filia eius Bliddrud ad uitam eius habeat in uilla Tulgesheim et singulis annis unum denarium reddat. et isti sunt testes. † Freuuipraht † Einheri † Benno † Zierolf † Muotheri † Heriuuart † Erhart † Batucho † Ratolf † Uuigrih † Unuuan † Gozpraht.

200. Traditio Blidmota.

In dei nomine. ego Blidmot cogitans pro remedio animae meae ideo trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda unam uineam in Patenheimo marcu quam mihi tradidit Folmuot. † Blidmot qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Uuignand † Vogo † Uuegalenzo † Ermonolt † Bernger † Heitung † Arnuuis † Brunicho †.

201. Traditio Liutprahti.

In dei nomine. ego Liutpraht dono et trado in elimosinam patris mei Uuehtores ad sanctum Bonifatium unam uineam dimidium iugeris. ea ratione ut a die presente uos habeatis potestatem. isti sunt testes † Liutpraht † Starcrat † Hartrat † Erhart † Batucho † Rihhad † Otacar † Uuighart † Einheri † Benno † Ratolf † Altpraht † in uilla Teinenheim.

---

199. C. 64a, 154. Hd. a.
200. C. 64a, 155. Hd. a.
201. C. 64a, 156. Hd. a.

Digitized by Google

202. Traditio Lioboldi.

Ego in dei nomine Liobold dono atque trado ad sanctum Bonifatium matyrem Christi quicqaid elaboraui in isto fragili seculo. id est psalterium lectionarium euangelium antiphonarium gregorialis omelie de plurimorum sanctorum dictis calicem et patenam. de pecoribus caballos II. boues II. porcos XX. oues XX. ea scilicet ratione ut hec habeam ad uitam meam post obitum uero meum uos uel successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † Liobolti presbiteri qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Ercanboti † Otprahti † Uuotani † Uuolfheri † Natto † Uuasmvot † Hruotmuot †.

203. Traditio Amanolti de Uuormacinse.

Ego in dei nomine Amanolt trado ad monasterium sancti Bonifatii pro animam fratris mei Hadubaldi quicquid in Teinenheimo marcu ex iure hereditatis eius pars contigit hoc est terris uineis quicquid habuerat et uolo esse ex moderno tempore factum et propriatum ut habeatis potestatem tenendi possidendi sine ulla contradictione † Amanolt † Herirat † Roccolf † Uualtolf † Erchanpraht † Gundheri † Racholf.

204. Kartula Gozprahti.

Ego itaque Gozpraht trado in elimosinam meam et pro remedio animae mese ad sanctum Bonifatium ad monasterium Fulda quicquid in marcu Teinenheim paterno hereditatis de pratis contigit et unam uineam ut deinceps habeant alumni sancti Bonifatii in ré supradicta habendi fruendi firmissimam potestatem. † Raccholf † Roccholf † Starcrat † Uualdleih † Batucho † Siggo † Sigimunt † Hruodolt † Ercanpraht † Uuolfheri †.

205. Kartula concambitionis inter Nordalaho et Rohingo.

Placuit itaque atque conuenit inter misso sancti Bonifatii Nordalaho et Rohingo et Emhildae ut inter se concambiarent quod et ita fecerunt. dedit Rohingus et Emhilt Nordalaho misso sancti Bonifatii in Mogontiorum marca iugera V. et e contra dedit illis Nordalahus aream illam foris muro Mogontiae ciuitatis in qua illa casa Rohingi constructa est. ea uero ratione ut de utraque parte habendi donandi uendendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. † Rohingi et Emhiltae qui hanc concambiationem fieri rogauerunt † Hattoni comitis † Uualurammi † Gebahardi † Uuargeri † Megingozi † Vodilprahti † Altfridi † Muotharii †.

---

202. C. 64a, 157. Hd. a. Tr. 191.
203. C. 64b, 158. Hd. a.
204. C. 64b, 159. Hd. a.
205. C. 63b, 151. Hd. a. Tr. 429.

Digitized by Google

206. Confirmatio Karoli regis de Baugolfesmunster.

Ego Karolus diuina praeordinante clementia Romanorum aduocatus et Francorum et Longobardorum rex. notum fieri uolo omnibus fidelibus christianis qualiter uir uenerabilis Baugulfus abbas fuldensis monasterii adiens clementiam nostram cepit rogare. ut nostra permissione et auxilio liceret sibi edificare quoddam monasterium in proprietate fuldensis monasterii. uolens ibi aliquos fratres aggregare regulariter uiuentes. nos uero uidentes pium sancti uiri uotum annuimus. necnon et quedam subsidia nostre proprietatis adiacentia pro dei amore et sancti Bonifacii martiris honore contulimus. at ille cepit edificare monasterium locumque fundare sacre religioni aptum. nomen imponens ei de nomine suo Baugolfesmunster. Precipimus ergo omnibus nostri regni cultoribus. ut nullus ei sit molestus et que fidelis ille homo in honore et nomine domini congessit nullus audeat dissipare. Dedimus etiam eodem tempore beato Bonifacio in Fulda has nostre proprietatis uillas. hoc est. Seleheim. Salchenmunster. Flieden. Frikenhusen. cum omnibus appendiciis suis in perpetuam proprietatem. ut fratres deo seruientes inde sustententur.

207. Kartula traditionis Purgharti et Freuuirata.

903 5 Iun. Ego in dei nomine Purghart et coniux mea Freuuirat donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifacium in pago Grapfelde in Munirihstetono marcu in uilla Atihusom quicquid proprietatis habemus id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Thruodolf Uuahho Uuolfmar Einhilt Uuigrih Asa cum duobus filiis Uto Heimolf cum omni eorum suppellectili et sumptu ea scilicet ratione ut per uestram praestariam illa omnia ambo possideamus ad uitam nostram ut sit nobis unde possimus sustentare fragilitatem nostram quamdiu in hac presenti uita uiuamus postque obitum nostrum atque amborum de hac umbratili uita discessum uos et successores uestri tenendi habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem nullo quod absit contradicente. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXV. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iunio die nonis eiusdem mensis. † sign. Purgharti et coniugis eius Freuuirata † sign. Eraperaht † sign. Sigiman † sign. Hiltibald † sign. Prunger † sign. Erdpraht † sign. Uuerinolt † sign. Suuarzman † sign. Ruadmunt † sign. Theoleih † sign. Altfrid † sign. Ruadperaht † sign. Toto † sign. Amalperaht † sign. Herman † sign. Sturmi † sign. Theotrih † sign. Erpheol † sign. Eggeolt † sign. Liutheri.

208. Traditio Unalten de Alsacinse.

8 3, 1. 11b. Sacrosanctae ecclesiae sancti Bonifatii quae est constructa super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore ubi Ratgarius abba preesse uidetur. ego itaque Unalto dono pro animae meae remedium ad ipsum sanctum locum donatumque in per-

---

206. Eb. I, 101b. Es ist ein Auszug aus andern Urkunden; von den am Schlusse erwähnten Schenkungen ist nichts weiter bekannt.

207. P. 518, II, 63. Tr. 161.

208. C. 5b, 9. Hd. a. Tr. 193.

Digitized by Google

petuum esse uolo. hoc est in pago Alsacinse in marcu seu in uilla quae dicitur Hanschoashaim terrae araturiae iurnales VI. et uineae ad siclos XXX totum et integrum a die presente trado atque transfundo ut ipsa casa dei uel congregatio illa haec omnia teneant atque possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse quod absit uel heredes mei seu quislibet ulla opposita extranea persona qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit tunc inferat uobis uestrisque successoribus cogente fisco auri uncias .II. argenti pondus .I. et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. actum in illo betahure publice data kalendis iuliis anno XXXV. [1]) regni nostri Karoli regis. † Uualtoni qui hanc donationem fieri rogauit. † Gauuerichi † Muotharii † Trudharii † Eriboni † Meginberti † Chundi † Reginoldi † Hadurichi † Grimoldi † Uualdrati † Fruotharii † Fridurati † ego Asaph rogatus scripsi et testibus firmaui †.

209. Kartula traditionis Gundrammi de Mogontia.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco ego Gundramnus in dei nomine pro remedio animae meae pro abluendis peccatis meis trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda quod est constructum in pago Grapfeld super ripam ipsius fluminis Fuldae ubi pretiosus Bonifatius corpore requiescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum preesse uidetur. hoc est in locis nuncupatis in ciuitate Mogontia ariola una quae ab oriente parte habet uiam publicam ab occidente eandem uiam ab aquilone ipsam uiam ab austro ariolam Helfrichi et heredum eius. huius ariolae tertiam partem trado et extra ciuitatem in ipsius urbis marca ad austrum XII iugera et in altera parte ad aquilonem unum pratum X. karradas de foeno adferentem. et in uilla Teinenheim IIII. uineas et quicquid in illa marca proprium habere uideor. omnia quae in pago Uuormacinse sunt. quicquid ergo in his locis supra nominatis moderno tempore proprium possidere uideor totum et integrum de iure meo in ius domini et sancti Bonifatii trado transfundo atque in perpetuum esse uolo cum terris domibus aedificiis uineis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus. ea scilicet ratione ut dum ego aduixero hanc rem per uestrum beneficium usufructuario excolere atque meliorare debeam. post meum uero de hac luce discessum uos uel successores uestri supradictam rem accipere possidere uel quicquid exinde elegerint facere firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel ulla opposita persona qui contra hanc kartulam traditionis uenire uoluerit aut eam infrangere temptauerit inprimis iram dei incurrat et insuper inferat partibus ipsius monasterii auri libras X. argenti pondera C. et quod repetit perficere non ualeat. sed haec traditio firma et inuiolata omni tempore permaneat. Acta karta in conuentu regali in urbe Mogontia. mense iulio die VII. eiusdem mensis. anno XXXV. [1]) regnante domno Karolo gloriosissimo rege Francorum. anno ex quo imperator creatus est III. isti sunt testes qui propriis manibus signa fecerunt.

803, 7. Juli.

---

[1]) In der Handschrift steht XXXII; Schannat hat dies in XXXVI geändert; da es aber wahrscheinlicher ist, dass der Verbindungsstrich zwischen den Einern ausgelassen worden, so habe ich V statt II geschrieben.

209. C. 57a, 138. Hd. a. Tr. 183. [1]) Die Handschrift hat XXXVI; Schannat hat diese Zahl beibehalten und dagegen das Jahr der Kaiserkrönung in IIII. geändert. Aber gerade dieses ist richtig und das Regierungsjahr ist falsch; der hier erwähnte Reichsconvent zu Mainz fällt in das Jahr 800.

Digitized by Google

† sign. Gundrammi qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Uualah † Ezzilo † Liutfrid † Paugo † Maghelm † Hruodolf † Hiltibald † Erhart † Erbeo † Heliduuin † Ermanolt † Hruodolf † Sunzo. ego Aladramnus scripsi.

210. Kartula traditionis Atun.

803, 11. Juli.

In dei nomine ego Ata pro remedio animae meae dono atque trado quicquid iure proprietatis mihi contingit in Mogontia ciuitate id est aedificium una cum casa ad monasterium sancti saluatoris ubi Bonifatius sanctus corpore quiescit et uir uenerabilis Ratgarius abba multitudini preesse monachorum uidetur pastor et haec nomina mancipiorum. Herirat Baldarat Ortuuin Folcuuin Matta. ea scilicet ratione ut post obitum meum uos uel successores uestri habere fruere possidere firmissimam in omnibus habeatis potestatem. acta karta traditionis in conuentu regali in urbe Mogontia mense iulio die V. idus eiusdem mensis. anno XXXV. [1]) regnante domno Karolo gloriosissimo rege Francorum. anno tertio quo caesar ordinatus est. et isti sunt testes traditionis † Ata ancilla dei quae hanc kartam traditionis fieri rogauit. † Maghelmi † Theothohi † Folcgeri † Engilbaldi † Ualtheri † Buozrichi † Hruodolfi † Uuignandi † Vogoni † Herauuanni †.

211. Kartula traditionis Altmannes et Reginhilte.

803, 24. September.

Ego in dei nomine Altman et soror mea Reginhilt diuino admoniti inspiraculo pro futurum nostris animabus cogitare remedium ideo sano consilio summaque mentis deuotione decreuimus de nostra propria hereditate in pago Salageuue in uilla Hnutilingon donare atque tradere in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Ratgarius abbas turbae monachorum pius preest pater quicquid ibidem proprietatis habemus absque una hoba id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Albhilt Albsuuind Bilihilt Ruadmar Fricceo Ruadgelt Uuallod Libheri. cum omni eorum suppellectili et sumptu sicque tradimus traditumque in perpetuum esse uolumus in elimosinam nostram ad supradictum locum ea scilicet ratione ut per uestram precariam cuncta illa possideamus ad uitam nostram ut habeamus unde sustentare possimus fragilitatem humanitatis nostrae quamdiu in hac presenti uita uiuamus postque amborum exitum atque de hac luce discessum illa cuncta aucta atque meliorata uos et successores uestri in elimosinam nostram et ad utilitatem uestram tenendi habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda iubente Ratgero abbate anno XXXV. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum imperii eius tertio mense septembri VIII. kalendas octobris † sign. Altmannes et sororis eius Reginhilte qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Uuigboto † Rihperaht † Boto † Uuillicomo † Ercanbald † Emazrat † Ginoz † Uuerolbraht † Meginhart † Bicco † Uuilliperaht † Uuielperaht † Nidgern † Uuinid † Sigiperaht.

---

210. C. 65 b, 162. Hd. a. Tr. 188. [1]) Auch hier giebt die Handschrift XXXVI.; die Worte *anno tertio q. c. e. est* hat Schannat weggelassen.

211. P. 456, I, 35. Tr. 178.

Digitized by Google

212. Kartula traditionis Uualdfridi de Uuormacinse.

Ego in dei nomine Uualdfrid trado ad sanctum Bonifatium i. uineas in tribus locis et de una uinea in occidentali parte iacet uinea sancti Albani martyris et ab aquilone habet Leobsuuind mea cognata. ea ratione ut post obitum meum uos uel successores uestri illas tres uineas non contradictas sed melioratas firmiter teneatis atque possideatis. acta kartula in uilla Teinenheim mense septembri die VI. kalendas mensis eiusdem. anno XXXV. regni domni Karoli gloriosi regis Francorum. et de anno in annum censum soluas id est autumni tempore ante missam sancti Martini quattuor denarios aut unam sigilam plenam de uino reddas. † isti sunt testes. Uualtfrid † Hadarih † Uualtolf † Siggo † Starcrat † Eburhelm † Uualdleih † Erhart † Batucho † Heriuuin † Gatto † Folcpraht † Altpraht †. 803, 26 September.

213. Kartula traditionis Ercanbaldi de Teinenheim.

Ego in dei nomine Ercanbald tradidi ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fuldae sacro requiescit corpore uineas meas et unius ariolae partem quae ad me pertinet et quicquid in Tienenheimo marcu proprietatis habere uideor. totum trado traditumque in perpetuum esse uolo. ea scilicet ratione ut dum uixero per uestrum beneficium illud excolere atque meliorare debeam. post obitum uero meum ac de hac luce discessum uos uel successores uestri illa superius conprehensa sine ulla contradictione recipiant et ut hec traditio firmior permaneat censum istum singulis annis persoluam id est IIII. denarios ad misam sancti Martyni. Acta traditio anno XXXV. regni domni Karoli sincerissimi imperatoris mense octobrio nono die eiusdem mensis in uilla publica quae Tienenheim dicitur coram his testibus quorum nomina subter scripta sunt. ego Recchco cancellarius scripsi rogatus. † Erchanbald † Hugbald † Starcrat † Folcrat † Zeizolf † Ualtleih † Erhart † Batucho † Folcpraht † Rihhat † Altpraht † Uuolfroh †. 803, 9 October.

214. Traditio Abun et Haduprahti et Elbrichi.

Ego in dei nomine Aba ancilla dei et frater meus Hadupraht et filius sororis meae Elbrih donamus atque tradamus in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris ubi sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Ratgerus abba preesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolumus. hoc est in Botbarta ciuitate et in loco in Leia quicquid proprietatis habemus i. in uineis terris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mancipiis. et hec nomina mancipiorum Theothart Iduuin Theotuuin Engilthrud. ea scilicet ratione ut uos uel successores uestri illam supradictam rém absque mancipia fruere possidere firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. illa mancipia in uestram habemus prestariam. facta kartula traditionis in uilla Otmuntesstat mense octobri die VII. kalendas nouembres anno XXXVI. regnante domno Karolo gloriosissimo rege Francorum. † Aba † Haduprabt † Albrih qui hanc donationem fieri rogauerunt † Uuolfhart † Hruodolf † Ermanolt † Albhart † Snuarzaloh † Otacar † Uuignand † Eburacar † Hruotpraht † Vogo † Blidger † Hiltiger † Hruodolf. 803, 26 October.

---

212. C. 56a, 129. Hd. a. Tr. 179.
213. C. 53b, 120. Hd. a. Tr. 180.
214. C. 80b, 214. Hd. a. Tr. 195.

Digitized by Google

215. Kartula traditionis Uualdmanni et Uuihmuntae.

804, 6. Mai. Licet sint parua et exigua quae pro grauibus peccatis nostris offerimus tamen scimus aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere moneris. idcirco ego Uualdman et coniux mea Uuihmunt sano consilio deuotaque mente donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sacrosanctus martyr Bonifacius requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas summa cum moderatione agmini monachorum pius preest pastor quicquid Uuolfmunt filiae suae Uuihmuntu coniugi meae in pago Paringe in uilla Ostheim hereditauerat et quicquid mihi pater meus Eizo et mater mea Theotlind de agricultura terra in alia uilla quae antiquo uocabulo appellatur Puotritesstreuua nunc uero dicitur Uuolfoltesstreuua hereditauerunt et unum cassatum seruum ibidem qui dicitur Thinceperaht cum omni suppellectili sua et sumptu et in alia supradicta uilla haec mancipia Isanhart Rusto et coniux eius Adalrat cum filiis suis et cum omni eorum possessione. sicque tradimus haec omnia traditaque in perpetuum esse uolumus ut per uestram prestariam illa cuncta possideamus ad uitam nostram ut habeamus unde possimus sustentare et alere infirmitatem fragilitatis nostrae donec moramur in incolatu huius mundi postque amborum obitum atque de hac presenti uita exitum cuncta illa aucta atque meliorata in elimosinam nostram et ad utilitatem uestram uos et successores uestri tenendi habendi possidendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem nullo quod absit contradicente. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXVI. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense maio die II. nonis eiusdem mensis.

216. Traditio Gundhiltae.

804, 10. Juni. In dei nomine ego Gundhilt pro remedium animae meae cogitans trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi ipse martyr sanctus Bonifatius corpore requiescit sacro in Teinenheimo marcu uineam unam iuxta quam habet Rihboto episcopus et in alia parte habet Ansuer abbas et unum agrum in illa marca id est in Teinenheim et duos agros in Uuinesheimo marcu. Acta traditio ista in uico publico Teinenheim mense iunio X die regnante Karolo imperatore anno XXXVI. † Gundhilt qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Uualtolf † Gisalfrid † Siggo † Hruodolf † Erhart † Erhart † Altperaht † Rihhat † Heriuuart † Uualtleih † Batucho † Heriuuin † Ualtheri.

217. Kartula traditionis Gisalfridi de Uuormaciuse.

804, 10. Juni. In dei nomine ego Gisalfrid pro remedio animae meae cogitans ideo trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi ipse martyr Bonifatius corpore requiescit sacro. uineas in VII. locis ubi Hrihheri seruus noster terminalem habet in alia parte Hrvodpraht comis habet. alia uinea terminum iuxta partem Hruodhelmi. tertia uinea iuxta terminum Siggoni et Hratolfi serui nostri. et iuxta quartam uineam habet Rantolf. iuxta quintam habet ancilla

---

215. P. 520, II, 70. Tr. 182.
216. C. 63a, 148. Hd. a. Tr. 189.
217. C. 55a, 126. Hd. a. Tr. 190.

Digitized by Google

sancti Bonifatii. iuxta VI. uineam habet Hruodpraht comis. sic trado ut firma sit traditio mea et nullus heredum uel proheredum meorum inrumpere uel audeat temptare. Acta iste kartula in uico publico Teinenheim mense iunio die X. regnante Karlo imperatore XXXVI. † Gisalfrid qui hanc kartulam fieri rogauit † Uualtolf † Siggo † Hruodolf † Erhart † Erhart † Altpraht † Hrihhad † Heriuuart † Uualtleih † Batvocho † ego Otfridus rogatus scripsi.

218. Kartula Gauuimanni de Uuormacinse.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis 804, 23. Iuni.
peccatis et debitis offerimus. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis ideoque in dei nomine ego Gauuiman dono pro remedium animae meae ad monasterium sancti Bonifatii ubi ipse sanctus dei gloriosus martyr corpore requiescit sacro et ubi Ratgarius abba preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinsae in uilla nuncupata Sulzheim aream .I. de ipsa area habet ex uno latere Engila ab alio sanctus Bonifatius tertio latere domni imperatoris quarto latere est uia publica. et dono in ipsa marca de terra araturia iurnales XVI. et uineam .I. de ipsa uinea habet ex uno latere Leidrat ab alio latere Iburin tertio latere sanctus Bonifatius quarto latere habet Immo. dono atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supra dicti monasterii ita ut ab hodierno die supra dicti monasterii rectores uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid de supradicta ré facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse quod absit aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam donationis uenire aut eam inrumpere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Facta kartula donationis sub die VIIII. kalendas iulias anno XXXVI. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. Actum in Sulzheim coram testibus inferius scriptis. † Gauuimanni qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit. † Reginsuuindae matris suae † Engilradae filie eius consentientis † Irminradae filiae eius consentientis † Hiltuuara sorore eius † Berahtrichi † Gundharii nepote suo † Folcberahti † Uualtharii † Immoni † Uuitbercti † ego Theotrichus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

219. Kartula traditionis Gerharti et Ippini.

Ego in dei nomine Gerhart ut et frater meus Ippin ut aeternam mereatur accipere 804, 4. Iuli.
requiem in elimosinam eius dono atque trado in uillis subter nominatis donatumque in perpetuum esse uolo ad sanctum Bonifatium uenerabilem Christi martyrem honorifice in monasterio Fulda sepultum in pago Grapfelde super ripam fluminis eiusdem nominis Fuldae. hoc est in Geltresheimono marcu et Brinseggesuuang in antiqua uilla quicquid nos utrosque iure hereditatis conuenit sed et in Grasatelle et in Eibingono marcu id est in Bunahu et in Tasu et in Ebilihfeldono marcu id est in Bratingum in Hengesfelde et in Sentinabach et in Wazerlosum quicquid solum Ippinem constat. totum et integrum sicut iam supra dictum est

218. C. 50b, 138. Hd. a. Tr. 192.
219. P. 516, II, 56. Tr. 184.

Digitized by Google

tam terris quam siluis pratis arialibus pascuis aquis aquarumque decursibus ad supradictum monasterium trado ubi uir honorabilis Ratger abbas maximae multitudini monachorum pius pastor preesse dignoscitur. sed ut haec traditio firmior habeatur testibus eam uolo presentibus confirmare. † sign. Gerharti qui hanc traditionem fecit † sign. Asger † sign. Otrih † sign. Albgar † sign. Haholt † sign. Sigiman † sign. Altfrid † sign. Sundrolf † sign. Uuerinolt † sign. Atto † sign. Haguno † sign. Lantger † sign. Altolf † sign. Uuagpraht † sign. Heidanrih † sign. Hatto † sign. Altthuring † sign. Lantuuart † sign. Belaz † sign. Baldhart † sign. Bernfrid. Acta haec traditio in uilla publica Geltresheim anno ab incarnatione domini DCCCIIII. [1]) regnante domino Karolo pio imperatore XXXV. quarto nonas iulii, feria secunda, IIII. die mensis Iulii. et ego [2]) notaui diem tempus et annum.

220. Traditio Gerharti.

Notum sit omnibus fidelibus nostris quod ego Gerhart quicquid de propria mea hereditate in subter nominatis uillulis habeam id est in Suuinfurtin et in Eitrungesbach et in Gelthersheim et in Grasatellin et in Ebalihbechin. totum atque integrum illud trado coram testibus in manum amici mei Hramuolfi ut ille hoc cum omni integritate pro salute et remedio animae meae tradat ad sanctum Bonifatium ut ibi in illa congregatione sancta mea aeterna mereatur esse memoria. et isti sunt testes ipsius traditionis. Albuuin Uuolfgrim Uuolfhetan Heriger Ratuuin Engilbald Nidger Reginheri Hatto Theotbald Ercanhart Sarauuart Suuarzaloh Folcger Engilscalc.

221. Traditio Hramuolfi.

Ego in dei nomine Hramuolf dono atque trado traditumque in perpetuum esse uolo ad sanctum Bonifatium quicquid mihi Gerhart de sua propria hereditate in istis subter nominatis uillulis tradiderat id est in Suuinfurtin et in Eitrungesbah et in Gelthersheim et in Grasatellin et in Ebalihbechin cum omni integritate trado sicut ipse mihi tradiderat id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis et de omnibus rebus quicquid dici et nominari potest ita ut a die presente cuncta transeant in nestrum dominium nullo quod absit contradicente. et isti sunt testes illius traditionis. Albuuin Uuolfgrim Uuolfhetan Heriger Ratuuin Engilbald Nidger Reginheri Hatto Theotbald Ercanhart Sarauuart Suuarzaloh Folcger Engilscalc.

222. Kartula traditionis Reginprahti de Uuormacinse.

804, 21. Aug. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris

[1]) Pistorius hat DCCCII. [2]) Der Name fehlt bei Pistorius.

220. P. 517, II, 57. Tr. 185.

221. P. 517, II, 58. Tr. 186.

222. C. 56b, 131. Hd. a. Tr. 194.

Digitized by Google

sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Reginpraht sana mente sanoque consilio pro peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear dono ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse gloriosus dei martyr corpore requiescit sacro et ubi Ratger misericordia dei abbas preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinse in uilla Uuacharenheim aream unam cum casa et horrea. de ipsa area habet ex uno latere sanctus Martynus ab alio latere et tertio uia publica quarto latere est aqua. et in ipsa marca uiniolas in VII. locis et de terra araturia iugera XL. et silua in duabus locis. et duo aliam aream iacentem intus muro Mogontiae ciuitatis. de ipsa area habet ex uno latere Uuillihart ab alio latere habet Uuolafrid tertio latere habet Odalfrit quarto latere uia publica. ea uero ratione trado atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supradictae ecclesiae ita ut ab hodierno die supradicta ecclesia uel custores illius habendi donandi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam uenire temptauerit aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii martyris Christi et ab illa sancta congregatione alienus sit et tamen quod repetit enindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat. facta kartula traditionis sub die XII. kalendas septembres anno XXXVI. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. Actum ad Ingulenheim coram testibus inferius scriptis. † Reginprahti qui hanc kartulam traditionis fieri atque firmare rogauit † Odalprahti † Hadubaldi † Adaluuini † Edrammi † Liutrati † Rantulfi † Reginprahti † Heriuuigi † Erboni † Aldulfi † Megingozi † Rantulfi † Hiltiprahti † Hiltibaldi † ego enim Theotricus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

223. Kartula traditionis Bunzen.

In dei nomine ego Bunzo dono atque trado pro remedium animae meae et coniugis meae Helispun ad monasterium sancti saluatoris ubi sanctus Bonifatius corpore sacro quiescit et uir uencrabilis Ratgarius abbas preesse multitudini monachorum uidetur. hoc est quicquid proprietatis habeo in uilla Chizichi et in marca eiusdem uillae cum terris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis et omnia ut diximus praeter unam arialem et unam huobam et unum ambitum quem nos bifang appellamus hoc est in loco qui dicitur Mazzaltrinaberg et haec nomina mancipiorum Adelbald Franco Uuillimar Uuitmar Uualtheri Liutmar Totta Uuillirat Gotalind Mahaldrud Reginniuui. ea scilicet ratione ut uos et sequaces uestri supradictam rem habere possidere firmam et inexquisitam et incontradictam habeant potestatem in omnibus. Acta kartula traditionis in monasterio Fulda mense septembri die VI. kalendas octobris anno XXXVI. regnante domino Karolo gloriosissimo rege Francorum et tertio [1]) quo caesar ordinatus est. † signum Bunzen qui hanc kartam traditionis fieri rogauit. 26. September 803?

---

223. P. 455, I, 31. Tr. 187. [1]) In einem der beiden angegebenen Jahre ist ein Fehler; nach dem Jahre der Kaiserkrönung würde die Urkunde 803 fallen.

Digitized by Google

224. Kartula traditionis Fastburga de Uuormacinse.

804, 30. November. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro immensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Iheaus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque ego in dei nomine Faatburg deo sacrata dono pro remedium animae meae et pro remedium animae filii mei Otherti ad ecclesiam sancti Bonifatii quae est constructa in loco qui dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr corpore requiescit sacro et ubi Ratgarius abbas preesse uidetur. hoc est quod dono infra muro ciuitatis Mogontiae areas duas cum domibus. de una area habet ex duobus lateribus sanctus Martinus tertio latere habet Asolf quarto latere est Hrenus. de alia area habet ex uno latere sanctus Martynus ab alio latere sancta Maria tertio latere sanctus Bonifatius quarto latere Renus. et dono uineam unam infra ipsa ciuitate. ex duobus lateribus est uia publica tertio latere habet Engilmunt quarto latere sanctus Nazarius. dono trado atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supra dictae ecclesiae ita ut ab hodierno die supra dicta ecclesia uel custores illius habendi tenendi dominandi possidendi uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipsa quod absit aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam donationis uenire aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et tamen quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Facta kartula donationis haec sub die .II. kalendas decembres anno XXXVII. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. Actum ad Brumheim in pago Nitinsae coram testibus inferius scriptis. † Fastburgae deo sacratae quae hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit † Theothardi † Thrutgozi † Amalbercti † Suindgeri † Theodoldi † Theothohi † Gisalbercti † Uuitberti † Helidduuini † Berngeri † Hattoni † Geberadi † Helmberti † ego Theotricus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

225. Traditio Adalberti filii Crosoni de Alsacia.

803, 1. April. Oportunum est unicuique dum in hac mortali corpore uiuit de futura uita ubi inmortaliter perpetueque uiuere sperat dum liceat cogitare studeat. ego in dei nomine Adalberetus filius Crosoni dono res meas ad monasterium quod dicitur Fulda quod est in honorem sancti Bonifatii constructum ubi ipse martyr sanctus in corpore requiescit et uenerabilis Ratgarius abba preesse uidetur. dono ad ipsum sanctum locum donatumque in perpetuum esse uolo. hoc est in pago Mortingia super fluuium Hrenum in marcu seu in uilla quae dicitur Eorogohaim. hoba .I. illam hobam quam Hrodhericus tenet et in censum tenet et quicquid ad ipsa hoba pertinet totum et integrum a die presente trado atque transfundo ea ratione ut ipsa casa dei uel congregatio illa hec omnia teneant atque possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis seu quislibet ulla opposita persona extranea qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit tunc inferant uobis uestrisque successoribus cogente fisco auri uncias .III. argenti pondus et nihilominus sed presens donatio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum ad Scaftolfeshaim in capella

224. C. 61 b, 143. Hd. a. Tr. 197.
225. C. 4 b, 6. Hd. a. Tr. 196.

Digitized by Google

uestra publicae data kalendis aprilis anno XXXVII. regni domni Karoli regis anno V. imperii. † Adalberti qui hanc traditionem fieri roganit † Ribbaldi † Uffoni † Eburoldi † Marcrati † Hiltibaldi † Hildicarl † Nordolti † Adalberti. ego Asaph rogatus scripsi et testibus confirmaui superius.

226. Kartula traditionis Gundacares et Regingundae.

In dei nomine ego Gundacar et coniux mea Regingund donamus atque tradimus ad monasterium quod dicitur Fulda ubi pretioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas turbae monachorum pius preest pastor quicquid proprietatis habemus in pago Grapfelt in uilla Salu absque tribus iugeris id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Rihheri et coniux eius Freuuihilt. Gundheri et coniux eius Theotbirg. Liutheri et coniux eius Ebursuuind. cum omni eorum suppellectili et sumptu ita tradimus ut in perpetuum haec traditio in nostram elimosinam firma atque stabilis fiat nullo quod absit contradicente. et hi sunt testes. sign. Gundacares et coniugis eius Regingundae qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt. † sign. Francolti † sign. Tagafridi † sign. Gotafridi † sign. Hahheri † sign. Sigifridi † sign. Sigihartl † Uuidarolti † Hiltiperahti † Prungeri † Hiltuuini † Bernungi. acta traditio in monasterio saluatoris quod dicitur Fulda sub die XVI. kalendas februarii anno XXXVIII. regnante Karolo rege. 806. 17. Januar.

227. Kartula Ercanbaldi de Uuormacinse.

In dei nomine ego Erchanbaldus per dei misericordiam admonitus de aeterna proprio cogitare salute placuit mihi pro sanitate anime meae de mea hereditate aliquid ad sanctis locis donare. ideo dono atque trado traditumque in perpetuum esse uolo ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi pretioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius abba turbe monachorum pius preesse [uidetur] pastor in Sauuilenheimo marcu unam coloniam et in ea tres uineas et unam cistellam et quicquid in ea est de auro uel argento et ibidem unum dô cassatum seruum cum omni elaboratu suo. hec omnia trado in elimosinam meam ad supra dictum locum. ita ut a die presente firmiter atque iugiter uestro subiecta sint dominio nullo quod absit contradicente. scripta autem haec kartula traditionis in monasterio Fulde anno XXXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense februario die III. kalendas martias. isti sunt testes. † Uuitrati † Adalprahti † Adalharti † Erharti † Hruodolti † Rantulfi † Geralahi † Uualdgeri † Albuuini † Uuargeri † Heliggozi † Uualdprahti † Burgharti † Grimolti. 806. 27. Februar.

228. Traditio Hruoduuigi et Uuilliprahti de Uuormacinse.

Dominus ac redemptor noster ammonet dicens qui in minimo fidelis est et in maiori fidelis est. nos itaque in dei nomine Binin et Hruoduuig et Uuillipraht donamus atque trádamus in elimosinam Ualtolfes sicut ille adhuc uiuens nobis commendauit ad monasterium sancti salua- 806, 9. März.

---

226. P. 515, II, 50. Tr. 198.
227. C. 60b, 141. Hd. a. Tr. 199.
228. C. 58b, 137. Hd. a. Tr. 200.

Digitized by Google

toris quod dicitur Fulda [et] situm est in silua Bochonia ubi electus martyr Bonifatius corpore pretioso requiescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius donum dei abbas congregationi ac multitudini monachorum preesse pius uidetur pastor. hoc est in Umesheimo marcu arialem unam et dimidiam partem suae proprietatis id est terris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis uineis mancipiis nominibus prenotatis. Benno et uxor eius Nerisuuind cum filiis suis. Maguuin et uxor eius Megindrud cum filiis suis. Ummilo cum filiis suis. Uuerolf Hcriger Folcbald Uuigbald Genno. omnium mancipiorum XVIII. ea scilicet ratione ut uos uestrique successores habeant et quicquid uultis facere firmissimum nullo quod absit contradicente in omnibus habeatis potestatem. illam uero rem quam tradamus alienas partes circumiacent. hoc est in una parte habet sanctus Mahsmannus et in altera parte habet Adalhart et tertia pars communis est uia et quarta pars exiuit in agrum. uineis circumflectis alienis partibus hoc est ex una parte unius uineae habet Uuerin et in alia parte habet Uuilliprahт et duas partes in uiam et in agrum protendunt. et in tertia uinea ex una parte habet sanctus Nazarius et in alia sanctus Stephanus et omnia ut supra diximus. et in quarta uinea in una parte sanctus Firminus et in alia Uuilliprahт. et duas partes in uiam et in agrum extendunt. et in quinta uinea in una parte habet Binin et altera Alpheid et duas partes sicut iam diximus unam uineam tradamus hoc est in Teinenheimo marcu. scripta kartula traditionis in monasterio Fuldae mense martio die autem VII. idus martias anno XXXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. isti sunt testes traditionis Bines et Hruoduuiges qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt † Meginuuarti † Einheri † Nandheri † Ercanprahti † Amanolti † Uuehtur † Starcrati † Gattoni † Siggoni † Hrihhadi †.

Supradictus Uuilliprahtus malo conatu ipsam supradictam rem auferre studuit sed deo uolente atque iustitia dictante coram prefectis nuntiisque imperatoris Uuerine et Unfride per uim cogatur tradidit quod debuit et isti sunt testes de illa traditione. † Uuilliprahti qui traditionem hanc fecit † Hadarih † Brunicho † Haguno † Ato † Gisalfrid † Hracheri † Buobo † Eburhelm † Meginuuart † Einheri †.

229. Kartula traditionis Megingozes pro Hertinge de Uuormacinse.

806, 21. April. Ego in dei nomine Megingoz dono atque trado in elimosinam Hertinges traditumque in perpetuum esse uolo quicquid ille adhuc uiuens mihi tradidit ad tradendum ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas preesse uidetur pastor. hoc est in uilla Truhtmaresheim id est duas colonias et ad eas pertinentes uineas et cuncta quae ibidem proprietatis habuerat et unum seruum nomine Uuitolt et filium eius Uuitheren cum omni elaboratu eorum. ea tantum ratione dono atque trado supradictam rem [ut] uos uel successores uestri nullo quod absit contra dicente in omnibus habeatis potestatem. facta kartula traditionis in monasterio Fuldae mense aprili die uero VIII. kalendas maias. anno XXXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes † Megingozi qui hanc traditionem fecerat † Vodilprahti † Hadarichi † Gundrammi † Uuigrichi † Ercanprahti † Hrantuuigi † Gerprahti † Reginolti † Leidrati † Ercanprahti † Geuuimanni † Vodilprahti † Crieholfi † Immoni † Sigfridi † Erluuini † Folcrati † Adalharti † Berahtrichi † Hruodolfi † Erharti.

---

229. C. 34b, 123. Hd. a. Tr. 202.

Digitized by Google

230. Kartula traditionis Hruadburgae.

Ego in dei nomine Hruadburg dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium 806, Mai.
sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi pretioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit et ubi uir uenerabilis Hratgarius abbas turbae monachorum pius preest pastor trraditumque in perpetuum esse uolo hoc est quod trado quicquid propriae hereditatis habui in loco qui dicitur Geltresheim et in pago Grapfeld id est terris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis. et haec sunt nomina illorum. Sigiperaht et filius eius cum omni sumptu eius. ita ut a die praesente absque ulla contradictione in uestra iugiter permaneant potestate. Facta haec karta traditionis in monasterio Fulda mense maio die uero kal. iunii anno XXXVIII. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes. † sign. Ruadburgae quae hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Hagunoni sign. Attoni sign. Sundarolfi sign. Baldmanni sign. Theotmanni sign. Meginperahti sign. Herimanni sign. Rendingi sign. Orentil sign. Babo sign. Belaz sign. Hegilo sign. Uuarmuot sign. Robingea sign. Haduprahtes.

231. Kartula traditionis Rihhardi.

Ego in dei nomine Rihhart dono atque trado traditumque in elimosinam meam in per- 806, 8. Juni.
petuum esse uolo ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi pretioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit. hoc est quod trado in loco qui dicitur Chinziha de terra araturia XL. iugera ita ut a die et tempore praesenti in uestro firmiter permaneant dominio nullo quod absit contradicente. Scripta haec karta traditionis anno XXXVIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iunio die VI. idus eiusdem mensis. et isti sunt testes. † Rihharti qui hanc kartam traditionis fieri rogauit. † Uurmheri † Uuerinhari † Eginonis † Remuingi † Meginperahti † Uuolfheren † Hruadalaches † Uuonatheres † sign. Brahti.

232. Kartula traditionis Nidgeri et Theotbaldi.

In nomine domini dei nostri ego Nidger et filius meus Theotbaldus donamus atque 806, 9. Juni.
tradimus ad monasterium sancti saluatoris quod constructum in pago Grapfeld constat quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore quiescit ubi et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum preesse uidetur hoc est duas huobas in pago Salageuui in uilla longa quae dicitur Uuintgraba in marca ipsius uillae et mancipia sex his nominibus Hruadolf Theotlint Patufrid Uuilliburg Rihperaht Uuihlaug. ea scilicet ratione ut dum filia mea Gisalhilt uixerit per uestrum beneficium seu praestationem habere possit si ipsa in sancto proposito permanserit. post eius uero obitum uos et successores uestri hanc rem percipiatis et deinceps possideatis sine ulla contradictione. si quis uero hanc traditionem frangere uoluerit iram dei incurrat et tamen eam frangere non possit. sed haec traditio firma et inuiolata omni tempore permaneat. et qui eam frangere conatus fuerit inferat fisco auri libras tres et argenti pondera quinque. acta

---

230. Pist. 514, II, 48. Tr. 201.
231. P. 458, I, 42. Tr. 203.
232. P. 452, I. 20 und ein Summarium 451, VI. Tr. 204.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS.

Digitized by Google

traditio anno XXXVIII. regnante Karolo imperatore piissimo mense iunii die eiusdem mensis nono stipulatione subnixa coram his testibus et manumissoribus quorum nomina et signa infra scripta sunt. † sign. Nidgeri et filii eius Theotbaldi qui hanc traditionem fecerunt † sign. Theotleiches † sign. Uurmheres † sign. Uuihingi † sign. Uuerinolti † sign. Egiluuarti † sign. Arnharti † sign. Hugperahti.

233. Traditio Folmoti.

806. 11. Juni. Ego in dei nomine Folmot dono atque trado traditumque in perpetuum in elimosinam meam esse uolo ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi pretioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas turbae monachorum pius praeest pastor hoc est quod trado in loco qui dicitur Chinzicha XXX. iugera de terra araturia ita ut a die praesente absque ulla contradictione in uestro iugiter permaneant dominio. scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda anno XXXVIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iunio die tertio idus eiusdem mensis. et isti sunt testes † Folmoti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Reginfridi † Uuolfheren † Uuigperahti † Adalhelmi † Giltingea † Gerharti † Rihhardi † Uuonadheri.

234. Traditio Sinperahti.

Ego in dei nomine Sinperaht dono atque trado in uilla Fliedinu in loco qui dicitur Snuabreod iuxta ripam eiusdem fluminis Fliedina quicquid proprietatis habeo id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis et unum mancipium Hunsuuind. ea scilicet ratione ut per uestram precariam illud possideam ad uitam meam et post me filius meus usque ad finem uitae suae. post obitum uero nostrum atque discessum de hac praesente luce uos et successores uestri tenendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Sindperaht qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † Heio † Hugirat † Helpfrat † Uualdger † Eburolf † Herirat † Dauid.

235. Traditio Heioni.

Ego in dei nomine Heio et coniux mea . . . donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium in uilla Fliedinu unam arialem cum sua structura et ad illam pertinentem hobam ea scilicet ratione ut per uestram praestationem illa possideamus ad uitam nostram. post obitum uero nostrum uos uel successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem nullo quod absit contradicente.

236. Kartula traditionis Ratprahti.

In nomine domini licet sint parua quae pro tantis offero delictis tamen aequissimus iudex non quantitatem muneris sed deuotionem pensat mentis. idcirco ego Ratpraht pro me et coniuge

---

233. P. 462, I, 37. Tr. 205.
234. P. 460, I, 50. Tr. 208.
235. P. 453, I, 21.
236. P. 453, I, 22.

Digitized by Google

mea et pro uniuersis liberis meis dono atque trado in elimosinam nostram quicquid in loco qui dicitur Suuabriot super ripam fluminis Fliedina proprietatis habeo ad sanctum Bonifatium id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis ea scilicet ratione ut ego illud per uestram precariam ad uitam meam possideam et si quis de liberis meis illud uult post obitum meum tantum unus in hoc seruitium possidere quo ego illius per uestram praestariam ad uitam meam possideam et utar. post nostrum uero amborum de hac uita discessum uos et successores uestri tenendi possidendi fruendi firmissimam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Ratprahti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † sign. Heio † sign. Hugirat † sign. Helpfrat † sign. Heio † sign. Ernust † sign. Herirat † sign. Rihperaht † sign. Nandger † sign. Sindperaht † sign. Reginperat † sign. Neriatein.

237. Kartula traditionis Sindperahti et Uuasahiltu.

Ego in dei nomine Sindperaht et coniux mea Uuasahilt donamus atque tradimus in 800, 21 November
elimosinam nostram quicquid proprietatis habemus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolumus hoc est in Fliedinero marcu et in uilla Suuabriod et in pago Salageuue id est terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis pecuniis mobilibus et immobilibus et quicquid nominari potest. et haec nomina mancipiorum Porano Adalperaht Helidgart Alazeiz Hunsuuind cum omni sumptu et suppellectili eorum. ea uero ratione ista omnia tradimus ut per uestram precariam ad uitam nostram nos et filii nostri et filii eorum hoc possideamus. post obitum uero nostrum et filiorum nostrorum et filiorum illorum uos uel secutores uestri firmam et incontradictam possidendi fruendi nullo quod absit contradicente habeatis potestatem. facta karta traditionis in uilla Suuabriod mense nouembri die IX. kalendas decembris anno XXXIX. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes huius traditionis † sign. Sindperathi et coniugis suae Uuasahiltu qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Rahtbrati † sign. Reginprahti † sign. Perngeri † sign. Huntolfi † sign. Regingeri † sign. Gerharti † sign. Uualdrichi † sign. Hugirati † sign. Hungeri † sign. Hartuuini † sign. Managolti † sign. Pervnharti † sign. Uuerinharti † sign. Massoni † sign. Salumani † sign. Gebauuini † sign. Rami † sign. Hadubaldi † sign. Iringi † sign. Hinadangi † sign. Uuasugeri † sign. Rihprahti † sign. Suuabperahti.

238. Kartula traditionis Reginperahti et Perahthiltu.

Ego in dei nomine Reginperaht et coniux mea Perahthilt donamus atque tradimus in 800, 21 November
elimosinam nostram quicquid proprietatis habemus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor [praesse] uidetur traditumque in perpetuum esse uolumus hoc est in Fliedinero marcu et uilla Suuabriod et in pago Salageuue id est terris siluis cam-

237. P. 453, I, 23. Tr. 209.
238. P. 462½ I, 56. Tr. 210.

Digitized by Google

pis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis mancipiis pecuniis mobilibus et immobilibus et quicquid nominari potest. et haec nomina mancipiorum Adalolf Germar Othilt Rihfrid Franco cum omni sumptu et suppellectili eorum ea uero ratione ista omnia tradimus ut per uestram precariam ad uitam nostram nos et filii nostri et filii eorum haec possideamus. post obitum uero nostrum et filiorum nostrorum et filiorum illorum uos et secutores uestri firmam et incontradictam possidendi fruendi nullo quod absit contradicente habeatis potestatem. facta karta traditionis in uilla Suuabriod mense nouembri die uero nono kalendas decembris anno XXXIX. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes huius traditionis † Reginperahti et coniugis eius Perahthiltu qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Ratperathi † Reginperahti † Berngeri † Regingeri † Gerharti † Huntolfi † Uualtrihi † Hugirahti † Hungeri † Hartuuini † Managolti † Perinharti † Uuerinharti † Massoni † Salumanni † Gebauuini † Rami † Hadubaldi † Iringi † Hinadangi † Uuasugheri † Riperathi † Suuabperahti.

239. Kartula traditionis Ratperahti et Uuillicomun.

806, 23 November. Ego in dei nomine Ratperaht et coniux mea Uuillicoma donamus atque tradimus in elimosinam nostram quicquid proprietatis habemus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor [preesse] uidetur traditumque in perpetuum esse uolumus hoc est in Fliedinero marcu et in uilla Suuabriod et in pago Salageuue id est terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis ea uero ratione ista omnia tradimus ut per uestram praestariam ad uitam nostram nos et filii nostri et filii eorum hoc possideamus. post obitum uero nostrum et filiorum nostrorum et filiorum illorum uos et secutores uestri firmam et incontradictam possidendi et fruendi nullo quod absit contradicente habeatis potestatem. facta karta traditionis in uilla Suuabriod mense nouembri die uero nono kalendas decembris anno XXXIX. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes huius traditionis. † sign. Ratperahti et coniugis eius Uuillicomun qui hanc traditionis kartam fieri rogauerunt. † Ratperahti et Reginperahti † Perngeri † Regingeri † Gerharti † Huntolfi † Uualtrichi † Hugirati † Hungeri † Hartuuini † Managolti † Pernharti † Uuerinharti † Massoni † Rami † Salumanni † Gebauuini † Hadubaldi † Iringi † Hinadanc † Uuasugeri † Rihprati † Suuabprahti.

240. Traditio Rihperahti et Reginperahti.

In dei nomine ego Rihperaht et Reginperaht una cum matre nostra Abarhiltu donamus atque tradimus in elimosinam nostram quicquid proprietatis habemus in uilla Fliedinu in loco qui dicitur Suuabareod iuxta ripam fluminis eiusdem Fliedinu id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt Franco Frumirat cum omni eorum suppellectili et sumptu. totum et integrum sic tradimus absque eo quod ego Reginperaht extra traditionem unam hobam et ad eam pertinentem aria-

---

239. P. 463, I, 60. Tr. 212.
240. P. 458, I, 41. Tr. 211.

Digitized by Google

lem cum integra aedificii structura omittam et meam partem de pecoribus. ceterum totum et integrum simul cum fratre et cum matre mea trado traditumque in perpetuum esse uolo ea scilicet ratione ut per uestram precariam totum quod tradidimus ego possideam ad uitam meam et post obitum meum tantum partem meam possideat filius meus ad uitam suam. post omnium uero nostrum exitum de hac praesenti luce uos et successores uestri tenendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Reginperaht qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Heio † Uualdger † Eborolf † Hugirat † Helpfrat † Herirat † Dauid.

241. Traditio Hruadunne.

Ego in dei nomine Hruadun dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium 807.
sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore reqniescit et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor [preesse] uidetur hoc est in Flidinero marcu et in pago Salageuue id est terris siluis pratis campis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis ea ratione ut post obitum meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in illa terra habeatis potestatem. facta karta traditionis in monasterio Fulda anno XXXIX. regni domini Karoli regis Francorum. et isti sunt testes. † sign. Hruadunne quae hanc kartam traditionis fieri rogauit † Ratperahti † Hugirati † Sindperahti † Reginperahti † Dauid † Herirati † Mahtingi † Haholfi † Hinadanc † Rames † Hartuuini † Uuasugeri † Nantgisi † Hadubaldi.

242. Traditio Uuahsunte.

In dei nomine ego Uuahsunt et Erbeo filius meus donamus atque tradimus in elimosi- 807, 12. September.
nam nostram quicquid proprietatis habemus in Hnutilingero marcu donatum traditumque in perpetuum esse uolumus ea ratione ut uos sequacesque uestri firmam et incontradictam habeatis potestatem. hoc tradimus ad sanctum Bonifatium qui in monasterio quod dicitur Fulda corpore sacro requiescit. facta karta traditionis in monasterio Fulda mense septembri die uero secundo idus septembris anno XXXIX. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes. Nanduuig Fruming Helpfrid Ercanbald Asmunt Hagining Bihco Sahsinc Uuielpraht Suuidger Thurinbraht.

243. Traditio Hradolti.

Ego in dei nomine Hradolt dono atque trado in elimosinam meam quicquid proprietatis 807, 14. September.
habui in Hnutilingero marcu donatum traditumque in perpetuum esse uolo ea ratione ut uos sequacesque uestri firmam et incontradictam habeatis potestatem. hoc trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore sacro requiescit. facta karta in mona-

---

241. P. 458, I, 40. Tr. 213.
242. P. 461, I, 52. Tr. 206.
243. P. 460, I, 46. Tr. 207.

Digitized by Google

sterio Fulda mense septembri die uero XVIII. kalendas octobris anno XXXIX. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes. Nandunig Boto Aamund Hagining Uuillicomo Suuidger Blidger Bernung Meginhart Othelm Rigibraht Uuigberaht Uuillibraht Hruadperaht Hraban Sindung Radolt Arndeo Emez Ratbuto Theodoloh Madalperaht Helmfrid.

244. Kartula Vodilprahti.

808, 17. Mai. In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque in dei nomine ego Vodilpraht sana mente sanoque consilio pro malis peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. dono ad ecclesiam sancti Bonifatii martyris Christi quae est constructa in Bochonia in loco qui dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi Ratger abba preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinsae in uilla quae dicitur Hehhidesheim aream unam. de ipsa area pertinet ex uno latere ad sanctam Mariam in campo ab alio latere habet sanctus Albanus tertio latere habet Imma quarto latere est uis publica. ea uero ratione dono trado atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supra dictae ecclesiae ita ut ab hodierno die supra dicta ecclesia uel rectores illius habeant teneant atque possideant uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam donationis uenire aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et quod repetit euindicare non ualeat sed presens donatio hec omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. facta kartula donationis haec sub die XVI. kalendas iunias anno XLmo regnante domino nostro Karolo serenissimo imperatore. † Odilbercti qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauit † Adalberti filio eius † Erchanbercti † Altberti † Adalberti † Flambert † Sigimanni † Sigifridi † Reginbercti † Reginfridi † ego Theotricus rogatus scripsi et notaui et tempus et testes quo supra cuncte ac firme.

245. Kartula traditionis Arthrabanes.

809 Ego in dei nomine Arthraban trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudinem regit monachorum in pago Grapfelde in uilla Munirichesateti dimidiam partem totius proprietatis meae in areolis in campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis quorum nomina haec sunt Herimunt Balduuin Altmunt Liutmunt Adalrat Adalburg cum omni suppellectili eorum ea scilicet ratione ut per beneficium supradicti abbatis ea quae tradidi tantum ad uitam meam possideam et post obitum meum iterum absque ulla contradictione in suam successorumque eius uniuersa aucta et meliorata redeant potestatem. acta kartula anno XL. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum coram his testibus † sign. Arthrabanes

---

244. C. 60b. 140. Hd. a. Tr. 214.
245. P. 535, II, 86. Tr 215.

Digitized by Google

qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Gerolti † sign. Hagunonis † sign. Suuarzalohes † sign. Attonis † sign. Azonis † sign. Baldheres † sign. Hludumari † sign. Gerperahti † sign. Theotperahti † sign. Altcarli † sign. Gundfridi † sign. Thruthleibi † Uualdmunti † sign. Egilolfi † Edilingi † sign. Lolen † sign. Altrichi † sign. Perahtheres † sign. Hahuuarti † sign. Drahuuines † sign. Nidharti.

246. Kartula Fruoriti et Gebahardi pro Berahtsuuinda.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. licet parua et exigua sunt quae pro inmensis peccatis et debitis offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi perspicit offerentis. ideoque uos in dei nomine Fruorit et Gebahart donamus pro remedium animae Berahtradae ad ecclesiam sancti Bonifatii quae est constructa in silua Bochonia in loco qui dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi Ratgarius abba preesse uidetur. hoc est quod donamus mancipia VIII. his nominibus Regindrud Uuillibirg Uuitlimar Uuillisuuind Liutger Hruodsuuind Hiltram Gundila cum omni elaboratu eorum ita ut ab hodierno die supradicta ecclesia uel rectores illius habeant teneant atque possideant uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credimus si nos ipsi quod absit aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam donationis uenire aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et tamen quod repetit euindicare non ualeat. sed presens donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. facta kartula donationis haec sub die VIIII. kalendas ianuarias anno XLmo II. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. actum in Mogontia ciuitate coram testibus inferius scriptis. † Fruoridi et Gebahardi qui hanc kartulam donationis fieri atque firmare rogauerunt † Ratfridi † Gerrichi † Hiltibaldi † Berahthuni † Cetoni † Herrichi † Hattoni † Vdalfridi † Uuigberti † Heriuuini † ego enim Theotricus presbiter rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. 800. 14. December.

247. Praeceptum Karoli de decimis Ratgario abbati concessum.

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. quicquid enim locis uenerabilibus concedimus uel confirmamus ob amorem domini et oportunitatem seruorum dei. hoc nobis procul dubio ad aeternam | beatitudinem uel remedium animae nostrae pertinere confidimus. Igitur couperiat omnium fidelium nostrorum magnitudo seu utilitas. qualiter nos ad petitionem uenerabilis uiri Ratgarii abbati. de monasterio Uulda. ubi ipse preciosus dom|nus Bonefatius in corpore requiescit. quod est constructum infra uasta Bochonia. tale pro reuerentia ipsius sancti praeceptum uiai fuimus concessisse. ut de uillis aecclesiae domni Bonefatii. seruis etiam et colonis in illis manentibus | quas moderno tempore habere uidetur. uel quae deincepe in iure ipsius sancti loci diuina pietas uoluerit amplificare. habeat praedictus abbas successoresque 810. 22 April.

---

245. C. 57b, 134. Hd a. Tr. 217.

247. OU., Eb. 1. 79a und wiederh olt109 a, mit unbedeutenden Abweichungen. Schannat H. F. II, 88, 9 giebt die Urkunde aus einer alten Abschrift, mit anderm Eingang und verändertem und unvollständigem Datum.

Digitized by Google

eius potestatem decimas accipiendas. propter aedificia perficienda | uel restauranda. luminariaque eclesiarum renouanda. et ut nobis fidelibusque nostris. pauperibus quoque et peregrinis. tempore susceptionis usus necessarios possint praebere. secundum id quod sancte regulae propositum adque mandatum iubet. monachos in susceptione hospitum pauperumque omni hora semper esse paratos. hanc uero praeceptionem nostram superius intimatam ad ipso loco sancto concedimus adque im perpetuum indultam esse uolumus ut ibidem domino adnuente nostris et futuris temporibus proficiat in augmentis. quatenus ipsam congregationem pro nobis uxoreque nostra. etiam et prole domini misericordiam adtentius deprecari delectet. et ut haec auctoritas firmior habeatur manu nostra subter firmauimus et de anulo nostro sigillare iussimus.

Signum (M) Caroli gloriosissimi regis. ego Heldebertus recognoui et (R) [1])

Data X kalendas maias anno Christo propitio imperii nostri XLII in Francia. atque XXX.. [2]) in Italia indictione secunda. actum Aquisgrani in dei nomine feliciter amen.

248. Praeceptum Karoli de decimis.

In nomine patris omnipotentis et filii et spiritus sancti. Carolus serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator Romanorum gubernans imperium. qui et per misericordiam dei rex Francorum et Longobardorum. omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notum sit. quia uir uenerabilis Ratgerius abbas monasterii quod uocatur Fulda ostendit serenitatis nostrae obtutibus auctoritatem domni recolendę memorię genitoris nostri Pippini regis. in qua continebatur qualiter petente sancto Bonifacio archiepiscopo et martire Christi priuilegium fuldensis monasterii a Zacharia sanctę sedis apostolicę presule datum sua etiam auctoritate roboraret. ita ut nullus episcoporum ius sibi aliquod in eo uendicaret. sed liceret eidem monasterio eiusque rectoribus locis et rebus. tam eis quas eo tempore teneret quam quas futuris temporibus iure ipsius monasterii diuina largitas augere uoluisset ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfrui. Questus est igitur nobis memoratus abbas. quosdam episcoporum orientalium his auctoritatibus contentionis studio contradicere. et in ęcclesiis monasterio subiectis atque inde constructis omnique studio procuratis potestatem sibi uendicare earum tantum rerum quę a fidelibus diuinis offeruntur altaribus. suggessitque serenitati nostrę. ut honorata apostolica sede paternam quoque auctoritatem nostra nihilominus preceptione firmaremus. cuius precibus ob honorem sedis apostolicę et paternę ueneralionis amorem libentissime annuentes has celsitudinis nostrę litteras precepimus fieri. quibus et sedis apostolicę et genitoris nostri cǫnfirmamus decretum. ut supradictum monasterium rectoresque illius locis et rebus quas nunc habent vel deinceps deo donante habituri sunt ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firma stabilitate perfruantur. ita tamen ut decimę ad ęcclesias. quas in propriis locis et uillis possident. a seruis suis tantum et colonis persoluantur. quia susceptio hospitum et peregrinorum semper apud eos indesinenter habetur. Si autem quispiam huic nostrę auctoritatis precepto repugnare uoluerit. sententiam apostolicę districtionis quę in priuilegiis expressa est

---

[1]) Rechts davon befand sich das Siegel, welches herausgeschnitten ist. [2]) Die letzten Zahlzeichen sind nicht mehr lesbar. Die Indiction ist unrichtig.

248. Eb. I, 77b. Ich habe diese Urkunde von der vorangehenden wegen des verwandten Inhalts nicht trennen mögen, obschon sie an eine andere Stelle gehört. Die vorliegende Fassung halte ich übrigens nicht für die ächte.

Digitized by Google

experiatur. Et ut hoc quod ob amorem dei et uenerationem sancti Petri reuerentiamque paternam nostra auctoritate firmauimus stabile permaneat. manu nostra roboratum et anuli nostri impressione signatum esse uolumus.

Signum Karoli gloriosissimi imperatoris.

Ego Svavivs in vice domni Erchenbaldi cancellarii subscripsi.

249. Kartula traditionis Theotharti et Alpharti.

In Christi nomine ego Theothart et frater meus Alphart donamus atque tradimus in elimosinam patris nostri Theotriches ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius martyr corpore requiescit et uir uenerabilis Hratgarius abbas pius pastor monachorum uidetur traditumque in perpetuum esse uolumus hoc est in loco qui suo nomine nuncupatur Theotricheshus et in pago Grapfelde situs est super ripam fluminis Huna id est unam arialem et tres hobas cum terris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus. ea uero ratione ut a die praesente uos et successores uestri habendi possidendi et quicquid exinde faciendi firmam et incontradictam habeatis potestatem. facta karta traditionis in monasterio Fulda mensis augusti tertio nonas eiusdem mensis anno XLII. regni domni Karoli regis Francorum. et isti sunt testes illius traditionis. † sign. Theotharti et Alpharti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt † sign. Uuolfolti † Erpfmari † Uuolfgeri † Lantperahti † Richolti † Einharti † Meginharti † Comanni † Voten † Engilharti † Heien † Comano. 810, 3. August.

250. Traditio Ratfridi et Adalgarta.

In Christi nomine ego Ratfrid et Adalgart soror mea ob desiderium uitae aeternae ac pro remisione peccatorum nostrorum donamus atque tradamus unam uineam in uilla Teinenheim quae habet in uno latere uineam regis et in alio latere sancti saluatoris et in tertio sancti Bonifatii in quarto latere campum uacuum. tradimus ad reliquias sancti saluatoris et ad sanctum Bonifatium. ea ratione ut per singulos annos IIII. denarios ad misam sancti Bonifatii pro censum reddamus et post obitum nostrum amborum absque contradictam habeatis uos uel successores uestri potestatem. acta kartula traditionis in uilla Teinenheim anno XLmo. III. domni Karoli gloriosissimi regis Francorum XV. kalendas martias. † Ratfrid † Adalgart † Siggo † Altperaht † Erchanpraht † Erhart † Rihhart † Batucho † Hruodnand † Anthad † Ratuuin † Osrih † Uuigrat † Hruodolf. 811, 15. Februar.

251. Kartula Uuolfrohi et coniugis eius de Uuormaciuse.

In Christi nomine ego Uuolfroh et Adalgart coniux mea ob desiderium uitae aeternae ac pro remisione peccatorum nostrorum donamus atque trademus ad reliquias sancti saluatoris et 811, 19 Februar.

---

249. P. 515, II, 49. Tr. 216.
250. C. 63a, 150. Hd a. Tr. 220.
251. C. 52a, 116. Hd a. Tr. 221.

Digitized by Google

ad monasterium illius quod est situm in pago Grapfeld super fluuium Fulda quicquid proprietatis et hereditatis uisi sumus habere id est in marcu Teinenheim absque una uinea et duo iurnales hoc est in aedificiis in mansis terris campis pratis pascuis mobilibus et immobilibus aquis aquarumque decursibus et ultra Renum in marcu Buosanheimoro pratas ad X karradas et duas uineas in marcu Teinenheim et quicquid proprium habere uisi sumus absque mancipiis ut in omnibus habeatis potestatem fruendi possidendi absque ullius contradictione. Acta est ista traditio in uilla Teinenheim anno XL.III. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. XI. kalendas martias. † Uuolfroh † Adalgart † Otacar † Siggo † Rihhat † Hruodnand † Anthat † Ercanpraht † Altpraht † Alipraht † Batucho † Osrih † Ratfrid † Hruodolf.

252. Kartula traditionis Berahtsuuindae et Uuolfhartes de Teinenheim.

811, 5 März. In dei nomine ego Berahtsuuind et Uuolfhart frater meus tradimus ad reliquias sancti Bonifatii et ad sanctum Bonifatium unam uineam in pago Uuormacinse in uilla Teinenheim pro remedio anime mariti mei Heimen et meae. ea scilicet ratione ut per uestram prestariam ego ipsa Berahtsuuind habendi fruendi augendi habeam potestatem ad uitam meam et post obitum meum Erlolf et Roccholf filii mei per uestram prestariam habeant et possideant ad uitam illorum illam uineam. ea ratione ut per singulos annos nobis censum dent id est solidum unum pro uinea ad missam sancti Bonifatii. post obitum uero illorum uos uel successores uestri firmam et incontradictam eam uineam habendi possidendi habeatis potestatem. facta kartula traditionis anno XLmo III. Karoli gloriosissimi regis Francorum III. nonas martias in ciuitate Mogontia. † Berahtsuuindae et Uuolfhartes qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt † Uuolfhart † Hadurih † Hruodolf † Buobo † Adalpraht † Lorenzo † Erlolf † Erachar † Hruodbold † Hahho † Folcrat.

253. Kartula altera traditionis Berahtsuuindae de Uuormacinse.

811, 5. März. In dei nomine ego Berahtsuuind pro remedio anime meae et Uuolfhartes tradidi ad reliquias sancti Bonifatii et ad sanctum Bonifatium mancipia V. in pago Uuormacinse civitate Mogontia et unam uineam et hec nomina mancipiorum Hruodpraht Irminsuuind Uuolfsuuind Ratsuuind Hrvodhart. et illa uinea habet in una parte sanctus Bonifatius in alia parte Arnger tertia strata in quarta murus urbis. † sign. Berahtsuuind quae hanc kartulam traditionis fieri roganit. facta kartula III. nonas martias anno XLmo III. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum. † Hadurih † Buobo † Adalpraht † Lorenzo † Uuolfhart † Erlolf † Hahho † Erachar † Hruodbold † Hiudolf.

254. Traditio Folcgeres.

811, 27. März. In dei nomine ego Folcger dono atque trado pro remedio et salute animae meae quicquid proprietatis habeo in uilla nuncupata Iuzenheim in comitatu Uuigbaldes et in pago Uuerin-

---

252. C. 54b, 154. Hd a. Tr. 223.
253. C. 55a, 125. Hd a. Tr. 222.
254. P. 479, I, 114. Tr. 224.

Digitized by Google

gauue ad sanctum Bonifatium traditumque in perpetuum esse uolo et unum mancipium cuius nomen est Snuabhilt in eodem loco. ita igitur haec omnia trado ut ex hoc die et deinceps in sancti Bonifatii et familiae eius perseuerent dominio nullo quod absit contradicente. facta karta traditionis in monasterio Fulda sexto kalendas Aprilis die palmarum anno XLIII. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum. † Brunes cancellarii qui hanc kartulam traditionis rogatus scripsit et testibus subter firmauit † Unago † Hiltiuuig † Albuuin † Eburhart † Eggiolt † Theoleih † Ecco † Suuidger † Egiluuart † Reginheri † Fruming † Uurmheri † Uuolfboto † Ualting.

255. Traditio Gozperahtes.

In nomine domini ego Gozperaht in elimosinam meam dono atque trado ad sanctum Bonifatium X. iugera ex mea propria hereditate in superiore uilla quae nuncupatur Hlurunga in Grapfeldono marcu ut ex hoc et deinceps possidendi fruendi firmam et incontradictam habeatis potestatem. facta karta traditionis anno XLIII. Karoli gloriosissimi regis Francorum septimo idus aprilis die X. mensis eiusdem. † sign. Gozperahtes qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Arnuuis † Brunicho † Hugibald † Ernust. 811, 7. oder 10 April.

256. Traditio Atten et Hagunen.

In Christi nomine licet sint parua et exigua quae pro nostris immensis offerimus delictis tamen nouimus aequissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. idcirco ego Atto et frater meus Haguno sana mente sanoque consilio donamus atque tradimus in elimosinam nostram traditumque in perpetuum esse uolumus ad sanctum Bonifatium de illa captura quam habemus in silua Bochonia circa flumen quod dicitur Fliedina duas partes id est meridianam partem eiusdem fluminis et occidentalem cum omni integritate ita ut a die praesente in proprium usum illam rem colatis atque augeatis in nostram futuram elimosinam et in uestram profuturam utilitatem. scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda anno XLIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense maio die VIII. idus eiusdem mensis. hi sunt testes. † Atto † Haguno † Uuasmot † Pernolt † Englinger † Erlabald † Rihbald † Otrih † Madalich † Padanolf † Nidolf † Folcmar. 811, 8. Mai.

257. Traditio Gunden.

Ego in dei nomine Gundo dono atque trado in elimosinam meam perpetuam ad sanctum Bonifatium in pago Grapfelde in loco qui dicitur Orthereshusa omnem meam possessionem in iumentis et pecoribus et haec mancipia Hugimunt Duamhilt Uuarmunt Uuillicoma Zitcoma Herilind cum omni eorum suppellectili et sumptu sicque trado omnia ut a die praesente cuncta illa in uestrum longaeuum transeant dominium nullo quod absit contradicente. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XLIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis 811, 10 Mai.

---

255. P. 520, II, 66. Tr. 225.
256. P. 463, I, 59. Tr. 226.
257. P. 515, II, 61. Tr. 227.

Digitized by Google

Francorum mense maio die XIV. kalendas eiusdem mensis. † sign. Gunden qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † sign. Uuegalenzen † Hugibaldi † Frichen.

258. Traditio Irminperahtes.

811, 3. Iun. In nomine domini ego Irminperaht trado ad sanctum Bonifatium unam arialem in Munirichessteti in pago Grapfelde et isti sunt testes qui subter notantur. facta kartula traditionis in monasterio Fulda anno XLIII. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum nonis iunii V. die eiusdem mensis. † sign. Irminperahtes qui hanc traditionem fecit † Reginroc † Liutheri † Landarat † Gerperaht † Eggiolt † Nahhad † Uuenito † Theotrih.

259. Traditio Hruadperahti.

811, 29 Iun. In dei nomine ego Hruadperaht trado ad sanctum Bonifatium de mea propria hereditate unam arialem in pago Salageuue in uilla nuncupata Tulba pro remedio animae meae meorumque propinquorum XXX. in longitudine uirgas et duos pedes a parte septentrionali ecclesiae in occasum habentem a media ecclesia quae ibi construitur parte occidentali XXVI. uirgas. in occasum XVI. uirgas de petra quae est contra mediam partem fluminis. de fonte unde illud procedit XXVII. in latitudine sursum et deorsum XXX. et duas uirgas. atque in perpetuum traditum esse uolo ex hoc die et deinceps. si quis uero de heredibus et proheredibus meis seu aliqua potens persona hanc kartam traditionis infringere tentaverit quod futurum non credo iram dei non effugiat quia contra iustitiam contendit. facta karta traditionis anno XLIII. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum tertio kalendas iulii. † sign. Hruadperahti qui hanc kartulam fieri rogauit † Ribart † Uuenilo † Manolt † Amalperaht † Eggiolt † Gerbraht † Ratheri † Sandarat † Suuarzman † Uuolfboto † Germo † Uuegalenzo † Lantrat.

260. Traditio Leidrates.

811, 26. Iuli. In dei nomine ego Leidrat dono atque trado ad sanctum Bonifatium et ad reliquias eius traditumque in perpetuum esse uolo quicquid ex propria hereditate mihi contingit in Hnutilingheimero marcu et in uilla nuncupata Hnutilinga hoc est domibus aedificiis siluis terris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus. facta karta traditionis anno XLIII. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iulio VII. kalendas augusti praesente domino abbate et testibus subter notatis. † sign. Leidrates qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † Suuidbotes † Gerbrahtes † Gotahelm † Irminbraht † Egino † Uuinid † Adaluuart † Ercanbald † Gunduuig † Asmunt.

---

258. P. 520, II, 67. Tr. 228.
259. P. 458, I, 43. Tr. 229.
260. P. 461, I, 51. Tr. 230.

Digitized by Google

261. Praeceptum Karoli regis de propriso Bennit comitis.

Carolus serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium qui et per misericordiam dei rex Francorum et Langobardorum omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notum sit quia Bennit [1]) fidelis noster innotuit serenitati nostrae eo quod pater illius Amalungus dum ceteri Saxones parentes illius contra nos infideliter egissent praefatus Amalungus mallens fidem suam seruare quam cum ceteris infidelibus perseuerare relinquens locum natiuitatis suae ueniens ad nos et dum in nostro esset obsequio uenit ad uillam cuius est nocabulum Uuluisangar [2]) quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare uidebantur cupiens ibi cum eis manere sed minime potuit. tunc pergens ad locum qui dicitur Uualdisbecchi inter Uiseraha et Fuldaha [3]) proprisit sibi partem quendam de silua quae uocatur Bocchonia quam moriens dereliquit filio suo Bennit qui ad nostram accedens clementiam postulavit celsitudini nostrae ut nostrae auctoritatis praeceptum circa eum confirmare deberemus quatenus ipse quoad uiueret absque ullius preiudicio tenere et possidere quieto ordine deberet post mortem uero suam ad fuldense monasterium quod construxit sanctus Bonifatius transiret. cuius petitionem denegare noluimus sed ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. precipientes ergo iubemus ut nullus fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum prefatum Bennit uel heredes illius de hoc propriso quod in lingua eorum dicitur biuanc expoliare aut inquietare ullo modo presumatis sed liceat sicut diximus ei per hoc nostrum preceptum ipsam terram quantumcunque pater illius proprisit et ei in hereditate demisit tenere atque possidere ut prescriptum est. et ut hec auctoritas firmior habeatur uel per tempora melius conseruetur de anulo nostro subter sigillare iussimus.

811, 1 December.

Suanius ad uicem Ercanbaldi recognoui.

Data kal. Decembr. anno XI. Christo propitio imperii nostri et XLIIII. regni in Francia atque XXXVII in Italia. actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

262. Traditio Mettihhoni et Reginperahti.

Ego in dei nomine Mettihho et frater meus Reginperaht donamus atque tradimus in elimosinam nostram et patris et matris nostri ad monasterium sancti saluatoris ubi sanctus Bonifatius requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas praeesse uidetur hoc est quod tradimus in uilla Langenthorpfe et in pago Salageuue id est XX. iugera. ea uero ratione ut a die presente uos uel secutores uestri firmam et incontradictam habeatis potestatem. facta karta traditionis in monasterio Fulda anno XLIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. isti sunt testes. Mettiho et Reginbraht qui hanc traditionem fecerunt † Gerberaht † Manolt † Liutheri † Eggiolt † Thiotuuig † Voto † Amalperaht † Irminperaht.

811.

---

261. Ich gebe diese Urkunde nach dem Abdrucke Schannat's trad. 239, da die von ihm benutzte alte Copie nicht mehr vorhanden ist. Die Abschrift Eberhard's II, 9b ist abgekürzt und ohne Datum. Andere Abdrücke weist Böhmer nach. Uebrigens hat Brower antiq. 217, was Schannat entgangen ist, die Copie Eberhard's vor Augen gehabt, wie der von dem obigen Texte allein abweichende Schluss zeigt. *»Hec ergo que descripta sunt banno et precepto nostro ad fuldense monasterium pertinere comprobamus et confirmamus. hoc est quicquid inter Wiseram et Fuldam predictus comes Bennit habere visus est. duas leugas scilicet in longum et duas in latum et sex in circuitu.«* [1]) Eb. *Bennit comes.* [2]) *fulges anger.* [3]) *waldesbeche inter wisaram et fuldam.*

261. P. 454, I, 25. Tr. 231.

Digitized by Google

263. Traditio Nahhandi.

811. Ego in dei nomine Nahhand trado ad sanctum Bonifatium III. iugera in uilla Obasesfeld et in pago Ascfeldun. ea ratione trado ut a die praesenti redeat in uestrum dominium. facta traditio in monasterio Fulda anno XLIII. regni domini Karoli gloriosissimi regis Francorum. isti sunt testes Nahhand Reginroc Amalperaht Liutheri Sandrati Ercamperaht Irminbraht Gerbraht Eggiolt Uuenito Theotrih.

264. Traditio Arnuuisi et coniugis eius de Uuormacinse.

812. 13 Mai. In Christi nomine ego Arnuuis et coniux mea Gundfrid tradimus ad sanctum Bonifatium et ad reliquias illius VI. mancipia. hec sunt nomina eorum Ferlind [1]) Liutbirg Ercanhilt Ratlind Geila Albhart. [2]) ea uero ratione ut per singulos annos censum soluant ad missam sancti Bonifatii. hoc est IIII. denarios in caera. facta kartula in uilla quae dicitur Teinenheim anno XLIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum III. idus maias. cum stipulatione subnixa. † Arnuuisi et coniugis eius [3]) qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt † Siggo † Starcrat † Hartrat † Altpraht † Hrihhat † Zeizolf † Einheri † Gatto † Sandrat † Otacar † Anthat † Hruodnand † Meginhart † Batucho † ego Inguis iussus scripsi.

265. Traditio Gerbrahti et Manolti.

812, 5 Iuni. Ego in dei nomine Gerbraht et Manolt diuino admoniti amore donamus atque tradimus traditumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas turbae monachorum pius praest pastor hoc est quod donamus id est quicquid proprietatis habemus in illa captura in loco qui dicitur Elmaha sicque tradimus hanc rem ut firmiter atque fideliter a die praesente in uestro maneat dominio nullo quod absit contradicente. scripta haec karta traditionis in monasterio Fulda anno XLIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iunio die nonas eiusdem mensis. et hi sunt testes † sign. Gerberahti et Manolti qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Amalberahti † Eggiolti † Gerberahti † Theotuuigi † Ercanperahti † Sandrahti † Liutheres.

266. Traditio Reginfridi.

812, 24. Iuni. Ego in dei nomine Reginfrid dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius requiescit in corpore et uir honorabilis

---

263. P. 477, I, 107.

264. C. 52b, 118 Hda und wiederholt 55b, 128. Diese zweite Abschrift (B), in welcher der Census fehlt, hat Schannat trad. 232 mitgetheilt. [1]) B. *Ferahtlind.* [2]) *Rihhat.* [3]) *Gundfridus.*

265. P. 457, I, 39. Tr. 233.

266. P. 454, I. 26 und ein Summarium 452, XI. Tr. 234. In dem Summarium stehen die Zeugen, welche hier fehlen. † sign. *Meticho Reginbraht Manolt Liuther Eggiolt Oto Amalbraht Irminbraht.* vergl. die Urkunde Nr. 262, welche bei Pistorius unmittelbar vorhergeht.

Digitized by Google

Ratgarius abbas pius pastor praeesse uidetur. hoc est in loco Sceipbach iuxta ripam fluminis Sinna et in pago eodem nomine Sinnahgeuue id est unam capturam cum terris pratis campis siluis aquis aquarumue decursibus mancipiis. et haec nomina illorum Heriuuig Altrat Herimuot Perahtniuui cum duobus filiis Perahtlind cum omni sumptu eorum. ea ratione ista trado ut a die praecepte redeant in uestrum dominium. facta karta traditionis in monasterio Fulda mense iunio die VIII. kalendas iulias anno XLIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes. † sign. Reginfridi qui hanc kartam traditionis fieri rogauit.

267. Traditio Engilperahti.

Ego in dei nomine Engilperaht dono atque trado per manum Rohinges traditumque 812, 14 Juli.
in perpetuum esse uolo in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium in pago Salageuue in uilla Urthorphe duas hobas et unam arialem absque his quae nuper tradideram et cuncta ibidem quae iure proprietatis meae portioni contingunt dono atque trado per manum Rohinges ut supra dixi. mus id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus et partem structurae quae mihi et meo communis est patri et mancipiorum quae subter nominabimus tertiam quae me contingat partem id est Adalburg Otperaht Uuolfa Reginburg Salaram Reginhilt Botto cum tertia parte elaboratus illorum sicque trado haec omnia ut a die praesente ad longaeuam uestram utilitatem uobis subiecta sint et mea per hoc eorum domino maneat merces aeterna. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno XLIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum mense iulio pridie idus mensis eiusdem. et isti sunt testes huius traditionis. † sign. Rohinges † sign. Gotatheo † sign. Theotmanni † sign. Adolfi † sign. Adalhelmi † sign. Liutmari † sign. Albgeri † sign. Rohgisi † Eggihartus † Gunzonis † Fricken † Altrichi.

268. Kartula traditionis Ruben de Uuormacinse.

In Christi nomine ego Rubo diuino instinctus amore dono atque trado traditumque in 812, 1. Augusti.
perpetuum esse uolo ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requieseit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas turbe monachorum pius preest pastor quicquid proprietatis habeam in pago Uuormacinse et in uilla Muomanheim id est in terris campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus aedificiis uineis mancipiis quorum haec sunt nomina Meio Leobgart Meginhart cum omni eorum suppellectili et sumptu. sicque trado hec omnia ut a die presenti nullo quod absit contradicente uestro subiaceant dominio in meam perpetuam elimosinam et in uestram longeuam utilitatem. scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulde anno XLIIII. regni domni Karolis gloriosissimi regis Francorum die prima mensis augusti. ego Rahholf scripsi. † Ruben qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Liutheri † Uuerdant † Sturmi † Folcrat † Fridubelm † Libicho † Hugibald † Hruoding † Fricco † Gebolf † Uuerinolf † Gunzo † Heimirih † Folmuot † Egino † Ercanfrid † Amalrih † Amalger † Uuitrih †.

---

267. P. 455, I, 29. Tr. 235.
268. C. 51a, 111. Hd. a. Tr. 236.

Digitized by Google

269. Traditio Engilrihi.

812, 12 August.

Ego in dei nomine Engilrih dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor uidetur hoc est quod trado in subter nominatis pagis et uillulis id est in pago Baringe et in uilla Ostheim Sundheim Uuestheim et Espiu et quicquid proprietatis habeo in illa captura quae est iuxta fluuium qui uocatur Huna et iuxta Illutra et ipsam capturam nominamus Theotricheshus et Engilriches. similiter in pago Tullifeldon trado id est in uilla Uuestheim et Sundheim et Mitilesdorf traditumque in perpetuum esse uolo sicque in supradictis uillulis totum et integrum trado cum terris siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis. et haec nomina illorum Lantheri Alaunih Liutfrid Samuuih Gerolf Theotperaht Nerolf Libthrud Zitolf Albolf Leobuuar cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea scilicet ratione ista trado ut a die praesente nullo quod absit contradicente redeat in uestrum dominium postque obitum meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta kartula traditionis in monasterio Fulda mense augusto die uero pridie idus diei eiusdem mensis anno XXXXIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. isti sunt testes de illa traditione † sign. Engilrichi qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Liutprahti † Uuahhoni † Fridurichi † Friesoni † Siguuarti † Uualtheres † Gerprahti † Erpfmari † Helmdioni † Altmundi † Heliperahti † Folcuuarti † Ratrochi † Sigitagi † Auilanti † Helmprahti † Geruuigi † Hruadgasti † Bichoni † Theotharti.

Item testes de uilla Uuestheim. † Liutpraht † Uuahhoni † Uuattoni † Theotharti † Helidperahti † Liubichoni † Thuringes † Bodololti.

Item testes de uilla Sundheim † Sulboni † Gundacares † Folcgeri † Prunes † Heriperahti † Uuisparahti † Theotharti † Heioni † Uuillihadi. Item de Sundheim † Theotharti † Ahen † Gundperahti † Heriuuarti † Nerben † Nantgeri † Teiten † Heien † Uuerinperaht † Heriuuarti.

Item testes de uilla Mitilesheim † Hartrati † Otanes † Gundperahti † Nerben † Nandgeri † Uueriuperahti † Geitoni † Heioni † Theotharti.

Item † Thiotharti † Friesoni † Heioni † Bodololti † Liobharti † Helmprahti † Herimari † Uuolfharti † Liutperahti † Ascriches † Hruodolti.

270. Concambitio inter Ratgario abbate et Richolfo episcopo.

812, 15. August.

In nomine patris et fili et spiritus sancti. placuit atque conuenit inter domnum Richolfum archiepiscopum et inter Ratgarium abbatem cum consensu fratrum ut inter se concambiare deberent quod ita et fecerunt. et dedit domnus Richolfus archiepiscopus Ratgario abbati de causa sancti Martini in pago Uuetarebensae de illo bifingo in Slierofero marcu suam legitimam partem et quicquid ad illum bifangum pertinet terris araturiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus cum omni integritate. et econtra recepit domnus Richulfus archiepiscopus a Ratgario abbate de causa sancti Bonifatii in pago Uuetarebinsae in uilla quae dicitur

---

269. P. 519, II, 64. Tr. 237.
270. C. 65a, 161. IId.a. Tr. 238.

Digitized by Google

Leohe quicquid ibidem antea Richulfus archiepiscopus habuit per beneficium Ratgarii abbatis in areis aedificiis terris araturiis molinis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus cum omni integritate ita tamen ut ab hodierno die quicquid de ambobus partibus facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta kartula concambitionis haec sub die XVIII. kalendas septembres. anno XLIIII. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. Actum ad sanctum Bonifatium coram testibus inferius scriptis. † Riculfi episcopi qui hanc kartulam concambitionis fieri atque firmare precepit. † Haistulfi presbiteri † Amaluuini diaconi † Uuolmari subdisconi † Iho † Uto † Altgoz † Hruotger † Gozpraht † Nordpraht † Frumolt † Germo † Heriuuin † Hruodhart † Gundram † Uuenito † Iageri † Ratgis † Marcrat † Theotmar † Heriuuart † Habo † Irminboto † Folcger † ego Theotricus ex iussione domni Richolfi archiepiscopi scripsi.

271. Traditio Ueringeres.

Ego in dei nomine Ueringer dono et trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium 813.
hoc est in loco Libtolfesbah et in pago Salageuue id est unius capturae tertiam partem. ea uero ratione ut uos firmam et incontradictam habeatis potestatem. facta karta traditionis in monasterio Fulda anno XLIIII. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes † sign. Ueringeres qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † Suuidboti † Otocari † Ermingi † Germen † Purgen.

272. Traditio Uuarmuote.

In dei nomine ego Uuarmuot ancilla dei trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi 812, 31. Octosanctus Bonifatius corpore quiescit in pago Ascfeld in uilla quae dicitur Bonlant quicquid ibidem proprietatis habere uideor hoc est domibus aedificiis terris pratis pascuis quicquid dici uel nominari potest. ea scilicet ratione ut dum ego uixero per uestrum beneficium habere possim post obitum uero meum uos et successores uestri rem supra scriptam accipere habere et quicquid exinde facere elegeritis habeatis potestatem. facta karta in uilla Hamaluuburg anno XLV. regni domni Karoli imperatoris secundo kalendas nonembres. ego Inguis rogatus scripsi † Uuarmote quae hanc traditionem fecit † Reginroc † Eggiolt † Crispo † Theoleih † Rihhart † Sindacar † Uuagpraht † Hruadbero † Amalger † Uuighelm † Gebolf † Geruuig † Irminger † Coufman † Amalpraht † Othelm. mancipia quae tradidit ita nominantur Starcheri Theotolf Ualtheri Gerbirg Theota.

273. Traditio Hruadmunti.

Ego itaque in dei nomine Hruadmunt pro remedio animae Hruodperahti dono atque 812, 2 Novembr.
trado in elimosinam illius dimidiam partem terrae araturiae et prata et unam arialem et unam

271. P. 455, I, 28. Tr. 240.
272. P. 478, I, 112. Tr. 255.
273. P. 457, I, 36. Tr. 256.

Digitized by Google

domum in qua mansit Lilpi seruus illius in uilla quae dicitur Scuntra trado ad sanctum Bonifatium ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius praecst pastor ad uestram utilitatem et illius elimosinam ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri habendi possidendi colendique firmissimam in omnibus teneatis potestatem, acta karta traditionis mense nouembri die III. eiusdem mensis regnante domno serenissimo ac gloriosissimo imperatore Karolo anno XLV. et ego Hruadolf cancellarius scripsi et coram testibus subscriptis confirmaui † Helmperaht † Uuitrih † Euadmunt † Heriperaht † Otuuin † Egilolt † Tiurbald † Ueringer † Urminolf † Meginheri † Dahhol † Starcheri † Adalhelm.

274. Traditio Brungeres.

812. 13. December.

Ego itaque in dei nomine Brunger pro remedio animarum Uuihmota et Burginuua dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr requiescit corpore sacro et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius praecst pastor unum clericum nomine Regimunt quem ipsa Uuihmot mihi coram testibus subter nominatis manu potestatiua tradidit et unam capsam. ea ratione ut per uestrum beneficium quamdiu in hac presenti uita uixero illum clericum et illam capsam habere possim. post meum quoque de hac luce discessum uos et successores uestri habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. acta traditio mense decembri idibus eiusdem mensis regni quoque serenissimi ac gloriosissimi imperatoris Karoli anno XLV. et ego Hruodolf cancellarius scripsi et subscripsi. † sign. Brungeres qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit et eorum qui praesentes fuerant ubi illi praedicta femina tradidit † sign. Salamanni † sign. Offen † sign. Theotmari † sign. Unerinperahti † sign. Zizen † sign. Herimuoti † sign. Uuolfmunti † sign. Reginfridi † sign. Sigimundi † sign. Reginheres † sign. Ermprahti † sign. Buoblini † sign. Friduhelmi.

275. Traditio Sigirammes.

812. 15. December.

Ego in dei nomine Sigiram dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore quicquid pater meus Saluram atque mater mea Umma propriae hereditatis uisi sunt habere excepto uno prato in pago Grapfeldo in loco qui dicitur Munirichesstat in orientali parte Grapfeldono burgi ea uidelicet ratione ut a die presente uos nel successores nestri firmam et incontradictam habeatis potestatem. facta karta in monasterio Fulda XVIII. kalendas ianuarias regni serenissimi imperatoris Karoli anno XLV. † sign. Sigirammes qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † Hruadharti presbyteri † sign. Haduriches † sign. Grimoltes † sign. Caucures † sign. Ernustes † sign. Hagunen † sign. Luoten † sign. Heriboten † sign. Arnhelmes.

---

274. P. 518, II, 61. Tr. 257.

275. P. 522, II, 75. Schannat trad. 260 sagt »collat. cum cod. mss.« und giebt aus demselben das Datum, welches bei Pistorius fehlt. In welchem Copiarium die Urkunde steht, habe ich nicht ermitteln können.

Digitized by Google

276. Traditio Hremuolti.

Ego in dei nomine Hremuolt dono atque trado ad sanctum Bonifatium quinque iugera in elimosinam Suuarzalohes in pago Grapfelde in loco qui dicitur Grimaha presentibus his testibus. † Baben † Ernustes † Brunichen † Burgolfes † Hagunen † Magolfes † Uuasmotes.

277. Traditio Gozzolti pro Rahfolte et Berahtsuuinda.

In dei nomine ego Gozolt pro salute et remedio animarum Rahfolti et Berahtgunda dono atque trado in elimosinam eorum ad monasterium quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr requiescit corpore sacro et ubi uir uenerabilis Ratgarius abba multitudini monachorum pius praeesse uidetur pater unam ancillam nomine Reginhilt cum elaboratu illius quam ipsi mihi coram testibus communis manibus tradiderunt. ea dumtaxat ratione ut a die presenti uos uel successores uestri habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. acta traditio mense decembri XVII. kalendas ianuarias regni quoque ac serenissimi imperatoris Karoli anno XLV. † Hrnodolfi cancellarii fuldensis qui hanc kartulam traditionis rogatu Gozolti scripsi et coram adstantibus subscriptis testibus confirmaui † Gozolti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Helfrichi † Folcgeri † Brunichen † Ernusti † Gebolfi † Uuitrichi † Uueltrichi † Reginolti † Mahtolfi † Sigibaldi † Ermanolti †. 812, 16 December.

278. Traditio Libun.

Ego in dei nomine Liba dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas pius pastor uidetur hoc est in uilla Uuintgrabon et in pago Salageuue id est unam arialem et pratum ea ratione ut firmam a die praesente habeatis potestatem. et isti sunt testes † Libun † Ratperahti † Hugirati † Sindprahti † Reginperahti † Dauid † Herirati † Mahtingi † Haholfi † Hinadanches † Rames † Hartuuini † Uuasugen † Nantgisi † Hadobaldi. acta karta mense decembri anno XLV. regni serenissimi imperatoris Karoli. 812, December.

279. Kartula traditionis Immun de Uuormacinse.

Ego in dei nomine Imma cogitans pro remedium anime mese ut in futuro ueniam aliquam promerire merear de peccatis meis trado ad sanctum Bonifatium et ad reliquias eius mancipia .III. in ea uero ratione ut ego ipse dum in hoc seculo sum in usu habeam potestatem. post obitum uero meum ut per singulos annos censum persoluant ad ipsum monasterium ad missam sancti Bonifatii hoc est unusquisque IIII. denarios in cera per singulos annos soluant. et quicquid elabo- 813, 11 Januar.

---

276. P. 522, II, 76.

277. C. 78b, 211. Hd. a. Tr. 258.

278. P. 454, I, 27. Tr. 261. »collato cum cod. mss.«, aus welchem das Datum hinzugefügt ist.

279. C. 51b, 113. Hd. a. Tr. 241.

Digitized by Google

rare potuerint et nunc habent elaboratum ad ipsius ecclesiam perueniat. et hec nomina mancipiorum. Ortuuin Ratuuin Fridurat. et hec kartula firma et stabilis permaneat omni tempore stipulatione subnixa. Acta kartula in monasterio quod dicitur Fisgibah sub Liutfrido comiti .III. idus ianuarias anno XLV. regni domini nostri Karoli imperatoris. † Imma qui hanc kartulam fieri rogauit † Liutfrid comes † Milo † Gisalpraht † Burgalah † Ramuuolt † Theotman † Huomo † Rimistein † Ermanolt † Hugibald † Hruodheri † ego Reginprahtus rogatus scripsi.

280. Traditio Eggiheres et coniugis eius de Mogontia.

813, 13. Ianuar. In dei nomine Eggiheri et coniux mea Uuolfsuuind donamus atque trademus ad ecclesiam sancti martyris Christi Bonifatii quae est constructa in silua Bochonia super fluuium qui uocatur Fulda ubi ipse sanctus dei corpore requiescit sacro et ubi Ratgarius abbas pius preesse uidetur. hoc est quod donamus mancipia tres his nominibus Gerolt Adalgart Germunt uel dimedietatem laborum nostrorum quicquid inantea deo adiuuante laborare potuerimus. hoc est in auro in argento uestimentis in peculio in utensiliis in uino uel quicquid nominari potest de nostro iure in ius et dominationem supra dicte ecclesiae uel rectores illius habeant teneant possideant uel quicquid exinde facere uoluerint liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. si quis uero quod fieri non credimus si ego ipse aut aliquis de heredibus nostris uel proheredibus nostris seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit illud quod repetit non uindicet et insuper contra cui litem intulerit una cum distringente fisco auri libra una coactus exsoluat et sua repetio nullum obtineat effectum. sed presens donatio ista nostris uel bonorum hominum manibus roborata firma et stabilis permaneat. Actum in Mogontia ciuitate ad basilicam sancti Albani martyris XVIII. kalendas februarias anno XLV. regnante domno nostro Karolo serenissimo imperatore. † Eggiheri † Uuolfsuuind qui hanc donationem fieri atque firmare roganimus † Marcrat † Erhart † Hatto † Hruodolf † Arnuuis † Haursig † Irminger † Gerbraut † Eggihart † Burgolf † Frumolt † Irminbold †.

281. Kartula Ratfridi et Adalgarte et Eleobe de Teinenheim.

813, 25. Ianuar. In dei nomine ego Ratfrid et Adalgart et Eleob tractauimus pro remedium anime nostre ut ueniam mereamur in futuro idcirco tradimus .I. uineam in uilla quae dicitur Teinenheim et in ipsa marca quae continet ex uno latere sancti Medardi ex alio latere sancti Bonifatii ex tertio regis IIII. uia publica. ea uero ratione ut dum in hoc seculo sumus in usu habemus per uestram prestariam. post obitum nostrum ad uos perueniat. et hec kartula traditionis firma et stabilis permaneat omni tempore stipulatione subnixa. facta karta in uilla Teinenheim VIII. kalendas februarias anno XLmo V. domni Karoli regis Francorum. † Ratfrit et Adalgart et Eoleob qui hanc traditionem fieri rogauerunt † Osrih † Hruodolf † Erhart † Uuignand † Arnuuis † Lantrat † Sunzo † Folcunart † Irminger † Utto † Batucho † Hiltrih † ego Reginpraht rogatus scripsi.

---

280. C. 58b, 121. Hd. a. Tr. 242.
281. C. 55b, 127. Hd. a. Tr. 243.

Digitized by Google

282. Kartula traditionis Hartrati.

In dei nomine ego Hartrat cogitans pro remedium anime meae ut ueniam in futurum merear pro peccatis meis idcirco trado ad sanctum Bonifatium et ad reliquias illius quicquid mihi pater meus dereliquit nomine Sandrat in uilla quae dicitur Teinenheim extra unam arialem et unam domum extra mancipia hoc est quod trado uineis terris araturiis et in marcu quae dicitur Ulfritesheim et in marcu quae dicitur Gemineshеim quicquid ibidem uisus sum habere proprietatis meae in ipsis supradictis uillis. hoc est terris pratis uineis. ea uero ratione ut ego ipse Hartrat per singulos annos censum soluam hoc est V. solidos ad missam sancti Martyni usque ad obitum uitae meae post discessum uero meum uos uel successores uestri potestatem habeant tenendi habendi fruendi uel quicquid exinde facere uoluerint et hec kartula traditionis firma et stabilis permaneat omni tempore cum stipulatione subnixa. acta kartula in uilla Teinenheim VII. kalendas februarias anno XLV. domni Karoli regis Francorum. † sign. Hartrat qui hanc traditionem fieri rogauit † Hracheri † Starcrat † Anthad † Siggo † Uualdleih † Erhart † Hrihhat † Hruodnand † Erhart † Batucho † Sunzo † Uuignand † Folchart † Vogo † Ermanolt † ego Reginpraht rogatus scripsi. 813, 26. Januar.

283. Kartula Adalsuuinda de Uuormacinse.

In dei nomine ego Adalsuuind cogitans pro remedium anime meae ut in futuro ueniam promerire merear de peccatis meis idcirco trado atque transfundo de meo iure in ius uestrum hoc est quod trado mancipia XIIII. et hec sunt nomina Adalman Ratheid Uuerinleih Heimo Liutuuin Theotuuin Gotaheid Adalheid Ratger Rohing Adaling Irminger Theotbirg Asbirg. et in uilla quae dicitur Roghesheim quicquid mihi pater meus in hereditatem dimisit et in ipsa marcu hoc est mansis domibus aedificiis terris pratis siluis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus quicquid dici uel nominari potest. et in Trutmaresheimoro marcu uineam .I. cui adiacet ex una parte pars sancti Petri ex duabus sancti Bonifatii. ea uero ratione ut ego ipsa Adalsuuind in usu habeam potestatem usque ad obitum uitae meae et per singulos annos in censum tribuam .II. denarios ad missam sancti Bonifatii. Acta uero karta in uilla quae dicitur Uuacharenheim cum stipulatione subnixa VI. kalendas mensis februarii anno XLV. domni Karoli regis Francorum. † Adalsuuind qui hanc kartam fieri rogauit. † Ercanpraht † Reginolt † Adalpraht † Uuigrih † Salih † Uuitheri † Hunpraht † Hiltipraht † Hartpraht † Hasso † Uuagheri † Gundheri † Erhart † Reginpraht † Hruodolf † Batucho † Vogo † Ortheri † Uuitheri † Adalpraht † Haguno † Grimo † Heitung † ego Reginprahtus rogatus scripsi. 813, 27. Januar.

284. Kartula traditionis Liuuichen de Uuormacinse.

In Christi nomine ego Liuuicho diuino instinctus amore dono atque trado traditumque in perpetuum esse uolo ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda et ad reliquias ipsius 813, 30 Januar.

---

282. C. 58b, 136. Hd. a. Tr. 244.
283. C. 51a, 112. Hd. a. Tr. 245.
284. C. 53a, 119. Hd. a. Tr. 246.

Digitized by Google

ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas turbe monachorum pius preesse uidetur pastor quicquid proprietatis habeam in uilla Teinenheim et in ipsa marca et in Harahesheimo marcu in pago Uuormacinse hoc est uineis terris totum et integrum. et in villa quae dicitur Eggistat quicquid ibidem uisus sum habere in pago Nitahgeune hoc est unam arialem terris pratis siluis mancipiis quorum nomina hec sunt Berahtgart Uuigpraht Hiltiburg Ratburg cum omni eorum suppellectili et sumptu sicque trado hec omnia ut a die presente nullo quod absit contra dicente uestro subiaceant dominio in meam perpetuam elimosinam et in uestram longeuam utilitatem. scripta haec kartula traditionis in uilla quae dicitur Marahabergun. anno XLV. regni domni Karoli gloriosissimi regis Francorum III. kalendas mensis februarii. † Liuuichoni qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit † Sindgoz † Hatto † Hruodolf † Hruodolf † Sunzo † Heitung † Ermanolt † Vogo † Brunicho † Uuegalenzo † Arnuuis † Lantrat † Ernust † Otgrim † Babo † Gunzo † Friccho † Hiltrih † Libfrid † Otrat † Uuanolt † Erluuin † Hartfrit † Citrat † Otfrit † Altolf † Theodolt † ego Regiopraht rogatus scripsi.

285. Kartula traditionis Utten de Uuormacinse.

813, 8. Februar. In dei nomine ego Utto cogitans pro remedium anime matris meae trado ad sanctum Bonifatium et ad reliquias ipsius .I. uineam in uilla Teinenheim et in ipsa marca V. iurnales de terra araturia et duo mancipia quorum hec sunt nomina Hrihger Ota. ea uero ratione ut ipsam uineam et V. iurnales de terra araturia a die presenti uos uel successores uestri potestatem habeant habendi donandi et hec kartula traditionis firma et stabilis permaneat omni tempore stipulatione subnixa. Acta kartula in uilla quae dicitur Altheim VI. idus mensis februarii anno XLV. regni domni Karoli regis Francorum. † Uttoni qui hanc traditionem fieri rogauit † Heitung † Batucho † Irminger † Helfrih † Gerprant † Arnuuis † Ermanolt † Brunicho † Hugbald †.

286. Traditio Hahhoni.

813, 26 April. Omnibus non habetur incognitum qualiter ego Hahho pro remedio animae uenerandae matronae Uuihmota VII. mancipia ad sanctum Bonifatium tradidi id est seruum nomine Uilliram et uxorem eius Rahtrud cum filiis eorum et cum omni suppellectili eorum traditumque in perpetuum esse uolo. ea uidelicet ratione ut dum ipsa supra dicta femina reuixerit per uestrum beneficium ea mancipia habere permittatur. post obitum uero illius uos et successores uestri ea habere possidere uendere uel quicquid ex eis elegeritis facere in omnibus ditionem habere possitis. acta traditionis kartula anno XLV. regnante serenissimo ac gloriosissimo Karolo rege Francorum mense aprili sexto kalendas maias.

287. Traditio Uurmheres.

813, 9 Mai. Ego itaque in dei nomine Uurmheri dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi gloriosus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et ubi Ratgarius uenerabilis

285. C. 52a. t14. Hd. a. Tr. 247.
286. P. 519, II, 65. Tr. 248.
287. P. 456, I, 33. Tr. 249.

Digitized by Google

abbas pius uidetur multitudini monachorum praeesse pater in elimosinam Huochun et Blihtruda quicquid proprietatis habuerunt in illa participatione mancipiorum quae Hadaburg ad sanctum Bonifatium tradidit, ea scilicet ratione ut a die presente et deinceps uos et successores uestri firmissimam et incontradictam possidendi fruendi uendendi et quicquid exinde elegeritis facere in omnibus habeatis potestatem. scripta kartula traditionis in monasterio Fulda mense maio VI. nonas eiusdem mensis anno regni serenissimi ac gloriosissimi imperatoris Karoli XLV. et isti sunt testes traditionis. † sign. Uurmheres qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Reginfrides † Hiltigeri † Uuilliharti † Uueltrih † Heitung † Erlolf † Suuidger † Herimar † Otgrim † Hugibald † Sunzen † Ernusti † Uuitrichi.

288. Traditio Atten.

In dei nomine ego Atto pro salute et redemptione animae meae trado ad monasterium 813, 9. Mai.
sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius requiescit corpore et ubi Ratgarius abbas monachis probatur praeesse pastor quicquid in illa mensura proprietatis habeo in uilla Oppahu in Geltaresheimoro marcu in pago Grapfelde trado traditumque in perpetuum esse uolo in elimosinam meam et ad utilitatem uestram et de meo iure in uestrum ius et dominationem. ea ratione ut a die praesente et deinceps ista karta traditionis stabilis et firma et inuiolabilis permaneat. acta karta anno regni serenissimi imperatoris Karoli XLV. mense maio septimo idus eiusdem mensis † sign. Atten qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † sign. Hagunen † sign. Rihhold † Rihperahti † sign. Engilger † sign. Erlabold † sign. Iuicho † sign. Sigimar † sign. Hunolti † sign. Eginen † sign. Sunzen † sign. Hiltiger † sign. Heitunges.

289. Traditio Engilprahtes.

In dei nomine ego Engilberaht cogitans pro remedio et salute animae meae dono atque 813, 9. Juni?
trado ad sanctum Bonifatium qui requiescit in monasterio quod dicitur Fulda et ubi Ratgarius abbas turbae monachorum praeesse uidetur in pago Salageuue in uilla Urthorphe et in terminis eiusdem uillae duas huobas et tres ariales et res ad easdem pertinentes hoc est mancipia cum omni eorum sumptu terris campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus totum et integrum ex mea propria hereditate trado ut supra dixi traditumque in perpetuum esse uolo ut a die praesente haec omnia quae trado nullo quod absit contradicente uestrae subiaceant potestati. et haec nomina mancipiorum Sigimar et coniux eius Gerhilt. Hruading Altperat et coniux eius Sitima. Egilbern Freiburg Ellinhart Ellinburg Uuerinhart Helinlind Theotpraht. facta karta traditionis anno XLV. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum quinto idus iunii XI. [1]) die mensis eiusdem. † sign. Engilprahtes qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † Ratpraht † Lantpraht † Altrih † Helpfrih † Salucho † Theotfrid † Eiiat † Uuarmunt † Ginand. Bizun scripsi.

---

288. P. 517, II, 60. Tr. 250.

289. P. 454, I, 24. Tr. 251. [1]) Es ist entweder *tertio idus* oder *VIIII. die* zu verbessern. Doch könnte auch der Name des Monats verschrieben und *Julii* statt *Junii* zu lesen sein.

Digitized by Google

290. Kartula traditionis Uuolfharti de Uuormacinse.

813, 11. Iuni. In Christi nomine ego Folchart diuino instinctus amore dono atque trado ad sanctum Bonifatium et ad reliquias ipsius X. iurnales de terra araturia et si forte homines uestri ante habuerant hoc ipsum trado in uilla Uuacharenheim et in ipsa marca ita ut a die presenti uos uel successores uestri habendi tenendi fruendi possidendi in omnibus habeant potestatem et ut haec kartula firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. facta kartula in Mogontia ciuitate III. idus iunias anno XLmo.V. regni domni Karoli imperatoris. † Folcharti qui hanc traditionem fieri rogauit † Sigiharti † Erharti † Hruodolf † Uuegalenzo † Heitung † Helfrih † Otgrim † Ernust † Brunicho † Egilhart † Germo † Uuolfboto † Gebolf † Folcmot † Babo † Starcfrit † Arnhelm †. ego Inguis rogatus scripsi a Uuolfhardo †.

291. Traditio Lantolti.

813, 24. Iuni? In dei nomine ego Lantolt pro remedio animae meae dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium ubi Ratgarius abbas monachis praeest pater quicquid proprietatis habere visus sum in terris et in siluis hoc est in pago Salageuue et in marcu Tulbu ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri in meam elimosinam et ad utilitatem uestram tenendi habendi possidendi firmam et inuiolatam in omnibus habeatis potestatem. Acta karta anno XLV. regni serenissimi ac gloriosissimi Karoli regis Francorum mense iunio octauo kalendas eiusdem mensis scripta in monasterio Fulda. ego Hruodolf cancellarius a Lantolte rogatus scripsi. † sign. Lantolti qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † sign. Asea † sign. Nordalahi † Otrichi † Uuegelenzen † Egilharti † Uuolfboten † Heitungi † Egiueu † Amalgeri † Ueltrichi † Starcfridi † Gerhelmi † Engilperahti.

292. Traditio Sigihartes et Gotethances.

813, 28. Iuni. In dei nomine ego Sigihart et filius meus Gotethanc donamus atque tradimus ad sanctum Bonifatium ex nostra propria hereditate in pago Grapfelde in Uueatheimero marcu et in uilla nuncupata Uuesthus duo huoba serui et mancipia haec quorum ista sunt nomina Ratger et coniux eius Irminhilt cum omni eorum supellectili et sumptu absque aedificiis. Vodalhilt Ostnuind Reginfrid Reginmar ita ut supra dixi totum et integrum trado absque illius serui aedificio traditumque in perpetuum esse uolo ut a die praesente haec omnia quae tradidi nullo quod absit contradicente in uestram redeant potestatem. facta kartula traditionis anno XLV. regni Karoli gloriosissimi regis Francorum quarto kalendas iulias. ego Brun scripsi et testibus subter firmaui † sign. Sigihartes et Gotethances qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † Amalger † Germo † Brunicho † Hugibald † Helpfrih † Ernuat † Ueltrih.

293. Traditio Folcolti.

813, 6. October. Ego itaque in dei nomine Folcolt pro remedio animae meae fratrisque mei Hartuuini dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr requiescit

---

290. C. 57 a, 132. Hd. a.
291. P. 457, I, 37. Tr. 253.
292. P. 521, II, 71. Tr. 252.
293. P. 461, I, 53. Tr. 254.

Digitized by Google

corpore sacro et Ratgarius abbas multitudinem regit monachorum eam partem quam mihi et fratribus meis pater noster illius bifanges qui est iuxta flumen Scuntru in hereditatem dimisit in elimosinam meam fratrumque meorum trado traditumque in perpetuum esse uolo. ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri hanc praescriptam rem tenendi habendi possidendi colendique firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. acta karta mense octobri secundo nonas eiusdem mensis anno regni serenissimi ac gloriosissimi imperatoris Karoli XLV. ego Hruadolf cancellarius scripsi et coram testibus confirmaui. † sign. Folcolti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Eginen † Hruadperen † Arnhelmi † Amalgeri † Geholfi † Egilharti † Uttoni † Irmingeri † Boten † Germen † Adalleibi † Uuatoni.

294. Traditio Gotedeoni.

Ego in dei nomine Gotedeo dono trado quicquid mihi Gotehelmo tradiderat ad sanctum sti. Bonifatium hoc est quod trado in Uestheimero marcu et in pago Paringe id est unam arialem et IX ingera ea ratione istu trado ut a die praesente redeant in uestrum dominium. isti sunt testes. Gotedeo qui hanc traditionem fecit. † Theothart † Rohing † Hruadperaht † Slaugart † Bernharto † Throaut † Amanolt † Haholt † Eburhart † Gerfrid. anno XLV. regnante serenissimo Karolo rege Francorum.

295. Traditio Adalperahti.

Ego in dei nomine Adalperaht dono atque trado per manum Prungeres in elimosinam Marcuuizu et patris mei Geroltes ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore requiescit et nir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor videtur hoc est quod trado XIII. mancipia traditumque in perpetuum esse uolo. et haec nomina mancipiorum Hruadunart Heriuuart Astolf Geruuin Sigur Muotlaug Thangburg Nerihilt Uuillicoma Uuillihilt Meginhilt Theotlind et filius eius. cum omni sumptu eorum ea scilicet ratione haec mancipia trado ut post obitum Marcuuizu in uestrum redeant dominium et ita seruiant sicut praestationis kartula continet. facta kartula in monasterio Fulda anno XXI. regni domini Caroli regis Francorum.

296. Traditio Burcswindae.

Domnus ac redemptor noster dei filius admonet dicens. date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. idcirco ego Burcswind in dei nomine dono atque trado ad monasterium quod

---

294. P. 522. II, 74 ohne Datum. Tr. 259.

295. P. 516. II, 55. Tr. 298. Schannat hat das Datum weggelassen wahrscheinlich deshalb, weil ein Fehler darin enthalten ist. Da dieser jedoch nicht zu verbessern ist, so habe ich die Urkunde an das Ende der Regierungszeit Carl's gesetzt.

296. Eb. II, 31 ab. Schannat tradit. 289 giebt die Urkunde, wie er sagt, ex autographo, welches jetzt aber nicht mehr vorhanden ist. Dass es das Original gewesen, möchte ich bezweifeln, theils weil der Schluss mit den Zeugen u. s. f. fehlt, theils wegen der abweichenden Formen der Eigennamen. Schannat setzt ferner die Urkunde gegen das Ende der Zeit Ratgar's; wenn jedoch der Zusatz Eberhard's richtig ist, so gehört sie offenbar in eine frühere Zeit, weshalb ich sie hier eingereiht habe.

Digitized by Google

dicitur Fulda predium meum quod mihi ex paterna hereditate peruenit. quod situm est in pago Gollabagowe in loco qui dicitur Larehouen. super ripam fluminis quod dicitur Steinaha. cum omnibus appendiciis suis. id est terris. domibus. ędificiis. incolis. mancipiis. siluis. campis. pratis. pascuis. aquis. aquarum decursibus. mobilibus et immobilibus. quod ad usum fratrum uolo pertinere ad monasterium sancti saluatoris. quod constructum est glorioso ędificatu in pago Graffelt in loco qui dicitur Fulda super ripam Fuldę fluminis. ubi preciosus Christi martir Bonifacius corpore quiescit. et ubi uir uenerabilis Ratgerius abbas cum multitudine monachorum domno regulariter seruire cognoscitur. Nomina uero mancipiorum qui idem ipsum bonum quod trado possederunt hęc sunt. Othmunt. Megina. Gunderat. Otilia. Rihmunt. Balthilt. Amenolf. Megina. Otmunt. Adelolf. Walthere. Fricko. Liuthere. Uunna. Engiltrud. Megendrud. Wicfrit. Meginhilt. Gunthilt. Irmindrud. Ruprah[illegible]. Gutfrit. Albuwin. Megenhilt. Gundrat. Bertolf. Rapraht. Egilolf. Ditolf. Brunich. Liephilt. Diethoh. Berhtfrid. Lantrat. Ratfrit. Erluwin. Eribo. Arnrich. Bernrich. Heidenrih. Babo. Ratdrud Geltrat. Willirat. Riggo. Richolf. Rateloh. Baldolf. Heresuint. Anstrat. Suentilo. Meginolt. Amenolf. Ratolf. Irmingart. Rantwic. Ratdrut. Lipdrud. Waltrat. Adelo. Baldewin. Anna. Waltrat. Lintheri. Susanna. Megenheri. Uurhta. Berthilt. Uunna. Wolfrat. Zeiza. Otfrit. Ditsuind. Hiltrut. Otswint. Adelmunt. Faraburc. Bertheiht. Ditmunt. Hamunt. Uuolfrich. Ruderat. Adalrih. Rutbalt. Wolfgis. Rutgis. Otbrat. Edelhilt. Lipheri. Farthilt. Dancrat. Gerlip. Rutlip. Willihilt. Bitolf. Sinpraht. Regenbraht. Tello. Westrat. Libolf. Liutgis. Gebehilt. Hiltiburc. Gerlip. Heriger. Mahtgunt. Wanbraht. Lipman. Frehholt. Betto. Rudolf. Bliger. Frohilt. Gerhilt. Hiltrud. Waltrut. Lipwâr. Bertgis. Uueltrut. Hergis. Ebergis. Liphilt. Gebehilt. Liplint. Dagamunt. Ratrud cum VIII. filiis. Alpwin. Gerbraht. Hiltimunt. Ratrut. Heilwar. Adalwar. Tagamunt. Hartdrat. Mutbraht. Berhta. Anna. Uunna. Waltdrud. Meginhere. Sigirat. cum omni substantia et suppellectili eorum ac sumptu. ea scilicet ratione ut per singulos annos in festo sancti Bonifacii censum dent vir VII. mulier V. denarios. Si quis uero quod futurum non credimus contra hanc traditionem uenire temptauerit et eam infringere uoluerit. iram et uindictam trinę maiestatis incurrat et a sanctorum omnium consortio excommunicetur et ęternę gehenne incendio perpetuas penas luiturus deputetur.

Signum Karoli regis inuictissimi.

Ego Karolus hanc traditionem firmaui.

297. Traditio Fertinges.

811, 17 Februar. Ego in dei nomine Ferting pro remedio animae meae dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius requiescit corpore sacro et ubi uenerabilis Ratgarius abbas multitudini praeest monachorum in pago Salageuue et in marcu Salageuuono partem capturae meae de illis arboribus quae nuncupantur lahbouma duas uirgas usque ad locum ubi illud distinctum habeo. ea ratione ut a die presente uos et successores uestri habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. acta traditionis karta mense februario sub die XIII. kalendas martias anno primo imperii Ludouuici

297. P. 465, I, 70. Tr. 263.

Digitized by Google

gloriosissimi regis Francorum. scripta a Rudolfo clerico † sign. Fertinges qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Batten † Baldmunti † Madalgeri † Unruoh † Uurmheres † Gunzen † Fricchen † Engilperahti † Bernolti † Sinduuines † Hatperahti † Massoni † Creftingi † Asperahti † Uuolphrati † Òtmunti † Teotolfes † Hruadolti † Uuilliheres † Hruadheres † Helperahti † Bernmari † Hartgeri † Gundheres † Helingeri † Harperahti.

298. Traditio Azzen et Egilhartes.

Ego itaque in dei nomine Azzo pro remedio animae Gamalperahti dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac pretiosus Christi martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum praeesse uidetur in pago Grapfelde in uilla Munirichesstat tria iugera terrae araturiae. similiter et ego Egilhart in elimosinam Eginen ad praedictum monasterium et in pago superius comprehenso in eadem quoque uilla trado X. iugera saltus. ea scilicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri pro salute animarum in quarum elimosinam illud tradimus habendi possidendi colendique firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. acta traditionis kartula mense februario undecimo kalendas martias anno primo imperii Hludouuici serenissimi ac gloriosissimi regis Francorum scripta a Hruodolfo clerico. † sign. Azzen et Egilhartes qui hanc traditionis kartulam fieri rogabant. † sign. Baben † sign. Burgolfes † sign. Fricchen † sign. Uuitrichi † sign. Uualahfrides † sign. Gunzen † sign. Fricchen † sign. Rohinges. 814, 19 Februar.

299. Traditio Uuerinolti et Halbthuringi.

Ego itaque in dei nomine Uuerinolt et Halbthuring donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum praeesse uidetur in pago Hasageuue in marcu Eugiheimono in uilla Hunperateshusun duas hobas seruiles et in Bunahu talem septum qualem ibi habuimus et mancipia quorum nomina haec sunt Ratmunt Ruadwar Hohwin Uulfila Uuinibald cum omni eorum suppellectili atque elaboratu. ea scilicet ratione ut a die presente uos et successores uestri huius rei superius comprehensae firmam habendi possidendi colendique in omnibus teneatis potestatem. acta traditionis karta mense februario sub die VI. kalendas martias anno primo imperii Hludouici gloriosissimi regis Francorum. scripta a Hruodolfo clerico † sign. Uuerinolti † Halbthuringi qui hanc kartulam traditionis fieri rogabant † sign. Hruodolfi † Seggi † sign. Otacares † sign. Ercanbaldi † sign. Nidmari † sign. Burgolfi † sign. Uuigfridi † sign. Mannen † sign. Gerriches † sign. Lantwartes † sign. Aeifinges. 814, 21 Februar. R

298. P. 521, II, 72. Tr. 264.
299. P. 522, II, 77. Tr. 265.

Digitized by Google

300. Traditio Meginperahti.

811,25.Marc. Ego itaque in dei nomine Meginperaht pro remedio animarum Burguiza et Suuidburga dono ac trado ad monasterium Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore ubi etiam uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum praeesse uidetur. quae uero trado in pago Salageuue esse noscuntur in loco qui dicitur Scuntra. in illo septo duas hobas unam in silua et alteram in terra et unam areolam in elimosinam supradictarum animarum et ad uestram utilitatem. ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri huius rei superius nominatae habendi possidendi colendique firmam et incontradictam in omnibus teneatis potestatem. facta karta mense martio sub die quinto kalendas aprilis anno I. imperii Ludouuici gloriosissimi regis Francorum. ego Hruodolf rogatus scripsi † Meginperahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Uuerinharti † Sigimunti † Uuichingi † Irminfridi † Ascrichi † Helpfrichi † Ernusti † Fricheo † Babo † Gunzo.

301. Traditio Reginolti.

811, 7 October. Ego itaque in dei nomine Reginolt pro remedio animae meae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum praeesse uidetur quicquid mihi parentes mei Uurecheo et Uualthrat iure hereditario reliquerunt in pago Grapfeld in marcu Birchinafeldono in ipsis geminis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus totum et integrum in uestrum transfundo dominium. ea duntaxat ratione ut a die praesente uos et successores uestri praefatae rei habendi possidendi colendique absque ulla contradictione firmam in omnibus habeatis potestatem. acta traditionis kartula mense octobri sub die septimo eiusdem mensis anno primo imperii Hludouici gloriosissimi regis Francorum scripta a Hruodolfo scolastico et coram testibus firmata. † sign. Reginolti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Bruniges † sign. Gundperahti † sign. Amalgeri † sign. Egilhalti † sign. Starefridi † sign. Eginen † sign. Geruuigi † sign. Engilperahti † Folmoti † Suuidgeri † Reginolti † Reginperahti † Heriboten.

302. Traditio Arndeoni.

811, 9. November Ego in dei nomine Arndeon pro salute et remedio animae meae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini praeest monachorum in pago Tollifelde et in uilla Theodorfe. sed et in pago Baringe et in uilla Sundheim quicquid proprietatis habeo id est terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus et unum seruum nomine Leibolf cum omnibus quae habet. ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri praefatae rei firmam habendi possidendi

---

300. P. 464, I, 65. Tr. 266.
301. P. 524, II, 84. Tr. 267.
302. P. 524, II, 83. Tr. 268.

Digitized by Google

colendique absque ulla contradictione in omnibus teneatis potestatem. acta traditionis kartula mense nouembri sub die V. idus eiusdem mensis anno primo imperii Hludouici gloriosissimi regis Francorum. et ego Hruodolf cancellarius coram testibus scripsi et subscripsi † sign. Arndeon qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Brungeri comitis † sign. Altperahti † sign. Ortheres † sign. Friduriches † sign. Otrichi † sign. Eintrati † sign. Perahtgozi † sign. Sigiperahti † sign. Uuigrichi † sign. Suuidgeri † sign. Engilperahti † sign. Reginolti † Huochingi.

303. Traditio Liutperahti.

Ego itaque in dei nomine Liutperaht pro remedio animae meae trado ad monasterium Fulda ubi beatus Christi martyr Bonifatius corpore requiescit et Hratgarius abbas multitudini praeest monachorum hoc est in pago Ueringeuua in uilla Ascahu XXX. iugera et unam areolam in longitudine XVII. et in latitudine IIII. uirgarum. ea ratione ut per uestram praestationis kartam ad uitam meam illud habere possim. post meum quoque de hac luce discessum uos et secutores uestri praedictae rei habendi possidendi colendique firmam in omnibus habeatis potestatem. acta haec traditio in mense nouembri sub die XIIII. kalendas decembres anno primo imperii Ludouici gloriosissimi regis Francorum. et ego Hruodolf iussus scripsi. † sign. Liutperahti qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † Sigiperahti † Irmingeri † Fricken † Uuigrihi † Eburrati † Hugirat † Huachingi † Perahtgozi † Madalgeri. 814, 16. November.

304. Traditio Sigirammi.

Ego itaque in dei nomine Sigiram pro remedio animae Adalrammi trado ad monasterium Fuldae ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini praeest monachorum hoc est in pago Grapfelde in marcu Munirichessteti partem unam pratorum et tria iugera terrae araturiae. ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri praedictae rei habendi possidendi colendique firmam in omnibus habeatis potestatem. acta traditionis kartula mense nouembri sub die VIIII. kalendas decembres anno primo imperii Hludouici gloriosissimi regis Francorum. † sign. Sigirammi qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † sign. Uuerinolti † sign. Irmingeri † sign. Uuasmati † sign. Suuidgeri † sign. Fricchen † Sindacares † sign. Huachinges † sign. Reginolti † sign. Eburrat † sign. Lentriches † Sigiharti † sign. Eburacares † sign. Uuinimannes. ego Hruodolf iussus scripsi. 814, 23. November.

305. Kartula Adalberti.

In Christi nomine Adalberetus sana mente sanoque consilio pro peccatis meis ut in futuro ueniam aliquam promerire merear. trado ad monesterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore requiescit et ubi Ratgarius abbas una cum turba monachorum 815, 4. Januar

---

303. P. 479, I, 117. Tr. 269.
304. P. 521, II, 73. Tr. 270.
305. C. 60a, 139. Hd. a. Tr. 262, wo sie unrichtig unter dem Jahre 814 steht.

Digitized by Google

preesse uidetur. hoc est quod dono in pago Uuormacinsae in Teinenheimo marcu uineam unam. ea uero ratione dono atque transfundo de meo iure in ius et dominationem supra dicti monasterii uel rectores illius habeant teneant atque possideant uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut ullus de heredibus meis uel quislibet emissa persona qui contra hanc kartulam uenire aut eam infrangere uoluerit illud quod repetit non uindicet et insuper contra cui litem intulerit solidos XV. coactus exsoluat et sua repetitio nullum optineat effectum. sed presens donatio hec uel traditio ista meis uel bonorum hominum manibus roborata firma et stabilis permaneat. actum in monasterio Fulda publico. data in mense ianuario die uero quarta. anno primo regnante Hludouuicho imperatore. † Adalprahti qui hanc kartulam traditionis fieri atque firmare rogauit. † Uuillo † Hruodleih † Ernust † Friccho † Hohing † Uuigrih † Uuagpraht † Liutolf † Uuasmuot † Uuillihart † Ualtheri †.

306. Traditio Bernharti et Emhiltae.

813, 22. Februar. Ego in dei nomine Bernhart et coniux mea Emhilt donamus tradimusque ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pio moderamine preesse uidetur. trado in pago Grapfelde in marcu Rannungero hoc est quod trado decem iugera et unum caballum et boues tres. domum unam et aream unam et hus unum. XX porcos. ea dumtaxat ratione ut post obitum nostrum uos et successores uestri in omnibus habeatis potestatem. tota et integra possessio nostra in uestrum transfundetur dominium. acta traditionis karta anno II. regnante gloriosissimo imperatore Hludouico octauo kalendas martias. ego Hemmo hanc traditionis kartulam rogatus scripsi. † signum Bernharti et coniugis eius Emhiltae qui hanc traditionis kartam fieri rogauerunt. † Bernharti † sign. Theoleiches † sign. Uualafrides † sign. Eburharti † sign. Aholfi † sign. Siggen † sign. Meginbaldi † sign. Uuiganti † sign. Mattonis † sign. Folcperahti † sign. Blidmanni † Uualamunti.

307. Traditio Hruadingi.

813, 3 März. Ego itaque in dei nomine Hruading pro remedio animae meae trado unum iugerum id est in pago Salageune in uilla Chizziche ad monasterium Fulda ubi beatus Bonifatius corpore requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini praeest monachorum ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri praedictae rei habendi fruendi colendi firmam in omnibus habeatis potestatem. acta karta traditionis mense martio quinto nonas eiusdem mensis anno II. imperii Hludonuichi gloriosissimi regis Francorum. † sign. Hruadingi qui hanc kartam traditionis fieri rogauit † Egilharti † Steinolfi † Brunichen † Fricchen † Fridu-harti † Ernusti † Sindrati. sign. Hruodolfi cancellarii qui hanc kartam traditionis rogatus scripsit.

---

306. P. 523, II, 82. Tr. 272.
307. P. 463, I, 61. Tr. 273.

Digitized by Google

308. Traditio Otrami.

Ego in dei nomine Otram trado ad reliquias sancti Bonifatii quicquid proprietatis habeo 815, 15 März.
in domibus in agris mobilibus et immobilibus pro remedio animae meae hoc est in pago Salageuue in marcu Chiffzichheimero ad Stracfrideshuson. idus martias anno II. regnante domino nostro Hludouico facta est haec kartula. ego Hemmo rogatus scripsi. † Otram † Reitgeri † Boten † Germen † Hagunen † Hruadberen † Amalgeri † Starcfridi † Helpfrichi † Nidharti † Fricchen † Brunichen † Ernusti.

309. Traditio Libae.

In dei nomine ego Liba trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium quicquid pro- 815, 1. April.
prietatis in elaboratu meo uisa sum habere praeter duos bones totum et integrum. id sunt oues quinque. porci XX. boues et uaccae XXXVIII. duo caballi omniaque uestimenta mea. ea ratione ut quamdiu uiuam illa per beneficium habeam postque obitum meum absque ulla contradictione redeant ad sanctum Bonifatium. facta traditionis karta in monasterio Fulda kalendis aprilis anno II. regnante domino Hludouuico glorioso rege Francorum. et isti sunt testes huius traditionis. Eggiolt Reginfrid Adalhelm Geilo Meginperaht Folco Ascrich Betto Nuoring Nidhart Bernhart. ego Inguis rogatus scripsi.

310. Traditio Asolfi.

Ego in dei nomine Asolf dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur 815, 7. Mai.
Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum preesse uidetur. hoc est quod trado V. mancipia et duas hobas unam in campis et alteram in siluis. et haec sunt nomina mancipiorum Gundolf Tangolf Reginger Vodilburg Adaluuih et hoc in pago Grapfelde in uilla Rannungu et in ipsa marca. ea duntaxat ratione ut post obitum meum et de hac luce discessum et coniugis meae in uestrum transfundo dominium firmam et incontradictam praefatae rei in omnibus habeatis potestatem uos et successores uestri. acta traditionis kartula anno secundo regnante domino nostro Hludouuico gloriosissimo rege nonis maii. ego Hemmo monachus scripsi. † sign. Asolfi qui hanc traditionis kartulam scribere rogauit † sign. Ercanbaldi † sign. Reginbaldi † sign. Meginharti † sign. Brunharti † sign. Gerolti † sign. Harites † sign. Hiltibrandi † sign. Otuuini † sign. Hattonis † sign. Uuiganti † sign. Uualahfridi † sign. Blidmanni † sign. Hadumari † sign. Uuielanti.

311. Traditio Erluuines.

In dei nomine Erluuin pro remedio animae meae dono atque trado ad monasterium sancti 815, 4 Juni.
saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit

---

308. P. 461, I, 64. Tr. 274.
309. P. 465, I, 67. Tr. 275.
310. P. 523, II, 81. Tr. 276.
311. P. 524, II, 85. Tr. 277.

Digitized by Google

corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas praeesso uidetur in pago Grapfelde in uilla Grazzesstat et in ipsa marca hoc est quod trado unam capturam in siluis ea duntaxat ratione ut a praesente die uos uel successores uestri praefatae rei firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Erluuines qui hanc traditionem fecit. † sign. Theoleiches † sign. Ruadolfes † sign. Uuelfhartes † sign. Uuerinoltes † sign. Ludheres † sign. Ruadperen † sign. Otgrimes † Engilperahtes † sign. Irmingeres † sign. Uuigriches † sign. Gernuiger. anno II. regnante domino nostro Hludouico gloriosissimo rege Francorum sub die II. nonas iunias. ego Hemmo rogatus hanc traditionis kartam scripsi.

312. Traditio Meginperahti.

815, 6. Iuni. Ego in dei nomine Meginperaht pro remedio animae meae dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore quiescit et ubi dominus Ratgarius abbas praeesse uidetur hoc est quod trado in campis et in siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus et quicquid mihi parentes mei reliquerunt sicut supra nominatum est extra unam ariolam et tria iugera hoc est in pago Salageuue et in uilla Hohheim totum et integrum in uestrum transfundo dominium ea duntaxat ratione ut a die praesente uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem praefatae rei. acta traditionis karta anno II. regnante domino nostro Ludouico sub VIII. idus iunias. ego Hemmo rogatus scripsi. † Meginprahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Theoleiches † Unnides † Folcmari † Hunolti † Beldingi † Eltingi † Uuerinolti † Erlungi † Regingeri † Ratheres † Purgolfi † Meginperahti.

313. Traditio Uualahfridi.

815, Iuli. Ego in dei nomine Uualafrid pro remedio et salute animae meae et Voten quicquid mihi tradidit Gerbraht dono atque trado ad monasterium sancti salnatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi Ratgarius abbas preesse uidetur hoc est quod trado in pago Salageuue ad Arinebrunnen quartam partem unius capturae et in uilla quae dicitur Langendorpf de pratis mensuram quartae dimidiae iurnalis ea duntaxat ratione ut a praesente die uos et successores uestri firmissimam in omnibus habeatis potestatem. anno II. regnante domino nostro Hludouuico XVIII. [1]) kalendas augusti. ego Hemmo rogatus scripsi. † Uualahfridi † Engilgeri † Sindacari † Otrammi † Blidolfi † Hruadleiches † Sigimanni † Theothelmi.

314. Traditio Friduberahti.

815, 12. November. Ego in dei nomine Friduberaht dono atque trado pro remedio animae meae et in elimosinam patris mei Fricken ad monasterium quod dicitur Fulda ubi pretiosus Christi martyr Bonifatius corpore requiescit et ubi uir uenerabilis Hratgarius abbas multitudini monachorum praeesse

---

312. P. 465, I. 71. Tr. 278.
313. P. 464, I. 63. Tr. 279. [1]) Diese Zahl ist offenbar unrichtig.
314. P. 479, I. 113. Tr. 280.

Digitized by Google

uidetur hoc est quod trado unam areolam et tres hobas cum siluis et campis id est in pago Ascfelde et in antiqua uilla Ascfelde ea uidelicet ratione ut a die praesente uos firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † Friduberahti qui hanc kartam fieri rogauit † Suuarzmannes † Ercanfrides † Uuarmotes † Hruadinges † Uolmotes † Hôien † Hruadleiches. facta est haec traditio regnante domino nostro Ludouico glorioso rege Francorum anno II. sub die II. idus mensis nouembris. ego Libheri clericus hanc traditionis kartam rogatus scripsi.

315. Traditio Ualdperahti.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Ualdperaht dono atque trado partem hereditatis meae filio meo Isanpraht id est unam houestat cum omnibus adiacentiis tam in siluis quam in campis. post obitum tamen meum suae hereditatis partem haberet ea uidelicet ratione habendi fruendi in omnibus habeat potestatem. † sign. Ualdperahti qui hanc traditionem fecit. † Mahtperahti † Irpfingi † Frichen † Hruadperahti † Sigiholdi † Otorahti † Grundprahti † Erharti † Gundheres † Herimari † Irminolfi † Adalolti † Uuitugouuen. haec traditio facta est anno regnante domno Hludouico secundo sub die XVIII. kalendas decembris. 815, 14. November.

316. Traditio Sibigeltes.

Ego in dei nomine Sibigelt dono atque trado in elimosinam heredum meorum atque mei ipsius ut dominus nobis uitam aeternam tribuat ad monasterium quod dicitur Fulda ubi Christi martyr Bonifatius requiescit in corpore hoc est quicquid propriae terrae uisus sum habere in pago Salageuue in uilla uocata Urdorpf. ea uidelicet ratione ut a presente die uos firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. acta haec traditio regnante domino nostro Ludouico rege glorioso Francorum anno secundo. sign. Sibigeltes qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † sign. Theoleiches † sign. Huochinges † sign. Liutmares † sign. Egiluuartes † sign. Folmotes † sign. Eiioni † sign. Suuidgeres. 815.

317. Traditio Irminolfes.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Irminolf dono atque trado ad sanctum Bonifatium quicquid mihi Erming manu potestatiua tradidit tradendum ad sanctum Bonifatium his locis hoc est in pago Salageuue et in uilla uocata Uuintgraba duas areas et unam piscatoriam in ipsa uilla inter duas areas iuxta flumen quod dicitur Sala. et in alio loco qui dicitur Scuntra X. iugera in ambitu Erminges id est in holzmarcu ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Irminolfes qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Erminges † Arnuuiges † Engilprahtes † Uuasmotes † Ernustes † Burgolfes † Oten. facta haec traditio quarto idus februarias regnante domino nostro Hludouuico gloriosissimo rege Francorum anno III. ego Libherius scripsi. 816, 10. Februar.

---

315. P. 464, I, 66.
316. P. 466, I, 72. Tr. 281.
317. P. 463, I, 62 und ein Summarium 451, VIII. Tr. 282.

Digitized by Google

318. Traditio Berahtrichi de Rinahgeuue.

816, 28. Februar. Ego in dei nomine Perahtrih dono atque trado quicquid proprie hereditatis uisus sum habere ad monasterium sancti saluatoris ubi Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore in pago Uuormazfelde in uilla quae dicitur Teinenheim id est una arialis et XIIII. iugera. insuper hec quicquid dici uel nominari potest tam uineis quam mancipiis pratis. ea uidelicet ratione ego Iburin uolo hanc traditionem firmam et incontradictam presentibus his testibus fieri cum traditione mea quicquid Perahtrih filius meus manu potestatiua tradidit ad sanctum Bonifatium. ea dumtaxat ratione ut a die presente uos uel successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Iburini qui hanc traditionem cum filio suo Berahtricho fieri rogauit. † Hrahholfi † Hartfridi † Uualtheres † Uuolfganges † Haduriches † Uuillihelmes † Heitunges † Ermanolti † Brunicho † Sigibald † Meginrat † Magolfi †. facta hec traditio II. kalendas martias anno III. regnante domno nostro Hludouuicho gloriosissimo rege Francorum. ego Libheri rogatus scripsi.

319. Traditio Engilperahti.

816. 24. März. In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Engilperaht dono atque trado in elimosinam Adalperahti ad monasterium quod dicitur Fulda ubi pretiosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore hoc est quod trado quicquid propriae hereditatis uisus sum habere de uno ambitu in loco qui dicitur Lihtolfesbah et in alio loco qui dicitur Ascfeld unam huobam in uilla Bonlant. ea uidelicet ratione ut nullus heredum et proheredum meorum hanc traditionis kartam infringere possit uosque et uestri successores firmam et incontradictam habeatis potestatem. † sign. Engilperahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † Uuihingi † Uuasmoti † Brunichen † Meginrati † Thiotolfi † Lantheres † Ualdmoti † Hruaduuini † Huochingi. facta haec traditio anno III. regnante domino nostro Hludouuico gloriosissimo rege Francorum sub die nona kalendas aprilis.

320. Kartula traditionis Herimoti de Uuormacinse.

816, 8. April. Ego in dei nomine Herimot dono atque trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam patris mei Remuinges hoc est in pago Uuormazfelde et in uilla uocata Truhmaresheim hoc est quod trado iugera X. de pratis ad duabus karradas et de uineis quod ad XX. siclis sufficit. ea uidelicet ratione ut a die presente uos uel successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † Herimotes qui hanc traditionem fieri rogauit † Haduriches † Megingozes † Babo † Geruuin † Ernust † Erhart † Burgolf † Magolf † Brunicho † Egispraht. facta hec traditio VI. idus apriles anno III. regnante Hludouuicho rege Francorum. ego Libheri rogatus scripsi.

---

318. C. 78b, 210. Hd. a. Tr. 283.
319. P. 465, I, 68. Tr. 284.
320. C. 56a, 130. Hd. a. Tr. 286.

Digitized by Google

321. Traditio Gozperahti.

Ego in dei nomine Gozperaht et filius meus Baldro donamus atque tradimus ad monasterium sancti saluatoris ubi sanctus Bonifatius corpore in sepulcro quiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum preesse uidetur id est duo mancipia Uueriuthrud et Arolf ea ratione ut in illis habeant potestatem. isti sunt testes † Gozperaht † Baldroh † Suuidger † Sturmi † Beriuger † Hruadolf † Ermanolt. facta karta anno III. regnante domino uostro Hludouuico rege Francorum mense octubrio.

322. Praeceptum immunitatis Hludouuici imperatoris et de licentia abbatis eligendi.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi Hludouuicus diuina ordinante 816, 2 Mai. prouidentia imperator augustus Cum petitionibus seruorum dei iustis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus superna nos gratia muniri non diffidimus idcirco | notum sit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industriae quia uir uenerabilis Ratgarius abba ex monasterio sancti Bonefacii martiris quod est situm in loco qui dicitur Fulda in pago Grapfeld ad nostram adiens praesentiam obsecrauit ut ipsum et praedictum monasterium cum monachis ibidem deo famulan|tibus et cum rebus uel hominibus moderno tempore praefato monasterio iuste et legaliter subiectis sicut cetera monasteria infra imperium a [1]) nobis diuinitus concessum sub nostra subsistnnt defensione et inmunitatis tuitione ita et ipsum sanctum locum [2]) sub uostra constitueremus similiter tuitione atque inmunitatis defensione | Cuius petitioni libenter aurem accomodare placuit et hoc nostrae auctoritatis praeceptum ob amorem dei et uenerationem sancti Bonefacii martyris tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium fieri iussimus per quod praecipimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate | in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones praedicti monasterii quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra dicionem imperii uostri memoratum tenet uel possidet monasterium uel in ea quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas uel freda exienda [3]) aut man|siones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes [4]) iniuste distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat sed liceat memorato abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub inmunitatis uostrae defensione quieto ordine possidere et quicquid de praedictis rebus ius fisci exigere poterat totum nos pro aeterna remuneratione praefato monasterio concessimus ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem deo famulantium perenniter proficiat in augmentis Et quandoquidem diuina uocatione supradictus abba uel successores eius de ac [5]) luce migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire potuerint qui ipsos monachos secundum regulam regere ualeant per hanc

---

321. P. 516, II, 53. Tr. 285 »coll. cum cod. mss.«, woher wahrscheinlich das Datum genommen ist; bei P. fehlt es.

322. Diese Urkunde ist in einer doppelten Ausfertigung vorhanden; A, welche ich abgedruckt habe, enthält 10 Zeilen, B 13 Zeilen Context, mit kleinerer Schrift, deren Charakter im Allgemeinen derselbe ist, obschon einzelne Buchstaben anders gebildet sind als in A. Die wohl erhaltenen Siegel sind verschieden. Die wenigen Abweichungen von B sind angegeben. Ferner bei Eb. I, 81 ab, dessen Abweichungen ich nicht aufgeführt habe. Abgedruckt H. F. II, 87, 12. [1]) *a* fehlt in B. [2]) *locum sanctum.* [3]) *exigenda.* [4]) *comman.* [5]) *hac.*

Digitized by Google

nostram auctoritatem et consensum [6]) licentiam habeant elegendi [7]) abbates quatenus ipsos monachos qui ibidem deo famulantur pro nobis coniuge proleque nostra atque stabilitate totius imperii nostri a deo nobis concessi eiusque misericordiam per inmensum conseruandi iugiter dominum exorare delectet Haec uero auctoritas ut inconuulsam obtineat firmitatem et a fidelibus nostris uerius credatur et diligentius conseruetur manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpraessione [8]) signari iussimus.

Signum (M) Hludouuici serenissimi imperatoris Durandus diaconus ad uicem Helisachar recognoui et [9]) (R) (S)

Data sexto nonas maias Anno Christo propitio tertio imperii domni Hludouuici piissimi augusti indictione VIIII. Actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

323. Conuentio inter Wolfgerum episcopum et Ratgarium abbatem confirmata a Ludouuico imperatore.

816, 2. Mai. Notum sit omnibus Christi fidelibus. qualiter secundo Wolfger episcopus et Ratgarius abbas cum clericis suis et populis conuentum fecerunt in loco qui dicitur | Rezzibach cum nuntiis gloriosissimi imperatoris Ludowici. vt pristina discordia quę suadente diabolo inter eos versabatur. ad ueram concordiam et caritatem conuerteretur. | Quod ita deo propicio fecerunt. Dedit igitur Wolfgerus episcopus cum consilio fratrum suorum suprascripto abbati sicut ei uisum fuerat de decimatione sua. sicut ipse abbas cum fratribus | suis ab eo postulauit. In primis ad ęcclesiam quę est constructa in villa vocata Mechimunil [1]). ipsam uillam et alias duas. quarum uocabula sunt. Ruchesheim. et | Wargesówe. ad Elrebach [2]) eandem villam ubi ecclesia est. ad monasterium quod uocatur Holzchircha. et uillas quinque cum ipso monasterio. et hęc nomina earum [3]). Nuwenbrunno. Helbingestat. Gundichenhusun. et in Aldereheim [4]). ipsius abbatis serui. Similiter ad Stetin. ipsius serui. In uilla quę dicitur Munrichestat. quod constat ex suis propriis aratris. acceptis seruorum suorum bonis. Simili modo in uilla vocata Romulde [5]) Ad Bunaha ubi ęcclesia edificata est. Similiter ad Tulba ubi noua ęcclesia ordinata est. ad monasterium quod dicitur Ratesdorf. cum ipso monasterio .VII. uillas. et hęc uocabula earum. Duę Taftaha. Treisfelt. Grunzenbach [6]). Geismare. Borsaha. In villa quae

---

[6]) *concessum.* [7]) *eligendi.* [8]) *impress.* [9]) *et* fehlt.

323. Die Urkunde, aus welcher der Abdruck entnommen ist, gehört der Schrift nach in das 11. Jahrhundert; das daran befindliche Siegel weicht von den beiden Siegeln der vorangehenden Urkunde ab. Copirt ist sie bei Eb. II, 120b und abgedruckt in H. F. II, 86, 11, ex veteri membrana, wie Schannat sagt. Die eigentliche Uebereinkunft zwischen Bischof Wolfger von Würzburg und Abt Ratgar, welche dieser Bestätigungsurkunde zu Grunde liegt, steht bei P. 561, II, 207, Eb. II, 118b (mit der Bemerkung »sigillata est,«) und Buch. 439 und hat folgenden Eingang. »In nomine domini nostri I. Ch. notum sit omnibus deo fidelibus qualiter *Uuolger* episcopus et *Ratgarius* abba uterque cum suis clericis conuentum fecerunt in loco qui dicitur *Rezzibah* sub die VI. kal. April. anno II. (bei Eb. fehlt das Jahr) d. Hlud. glor. regis ut pristinam cet Das Exemplar in der Buch. hat folgende Zeugen. † sign. *Uuolfgeri* episc. † *Egilulfi* presb. † *Albrichi* presb. † *Uuigolf* presb. † *Heriman* presb. † *Hagano* presb. † *Humbraht* diac. † *Orentil* diac. † *Ratgarii* abb. † *Hruodhart* presb. † *Ruofrit* presb. † *Tuoto* presb. † *Abraham* presb. † *Othbraht* presb. † *Iuncman* presb. † *Thiotleih* laic. *Sanderat* laic. † *Geraloh* laic. † *Albrih* laic. † *Sundinc* † *Uuonatmar.* Ich habe aus diesen verschiedenen Abschriften die bedeutenderen Abweichungen in den Eigennamen angegeben. [1]) E P B *Mechitamunil.* [2]) P B *Erlubah.* [3]) Es fehlt der Name der ersten Villa, bei E und B *Mulnhus* oder *Mulnhusen*; bei P. verschrieben *Nunishus.* [4]) E *Albtruteheim*; P und B *Malbdrudeheim* ohne die Präposition *in*; E 2 *Mabeltricheim* mit dem Zusatze »et decimatio secus cursum *Lizeilbah.*« [5]) P B *Rootmulti.* [6]) B *Griuzzinabah*, P *Gruzzlabah.*

Digitized by Google

uocatur Soresdorf. ipsius abbatis serui. Similiter ad Kincihe. ipsius serui. Ad cellam quę uocatur Hunifelt[7]) et cum eadem cella .VI. villas et hęc uocabula earum. Rosbach. tria Haselaha. Huniham[8]). Ad Sundheim ubi ecclesia constructa est. Ad Fleidene[9]) serui eius. Similiter ad Kinciche[10]) serui eius. Lutra. Arnebrunno[11]). Breitenbach. Ad Rore serui eius. Dietericheshusun. Frisenhusun. Hemmingeshusen et Treisbach. necnon et in omnibus villis et biuangis et noualibus quę capta et possessa sunt. ex his duabus forestis quas Pippinus et Karolus sancto Bonifatio et Sturmi abbati ad manus tradiderunt. hoc est Bramuirst. Salzuorst et per totam Bochoniam. Illud quoque conplacuit firmiterque sancitum est. quatinus omnibus in locis ad sanctum Bonifacium intra parrochiam suam pertinentibus. de curtibus. de ęcclesiis. de territoriis. de noualibus vel villis. de clericorum et ministrorum prediis et beneficiis. de lidis. triduanis. liberis. colonis. sclauis et quicquid huiusmodi est. absque omni contradictione abbati decimę ab apostolicis pontificibus concessę et ab imperatoribus et ab antiquis regibus confirmatę permaneant. nec episcopus vel ipsius clerici vllam in his exigendi exerceant ulterius potestatem. Preterea confirmatum est. vt si a successoribus utriusque sopitę discordię aliquid emerserit. ad audientiam imperatoris illo tempore monarchiam gubernantis deferatur. quo mediante terminetur. Predictę conuentioni interfuerunt Meginholdus et Truandus legati Ludevvici imperatoris gloriosissimi missi a latere ipsius. qui vicaria potestate eiusdem predictam conuentionem tam ipsi quam predicti episcopus et abbas eandem conuentionem confirmauerunt et confirmatam ad presentiam eiusdem Ludevvici piisimi imperatoris ipsis presentibus detulerunt. Ego uero Ludewicus Romanorum imperator et semper augustus petentibus utrisque predicto episcopo et abbate ex consensu et uoluntate principum imperii hanc conventionem ratam haberi decreui. et ut in posterum sine controuersia permaneat. sigillo anuli nostri confirmaui. Signum domni Ludewici (M) pii et invictissimi imperatoris Romanorum. Signum Egilolfi. †. Signum Alberici. †. Signum Orentili. †. Signum Otperti. †. Signum Gerlahi. †. Signum Rutfridi. †. Signum Hunberti. †. Signum Alberici. †. Signum Meginboldi. †. Signum Truandi. †. Data .VI. non. Mai. anno deo propicio .III°. imperii domini Ludewici imperatoris. Actum Aquisgrani in palatio regio. (S.)

324. Concambium inter Ludewicum imperatorem et Ratgarium abbatem.

Nouerint Christi fideles quod ego Ratgerius abbas fuldensis ęcclesię concambium utile et oportunum nostrę ęcclesię iniui cum Ludewico imperatore augusto. Dedi ei locum circa Renum situm longe remotum a nobis. Ibistat nuncupatum. quem pater eius Carolus tradiderat nobis. et recepi ab eo cum consilio fratrum nostrorum tres uillicationes. unam in Vahche. alteram in Geisaha. terciam in Spanelo. Preterea supplici prece obtinui ab eo. ut preceptum suum faceret super easdem commutationes. et confirmaret eas nostro monasterio. ne ullus in posterum nobis aliquam uel controuersiam uel iniuriam iniuste irrogaret. de his bonis tam iuste et tam rationabiliter ad nos respicientibus. Quod et fecit et sigillo suę imperialis dignitatis cartam inde conscriptam insigniri precepit.

---

[7]) B *Huniofeld.* [8]) P B *Hunicham.* [9]) E *Fliedeni* P *Fledinu* B *Fliedinu.* [10]) B *Kinzzihkih.* [11]) P B *Arinabrunnun.*

324. Eb. I, 117 b. Tr. 287.

Digitized by Google

325[a]. Concambium inter Ludouuicum imperatorem et monachos fuldensis monasterii.

817, 4. Aug. . . . . iustum esse constat ut regalis atque imperialis potestas his tuitionem atque defensionem exhibeat . . . . . | (1 Z.)

. . . . . ad effectum perducat quorum fideli famulatu manifesta deuotionis obsequia demonstratur Idcirco notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum | (2 Z.)

. . . . . [nuncu] patum Bingenheim habentem iuxta estimationem plus minus mansos LXXXVII. sitos in pago Uuetereiba quemadmodum eosdem mansos Burchardus in bene | (3 Z.)

. . . . . adiacentiis et appendiciis suis uel quantumcumque ad eosdem mansos moderno tempore iuste et rationabiliter aspicere nidetur totum et ad integrum fuldens. . . . . | (4 Z.)

. . . . . sunt. Horaheim et Stetdi habentes inter utrasque plus minus mansos XXXVIIII cum fonte ad salem faciendum quantumcumque eorum portio ibidem est et cum silua | (5 Z.)

. . . . . qui dicitur Helisa mansellos duos cum uineis in quibus potest colligi de uino carradas sex et molinum unum Nos itaque mansos in praedictis locis quantumcum | (6 Z.)

. . . . . molendinis. exitibus et . . . . . adiacentiis et appendiciis suis quemadmodum nos . . . per cartulam traditionis delegauimus. Praecipien | (7 Z.)

. . . . . tem liberali manu concessimus inquietudinem facere uel undecumque calumniam ingerere praesumat sed liceat nostris et futuris ac perpetuis temporibus prae | (8 Z.)

. . . . . omnibus potiantur arbitrio Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae per futura tempora inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem | (8 Z.)

. . . . . uicem Helisachar recognoui et (R)
. . . . . im palacio regio in dei nomine feliciter amen.

325[b].

Ludewicus diuina prouidentia rex Francorum et Romanorum imperator augustus omnibus Christi suisque fidelibus. Cum iustum esse constet ut regalis atque imperialis potestas his tuitionem atque defensionem exhibeat per quorum necessitates dominus postulari comprobatur. tum

---

325a. Diese Originalurkunde dient als Umschlag zu folgendem Buche: »Psalmi vespertini — compositi a Georgio Arnold — sumptibus Jo. Eliae HöfflingBambergae. Litteris W. E. Felseckeri 1663.« kl. fol. Hieraus ergiebt sich, dass Schannat trad. 299 Anm. Unrecht hat, wenn er behauptet, die Vernichtung dieser Urkunde sei geschehen »crasso illo ignorantiae aevo, quando Trithemius etiam in vicina Hersfeldensi abbatia canes venaticos cum diplomatibus hinc inde discurrere vidit.« Was noch lesbar ist, habe ich mitgetheilt; die Lücken wird man zum Theil wenigstens aus der wie gewöhnlich veränderten Abschrift Eberhard's ergänzen können.

325b. Eb. II, 18b, mit der Randbemerkung: sigillata fuit. Tr. 299.

Digitized by Google

non minus ęquitatis ordo uidetur exigere ut his eadem p[illegible]tia libentius aurem comodet et eorum peticiones ad affectum perducat. quorum fideli famulatu manifesta denotionis obsequia demonstrantur. Idcirco notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum prudentię presentium scilicet et futurorum qualiter suggerentibus atque petentibus dilectissimis fratribus nostris fuldensis monasterii monachis locum proprietatis nostrę Bingenheim [1]) nuncupatum. habentem iuxta estimationem plus minus mansos .C.LXXX.VII. sitos in pago Wetereiba. quemadmodum eosdem mansos Burchardus comes in beneficio habuit. cum domibus edificiis. terris cultis et incultis. uineis. siluis. pascuis. pratis. aquis. aquarum decursibus. molendinis. exitibus et reditibus. uel omnibus adiacentiis et appendiciis. et quantumcunque ad eosdem mansos moderno tempore iuste et rationabiliter pertinere uidetur. totum et ad integrum fuldensibus fratribus in honore sancti Bonifacii dedimus in perpetuam proprietatem. eo pacto ut nostri sint memores apud deum. Sed et illi nobis de rebus suis dederunt iuxta fiscum nostrum Franchonfurt quasdam proprietates in uillis quarum uocabula sunt Horheim et Stetine. habentes inter utrasque mansos XXXVIIII. cum fonte ad salem faciendum. quantumcumque eorum portio ibidem est. et cum silua communi. quę omnia sunt in pago Nithehgou super fluuium Nita. necnon et iuxta Bingam uineam unam. ubi potest colligi uinum ad duas carradas. et ultra Renum in loco qui dicitur Helise mansellos duos cum uineis. in quibus potest colligi uinum ad sex carradas. Nos itaque mansos in predictis locis quantumcunque eorum possessio moderno tempore est totum et ad integrum cum domibus edificiis. terris agris cultis et incultis. uineis. pratis. siluis. pascuis. aquis aquarum decursibus molendinis. exitibus et reditibus cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis. quemadmodum nos eis ad perfruendum per cartulam traditionis tradidimus. ita stabile esse uolumus. Precipimus ergo ut nullus hominum predictis fidelibus nostris fuldensis monasterii fratribus de rebus prescriptis quas eis de nostro proprio in eorum proprietatem libera manu concessimus aliquam iniuriam facere presumat. sed liceat nostris et futuris temporibus predicta bona eos quieto ordine tenere et possidere et in suę possibilitatis et utilitatis libitum deriuare et nihil umquam aliud nisi ad communem utilitatem inde statuere. Et ut hęc nostrę preceptionis et traditionis auctoritas per futura tempora inuiolabilem obtineat firmitatem hanc cartam inde conscribi et anulo nostro signari iussimus.

Signum Ludowici imperatoris augusti et pii.

Datum II. [2]) non. aug. indictione X.

Actum Inglinheim palatio.

326. Traditio Vodilrichi.

Ego in dei nomine Vodilrichus dono atque trado in elimosinam sororis meae Attun 817.
ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifacius corpore praeclaro requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas praeesse monachorum pius pastor uidetur hoc est quod trado tantum mancipia et haec nomina illorum Gerfrit Uuillihilt Huothelm Leobgart Helubrant Engildrut Albuuin Hruodhilt Bangarat Leobhilt Hiltirun Uuolfheri Gerlaug Eburuuin Hiltisuuind Uuanburg Hiltiburg Gundhram Suabolf

---

[1]) Darüber von späterer Hand: *et echecila*, was Schannat in den Text aufgenommen hat. Das Original erkennt jedoch diesen Zusatz nicht an; auch spricht gegen ihn der Singular locum — nuncupatum. [2]) Schannat hat unrichtig IV.

326. P. 661, II, 208. Tr. 288.

Digitized by Google

Macho Theotolf Theoting Thrudmund Herisuuind Rathilt Uuihdiu Hruadfrid Reginolf Dancharat Theotlind Boti. ea uero ratione ut per uestram praestariam illa ad uitam meam possideam. post obitum deo uolente meum uos uel uestri secutores illa meliorata atque multiplicata habendi fruendi habeatis nullo contradicente potestatem. acta karta traditionis in monasterio Fulda anno IV. regni domini Hludouuichi gloriosissimi regis Francorum. † sign. Ezzilo † sign. Uuihing † sign. Uualtgoz † sign. Merboto † sign. Amalrih † sign. Freholf † sign. Marcolt † sign. Altroh † sign. Arnuuis † sign. Gebo † sign. Liuuiho † sign. Uuerdant † sign. Adalhoh † sign. Hitto † sign. Gerbraht † sign. Erchanbraht † sign. Hunrih.

327. Traditio Gerboten.

Ego in dei nomine Gerhoto dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus ac preciosus Christi martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum preesse uidetur hoc est quod trado X. iugera in campis et Friderat et filiam eius et unam aream. ea duntaxat ratione ut uos et successores uestri a praesente die in omnibus habeatis potestatem. facta traditionis karta pridie kalendas aprilis. † Gerboten qui hanc traditionem fecit † Germen † Egilharti † Botonis † Hugibaldi † Gerbranti † Engilperahti † Suuidgeri † Helpfrichi † Haidungi.

328. Kartula traditionis Nandheres de Teinenheim.

Ego in dei nomine Nandheri trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore requiescit et ubi uir Ratgarius abbas uenerabilis pastor multitudini monachorum uidetur [preesse] traditumque in perpetuum esse uolo hoc est in loco Teinenheim et in pago Uuormacinse id est uineas et unam partem ariali et istis testibus firmaui. † Gerolt † Theothart † Biricho † Adalhoh † Ratpraht † Cunipraht † Adalolf † Geginheri † Albrat. et iterum testes uestitionis † Blidger † Ratpraht † Helmrih † Helfrih † Eburhelm † Siggo † Uualdleih † Erhart † Altpraht † Folepraht † Amanolt † Rihhart †.

329. Traditio Muotheri.

In Christi nomine ego Muotheri dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda corpore quiescit ubi Ratgarius abbas turbae monachorum pius pastor uidetur in uilla Huntesfeld et in Ascfeldono marcu duo mancipia Leobrat Leobmuot. in ea uero ratione ut ab hac die praesente uos et successores uestri liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. et isti sunt testes. Muotheri Suuitbot Hruadperaht Amalperaht Gerbraht Eggiolt Rohing Liutheri Uuenilo Uuenito Uueringer Uuighelm Reginfrid Sandrat Theotpraht Egilolf Friduuuin Rihhart Rathelm Selimuot Reginboto Nandheri Hartrat.

---

327. P. 456, I, 34. Tr. 291.
328. C. 52b, 117. Hd. a. Tr. 290.
329. P. 477, I, 108. Tr. 292.

Digitized by Google

330. Traditio Sindrohi Friduuuini et Folcmari.

Ego in dei nomine Sindroh Friduuuin et Folcmar pro remedio et salute animarum nostrarum donamus atque tradimus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hratgarius abbas preesse uidetur hoc est quod tradimus quatuor mancipia. Egilolf cum sua hoba extra aream et cum toto elaboratu eius. et Gereloh. Ata cum filio et cum elaboratu suo et dimidiam partem quicquid proprietatis Lindroh habuit extra unam aream et extra duorum seruorum huobas in pago Ascfeld et in ipsa uilla et in ipsa marca. ea duntaxat ratione ut a praesente die uos et successores uestri firmissimam in omnibus habeatis potestatem. † Friduuuini et Folcmari qui hanc traditionem fecerunt. † Gerbrat † Egino † Conduperaht † Unolfboto † Egino † Germo † Utto † Meginrat † Ermanolt † Heriboto † Hruadgeri.

331. Traditio Bernes.

In Christi nomine ego Bern dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas turbae monachorum pius pastor uidetur in uilla Scuntru et in marcu Uuintgrabono quicquid proprietatis habeo in ea uero ratione ut a die praesente uos successoresque uestri liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Bernes qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † Suuitbot † Hruodperaht † Amalbraht † Gerbraht † Eggiolt † Rohing † Liutheri † Uucnilo † Ualafrid † Reginfrid † Sandrat † Theotperaht † Egilolf.

332. Traditio Ercanperahti.

Ego in dei nomine Ercanperaht dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius requiescit et uir uenerabilis Ratgarius abbas uidetur hoc est quod trado in Kizzehero marcu unius capturae partem meam quae mihi ibidem contingit et unam partem unius loci quem nominamus fahstat. et hoc traditum sit nullo contradicente. isti sunt testes. Ercanperaht Reginrot Amalperaht Liutheri Irminperaht Eggiolt Gerperaht Nahhad Sandarat.

333. Traditio Lustrate.

Ego itaque in dei nomine Lustrat cogitans pro redemptione animae meae ut et in futurum delictorum meorum ueniam consequi merear dono atque trado ad sanctum Bonifatium uenerabilem Christi martyrem fuldanensi monasterio quiescentem ubi uenerabilis uir Ratgarius abbas deo gubernante multitudini monachorum pius pastor preesse uidetur tria mancipia iure hereditario

---

330. P. 478, I, 109. Tr. 293.
331. P. 460, I, 49 und ein Summarium 452, XII. Tr. 294.
332. P. 455, I, 30. Tr. 296.
333. P. 459, I, 44. Tr. 297.

Digitized by Google

paternaque donatione accepta et materna sicut iam dictum est in elimosinam meam ad supradictam ecclesiam trado ea quidem dispositione ut et ego illis usquedum huius uitae curricula patior ad sustentationem per uestram precariam fruar. haec nomina eorum Thaneolf Folrat Atta. post obitum ergo meum supradicti martyris custos illa supradicta mancipia habendi uel possidendi incontradictam in omnibus habeat potestatem. sed ut traditio haec firmior habeatur fidelium testimonio eam firmare uel manumissoribus studui. † sign. Lustrate qui hanc traditionem manu potestatiua fecit. † Amalperaht † Eggiolt † Liutheri † Theotuuig † Uuerinhart † Egino † Uurmheri † Neribraht † Theoleih † Burgeo.

334. Traditio Mahtolfi.

In dei nomine ego Mahtolf dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requieseit et uir uenerabilis Ratgarius abbas monachorum turbae pius pastor uidetur traditumque in perpetuum esse uolo hoc est in loco Hlutahu et in pago Salageuue id est dimidiam partem hereditatis meae in siluis et terris ea ratione ut nos firmam habeatis potestatem. facta karta traditionis in monasterio Fulda. † sign. Mahtolfi qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † Rathades † Anuloni † Glauperahti † Mahtrati † Meginharti † Hartperahti † Asgeri.

335. Kartula Edrammi et Uualtrata.

Ego in dei nomine Edram et coniux mea Uualtrat donamus atque tradamus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium et ad monasterium quod dicitur Fulda ubi uenerabilis Ratgarius abbas preesse uidetur. hoc est quod tradamus quicquid proprietatis habere uideremur in uilla nuncupata Longastesheim id est terris domibus aedificiis campis siluis pratis pascuis aquis uineis aquarumque decursibus totum et integrum. id est ariolas .III. in parte australi habet ad sanctam Mariam ad occidentem partem Adalpraht ad orientem uia publica et aqua. et ad Grauuolfesheim unam hobam cum mancipiis XII. Hruoduuin Reginleib cum filiis suis. Nissibald Vosuuih cum filiis suis. Ata Engilolf. † Ediram et Uualtrat qui hanc donationem fieri rogauerunt. † Heimpraht † Albuuin † Bliduuin † Reginolt † Isanpraht † Helpholf † Hunpraht † Adaluuin † Sigifrid † Eggihart † Rantolf † Egilpraht † Erhart † Batucho †.

336. Traditio Theotgeres.

In dei nomine ego Theotgerh trado Ratgario abbati acceptionem ab eo unius caballi et unius scuti addita lancea propriam ancillam meam nomine Uuanburg et iterum pro remedio et salute animae meae et coniugis meae liberorumque meorum trado ad sanctum Bonifatium totum

---

334. P. 461, I, 54. Tr. 295.

335. C. 61a, 142. Hd. a. Tr. 405. Schannat hat den Namen *Ratgarius* verändert in *Rabanus* und am Schlusse statt der Zeugen, welche er weggelassen hat, ein Datum hinzugesetzt, welches in der Handschrift nicht steht.

336. P. 520, II, 68. Tr. 219.

Digitized by Google

elaboratum supradictae ancillae id est Uuanburg ita ut nihil eorum quae possidet omnino exceptum relinquo. † sign. Brunoni monachi cancellarii qui hanc kartulam traditionis rogatus scripsi et testibus subter firmaui † sign. Theotgeres qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † Friduhelm † Reginhart † Dauid † Hugibald † Ernust † Herimar † Suuidger † Reginolt.

337. Kartula Albsuuinda de Uuormacinse.

In dei nomine ego Albsuuind cogitans pro remedium anime meae ideo trado in meam elimosinam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda uineam unam et unam hobastat in Mogontia ciuitate quam mihi mater mea tradidit quae iacent a muro ciuitatis usque in publicam uiam inter ecclesiam Scottorum et monasterium quod dicitur antiquum. ea ratione ut haec karta firma sit. † Albsuuindae qui hanc kartam fieri rogauit † Beranger † Ermonolt † Uuegalenzo † Heitung † Brunicho † Otgrim † Arnuuis † Reginfrit † Inguheri †.

338. Kartula Uuolfgeri et Albgeri.

Dominus ac redemptor noster dei filius per euangelium suum admonet dicens date elimosinam et ecce uobis omnia munda fiunt. ideo ego Uuolfger et Albheid pro redemptione anime nostrae tradamus atque donamus ad sanctum Bonifatium unam arialem et domum in uilla quae uocatur Oppenheim in pago Unormazfeldae et octo partes uineas. in una parte habet sanctus Nazarius in III. parte habet Uuolfheid ab austro ab occidente sanctus Nazarius et octaua pars contigit in ualle quae uocatur Theonesturt. isti sunt testes. † Hadurih † Eburhelm † Starcrat † Hrihhat † Siggo † Uualtleih † Batucho † Heriuuin † Erhart † Ualtheri.

339. Traditio Hiltiboldi.

Ego in dei nomine Hiltibald dono atque trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi dimidiam partem unius capturae in silua Bochonia ab occidentali parte Fliedinu. ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri firmam habeatis potestatem. † sign. Hiltiboldi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit et Gerbaldi filii eius † Hiltiboldi † Sindgeri † Purgolfi † Masso † Folcperahti † Geruuini † Helidperahti † Ernusti.

340. Traditio Hruadalohi.

Ego in dei nomine Hruadaloh dono atque trado traditumque in perpetuum esse uolo ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam et patris mei et matris quicquid mihi hereditauerunt

---

337. C. 62b, 145. Hd. a. Schannat trad. 560 hat die Schenkung um das Jahr 920 gesetzt, weil in dem Necrolog unter dem Jahre 936 eine *Albsuuind laica* aufgeführt wird; aber dies braucht ja nicht dieselbe Person zu sein.

338. C. 62b, 147. Hd. a. Tr. 271. Das Datum, welches Schannat hinzugefügt hat, steht nicht in der Handschrift.

339. P. 456, I, 32. Diese und die folgenden Urkunden bis zum Jahre 818 fehlen fast sämmtlich bei Schannat; ich habe sie hier eingereiht, da sie im Cartular und bei Pistorius zwischen Urkunden aus der Zeit Ratgar's und aus noch früherer Zeit stehen.

340. P. 457, I, 38.

Digitized by Google

parentes prope transitum fluuii Chinzicha in loco qui dicitur Egihelmeshus id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum nomina haec sunt. Maghelm Theotheri Uuillirih Vodilfrit cum omni eorum suppellectili et sumptu sicque trado ut haec traditio firma et incontradicta ab ulla humana persona maneat perenniter ut nullus eam ualeat per uim aut per fraudem aliquando irrumpere. isti sunt testes. Arfrid Reginger Managrat Uuanbernhelm Hludhart Hrenuing Ercanfrid Epco Gisalfrid Uuinirate Altrat Hruadbero Amalger Arnhelm Starcfrid Heido Otram Reginfrid Hagund.

341. Traditio Ratfridi et Rosmote.

Dominus ac redemptor noster dei filius admonet dicens date elimosinam et ecce omnia munda sunt uobis. ideirco ego Ratfrid et uxor mea Rosmot in dei nomine damus pro animae nostrae remedio donatumque in perpetuum esse uolumus per hanc kartam traditionis nostrae ad monasterium quod dicitur Fulda quicquid ibidem in uilla marca Cuuticha et Ohemesstat ad praesens de alode parentum et qualibet ex causa ad me noscitur peruenisse tam terris domibus aedificiis duo mancipia haec Herimot Helpfrih et ariales cum domibus et aedificiis de terris hobas tres de pratis karradas quinque pascuis campis siluis aquis aquarumue decursibus quicquid dici aut numerari potest totum et ad integrum ad praefatum monasterium Fulda in elimosinam nostram uolo esse ad sanctum Bonifatium donatum atque firmatum. † sign. Ratfridi et uxoris eius Rosmote qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt. † Hruadheri † Bernhart † Ato † Heidenrih † Voto † Herifrid † Thuring † Einhart † Helmfrid † Rihbald † Ehinolf † Notger † Mahtuuini † Nending † Heriuuart † Uualtger.

342. Traditio Uuitmari.

In dei nomine ego Uuitmar mediam partem hereditatis meae in uilla Haholfesbach trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam et coniugis meae id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis. ea uidelicet causa ut per uestram precariam illud filius meus Liutmar possideat usque ad obitum uitae suae. post obitum uero eius uos et successores uestri in elimosinam meam et ad utilitatem uestram firmissimam in omnibus habeatis potestatem.

343. Traditio Uuerinharti.

In dei nomine ego Uuerinhart et Uualtrat tradimus ad sanctum Bonifatium unum iugerum sex uirgarum latum XXX longum ita ut ex hac die uestrae subiaceat potestati. † Berichoni † Leidrati † Hattoni † Berngeri † Hruadmoti † Angandeo † Unarg † Uuinigeri † Hruadperahti.

---

341. P. 460, I, 47. Diese Urkunde steht Tr. 365, aber unter dem Jahre 824.
342. P. 460, I, 48.
343. P. 462, I, 55.

Digitized by Google

344. Traditio Hadaburge.

In dei nomine ego Hadapurg ancilla dei cogitans pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad reliquias sancti saluatoris et sancti Bonifatii martyris ipsius quiescentis in monasterio Fulda quicquid habeo ex propria hereditate in pago Salageuue et in ipsa marca et immunitate Hamalunburg et in uilla nuncupata Thiofbach hoc est domibus aedificiis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus arialis necnon et totum elaboratum meum et haec nomina mancipiorum Otgis Otbirg Thiotbirg Ratbirg Ratburg Rihburg Thiotsuuind Uuil[illegible] limar Rihmuot Reginperaht Egibraht Perahthrud Oticha Cunibraht Rihbraht Otthrud Altuuin Theotuuin Meginliub Thiotmunt Heisthilt Eburhart Uuillithrud. et isti sunt testes. † sign. Hadaburge quae hanc kartam traditionis fieri rogauit † Theotuuig † Rihhart † Uuenilo † Uuerinhart † Uurmheri † Uuolfboto † Egilhart † Nendicho † Ueltrih † Uuighelm † Altman † Gebauuin † Gerbraht et item Gerbraht † Huto † Leibung † Hruaduuin. Brun monachus cancellarius hanc kartulam scripsit et superscripsit.

345. Traditio Hruadmotes.

Ego in dei nomine Hruadmunt dono atque trado ad sanctum Bonifatium quicquid Uuitrih mihi manu potestatiua tradidit ad sanctum Bonifatium tradendum in elimosinam suam hoc est in pago Salageuue in uilla quae dicitur Tulba unam arialem ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et secutores uestri firmam et incontradictam habeatis potestatem. † Ruadmotes qui hanc traditionem fecit. † Uuolfharti † Brunichen † Helpfrichi † Hruodolfi † Asolfi † Hruadolfi † Uuagheres † Thruanti † Eginen † Folcgeri † Irmingeri † Reginperahti.

346. Traditio Mahtgeri et Riholti.

In dei nomine Mahtger et Riholt donamus atque tradimus ad sanctum Bonifatium in elimosinam Arnolti in pago Salageuue in terminis uillae quae dicitur [1]) . . . . . V. iugera. ea uero ratione tradimus ut a die praesente uos et successores uestri firmam habeatis potestatem. et isti sunt testes qui hoc audierunt et uiderunt. † sign. Friduuuin Altduring Eginot Otbrahti Eggiolt Buricho Eliuuin Theotfrid Hruodfrid Arnhelm Eburmunt Nendicho.

347. Traditio Ratolfi.

Ego in dei nomine Ratolf dono atque tradu traditumque in perpetuum esse uolo ad sanctum Bonifatium in elimosinam Ilinun quondam coniugis meae in pago Ascfeldom et in uilla eiusdem nominis unum pratum quod a die praesente uestro fiat dominio subiectum tam

---

344. P. 462, I, 58. Tr. 218 unter dem Jahre 811.
345. P. 465, I, 69. Tr. 343.
346. P. 475, I, 100. [1]) Der Name fehlt.
347. P. 478, I, 110.

Digitized by Google

firmiter ut nullus contradicere ualeat. et isti sunt testes huius traditionis Ratolfi qui hanc kartam traditionis fieri rogauit. † Amalberhti † Eggiolti † Suuarzmanni † Amanolti † Sigibrahti † Hruadprahti † Theotrichi † Uuarolfi † Ermanolti † Otuuini.

348. Traditio Engilperahti.

Ego in dei nomine Engilperaht dono atque trado ad sanctum Bonifatium quinque iugera de araturia terra hoc est quod trado in Ascfeldom marca ea ratione ut a die praesente uos et successores uestri firmam accipiendi habendi habeatis potestatem. † Engilperahti qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † sign. Ernusti † sign. Uuasmoti † sign. Theotolfi † sign. Hludumari † sign. Asiloni † sign. Libuuini.

349. Traditio Reginperahti.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Reginperaht dono atque trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi XXX. iugera in elimosinam Prossen et Hruadun quae ab illis mihi tradita fuerunt hoc est in pago Uuerangeuue in uilla Grasetelli. ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri incontradictam ab omni persona habeatis potestatem. † Reginbrahti qui hanc traditionem fecit † Berichen † Uuerdantes † Vodalriches † Boten † Brunuuartes † Germen † Eginen † Buoben † Amalgeres † Matichen † Uualthriches. Libheri scripsit.

350. Traditio Sigimunti.

In dei nomine ego Sigimunt pro remedio et salute animae filii mei defuncti Rantuuiges X. iugera ex mea propria hereditate dono atque trado ad sanctum Bonifatium in uilla Muotinesheim in Uuerangeuuono marcu ita ut ex hac die et deinceps firmiter et incontradicte uestrae subiaceant potestati. † Dranonis [Brunonis?] monachi qui hanc kartam traditionis rogatus scripsi et testibus subter firmaui. † sig. Sigmunti qui hanc kartulam traditionis rogauit † Uto † Tuoto † Hugibold † Heitung † Otgrim † Ernust † Egino † Uuitrih † Herimar † Hiltiger.

351. Traditio Hruadgozi.

Ego itaque in dei nomine Hruadgoz tibi fratri meo Megingoze manu potestatiua dono tradoque quicquid paterna haereditate atque iure proprietatis mihi contingit in uilla et in compitis nuncupata Tungide hoc est tam terris quam siluis campis pratis pascuis aquis arialibusque quicquid dici sicut iam dictum est et nominari potest. quam enim traditionem fidelibus

348. P. 478, I, 111.

349. P. 479, I, 115.

350. P. 479, I, 116. Schannat trad. 530 setzt die Urkunde um das Jahr 889, indem er sie mit der Schenkung eines andern Sigimunt verbindet und beide Donatoren für eine und dieselbe Person hält.

351. P. 480, I, 118.

Digitized by Google

conabor testibus confirmare ne iterum sit necesse tandem traditionem nouis renouare subscriptionibus. † Hruadgozi qui hanc traditionem fecit † Ribperaht † Burgunart † Hraban † Bozo † Nanduuin † Ortuuin † Geoperaht † Theotperaht † Uuitger † Utto † Eburharti † Reginuuart † Sigifrid † Brozo † Altman † Uueris † Graman † Catto † Liuto † Reginperaht † Meginheri † Otgis † Suuidgero † Bernger † Egibraht † Megingoz † Beongoz † Otperaht † Ratperaht † Uuatto † Ecco † Mennisco † Elphilt cum filiis suis.

352. Traditio Adalmanni.

In dei nomine ego Adalman dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium in marcu Geltresheim XXX ingera. XV iam stirpata et ad arandum in planitiemque campi parata et alia XV adhuc siluis occupata. ita scilicet ut per uestram praestariam illa quae sunt ad arandum parata possideam ad uitam meam alia uero nemoribus adhuc sita a die praesenti in uestram transeant dominium postque obitum meum cum omni integritate omnium simul liberam in omnibus habeatis potestatem.

353. Traditio Gerleibes.

In dei nomine ego Gerleib dono atque trado ad sanctum Bonifatium quicquid mihi Saxo pater meus tradendum ob salutem ipsius animae et patris eius Gerleibes in Zuisgenfaccho hoc est arialis terris siluis aquis pratis et totum quod pertinet ad illa loca in illis supradictis uillis in Zuisgenfacchon in Fahhonoro marcu positis. † sign. Gerleibes qui hoc tradidit. † Otrih † Herolt † Reginuuart † Erlicho † Sigibald † Haguno † Hiltrih † Theoto.

354. Traditio Vodalheres.

In dei nomine ego Vodalheri in Herifathorpfe extra uetera prata et extra tres laboraturas siluae quas nos dicimus thriurothe trado in elimosinam meam sancto Bonifatio tres uirgas houasteti in latum et dimidiam partem quicquid ibidem mihi contingit et in Hoitine Izzenheim Uuagenhusum quicquid Gerratu in partem euenit in boreali plaga supra dictae uillulae sic trado traditumque in perpetuum esse uolo mihi et matri meae ad retributionem aeternam. actum in monasterio Fulda die XXVI. mensis martii.

355. Traditio Perahtolfi.

Ego in dei nomine Perahtolf una cum socio meo nomine Otleih et cum uxore eius nomine Abarhilt donamus omnia quae habemus ad ecclesiam beati Bonifatii martyris pro salute

---

352. P. 516, II, 54.
353. P. 520, II, 69.
354. P. 522, II, 78.
355. P. 523, II, 79.

Digitized by Google

animae nostrae et quicquid deinceps elaborare poterimus seu in agris seu alia pecunia. et nunc hodie tradimus terram quam habemus in uico nuncupato Geltheresheim cum campis et siluis pratis aquis et in omnibus fruibus eiusdem uici. similiter inter seruos et ancillas XII. et porcos XL. et inter boues et uaccas capita XXVII. et caballos duos et domus nostras et quod in domibus habemus in immobilibus et mobilibus omnia in omnibus damus ad ecclesiam supra scripti beati Bonifatii.

356. Traditio Maruuizi.

Maruuiz tradidit Prungero mancipia XIII. quorum nomina haec sunt. Ruaduuart Heriuuart Altolf Sigur Geruuin Thanburg Uuilliquema Uuillihilt Meginhilt Muotlaug Nerihild Theotlind Eburuuin ea ratione ut ille rursum ea ad sanctum Bonifatium in elimosinam illius traderet. et haec traditio curam testibus infra nominatis facta est. Liuicho comite. Husuuart Adalfrid Erpfperaht Ruadi Liutperaht Folcmar Sturmi Uualtheri Herman Megingoz Uerinperaht Uuolfolt Lantperaht Theotperaht Snelmuot Herolt Uuasgo Alphart Fumo Gundperaht Haduperaht Engilperaht Uuilliboto Theothart Burghart Sullo.

357. Traditio Harpfae.

Haec mancipia tradidit Harpfa. Uuolfmunt Suuidperaht Ruadger Helmrih Engilrih Theotrih Ercantheo Ruadperaht Uuan Theoleih Uuigger Helidmar Leobsun Friduuin Leobman Horscolf Uuillolf Vodalhilt Baldsuuind Bero Tata Uuillifrid Reginhart. similiter in istis uillulis subter nominatis Ostheim Sundheim Uuestheim Elspa extra unam arialem.

358. Traditio Randolfi de Uuormacinse.

In dei nomine ego Randolf mea quae laboraui trado pro animam meam ad monasterium sancti Bonifatii et post obitum meum Uuolfhah filius meus seruus uester habeat illud in uestram licentiam. id est de uineis .II. iugera et IIII. iugera ad arandum et duas ariolas in quibus habitemus ego et filius meus et de pratis ut crescere queunt karradas VII.

359. Traditio Ercanrati.

Ego in dei nomine Ercanrat trado ad sanctum Bonifatium mancipia X. his nominibus Theotbirg et Uuillicoma cum filiis eorum VIII. ea ratione ut per singulos annos supra nominata mancipia reddant ad sanctum de cera .IIII. denarios usque dum uiuant et postea filii eorum. † Otacar † Ehurachar † Gerhart † Hruodhart † Milo † Adalhart † Rinolf † Albhart † Uuilliman † Irling.

---

356. P. 525. II, 87.
357. P. 525, II, 88.
358—376. C. 65b ff. 163—181. IId. a.

Digitized by Google

360. Nomina traditorum quorundam de Tienenheim.

Hec sunt nomina uirorum qui suas uineas tradiderunt in Dienenheim ad sanctum Bonifatium id est Betto Einhart Uuolfhart Irminger et de istis uineis debent ad sanctum Bonifatium tres partes et quarta pars ad Ascaro hereditatem.

361. Perahtrati.

Ego in dei nomine Berahtrat trado ad sanctum Bonifatium mancipia VIII. his nominibus Regiudrud Uuillisuuind Gundila Liutger Uuillimar Hiltram Hruodsuuind Uuilliberg. ea ratione ut hec habeam ad uitam meam. post discessum meum filius meus hec habeat similiter ad suam uitam in istum censum ut per singulos annos soluat denarios .IIII. post obitum amborum rectores monasterii sancti Bonifatii firmam in omnibus habeant potestatem. isti sunt testes. † Uuigrih iudex † Erhart † Amalfrid † Liudolt † Gebahart † Gerheri † Herifrit † Hatto † Uuolfmar † Fruirat † Uuaning † Anspraht † Enhart † Uuillung † Ratolf † Gundulbert.

362. Adalbirge Vodalbirge Gersuuinde et ceterarum.

Adalbirg Vodalbirg Gersuuind Megiburg Heriauuind. hec sunt nomina testium. † Otacar † Hadurih † Gisalurit † Hruodolf † Liutfrit † Siggo † Theotfrit † Erhart † Rubo † Lantpraht † Theotram † Madalger.

363. Hiltun.

Hiltun tradidit omnem elaboratum siue adquisitum tam de pecodibus quam de utensilibus siue de uariis suppellectilibus seu de ministeriis ecclesiasticis .i. cruces et capsellas et altaris ornamenta et uestes sacerdotalias et libros et unum puerum nomine Theotiug.

364. Ercanbaldi.

Ercanbald tradidit in Sauuilenheimero marcu unam coloniam et in ea trea uineas et unam cistellam et quicquid in ea est de auro et argento et unum casatum seruum cum omni elaboratu suo et per singulos annos debet ad censum donare duos denarios.

365. Folcrichi.

Folcrih tradidit in Crufthero marcu iugera duo.

366. De nauigio ad Dienenheim.

Isti sunt testes de illo naute et de illo debito ad Dienenheim et de illa statera. † Hruodpraht comes † Zezzo † Uualuram † Hadurih † Fricco † Iburiu † Buobo † Bernheri † Uuituram † Uuarman † Hruoding † Brunicho † Uualdolf † Hroccholf † Ercanpraht † Siggo † Starcrat † Vodilheri † Erbio † Liuicho † Morino † Folcpraht. iati habent hereditatem in Dienenheim.

Digitized by Google

367. Megingozi.

Megingoz qui hec tradidit ad sanctum Bonifatium † Vodalpraht † Hadurih † Gundram † Uuigrih † Ercanpraht † Rantuuig † Gerpraht † Reginolf † Leidrat † Ercanpraht † Geuuiman † Vodalpraht † Crieholf † Immo † Sigifrit † Erluuin † Folcrat † Adalpraht.

368. Uuilligarte.

Uuilligart tradidit in Arahesheim ad sanctum Bonifatium uineam unam et iugera VIIII. et uult illud habere in censum id est ut annos singulos solueret denarios IIII. quamdiu uiuat.

369. Bettonis.

Betto tradidit mancipia VII. ad sanctum Bonifatium his nominibus. Erluuin Ratgis Rihholf Rihhart Thrudheri Uualtheid Uuolfgart.

370. Otacari.

Tradidit Otacar in Brenghesheim iurnales XL de pratis carradas VII. et in Heggistetiu marcu iurnales XIII. de pratis ad unam karradam.

371. Freigisi.

Tradidit Freigis in Brunningesheim iurnales XXX de pratis ad VI. carradas.

372. Otacari.

Tradidit Otacar de Clingon in uilla quae dicitur Berahtgisesheim mansa II. cum suppellectili eorum. de pratis ad karradas VII.

373. Anthades.

Tradidit Anthat in marcu Eggenheim mansa I. iurnales VII.

374. Altmunti.

Tradidit Altmunt in Bruningesheim iurnales X. et prata in locis V. istam portionem habent franci homines diuisam inter se id est Reginpraht et Hruodpraht.

375. Isanprahti.

Tradidit Isanpraht in uilla quae dicitur Caltebah mancipia IIII.

376. Reginprahti.

Tradidit Reginpraht ad Flaritesheim mancipia II.

Digitized by Google

377. Traditio Gerolti.

Ego igitur in dei nomine Gerolt trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium 819, 6. Februar
Christi martyrem duo iugera excultae terrae et unam capturam in circuitu illorum iugerum sitam hoc est in pago Rinahgeuue et in terminis Thornheimono. ea scilicet ratione ut a die presenti in dominatu et possessione monachorum qui in monasterio Fulda sub patrocinio predicti martyris domino die noctuque deseruiunt absque ulla contradictione perpetualiter permaneat et ut per intercessionem prefati martyris et oratione dei seruorum in predicto loco degentium beatitudinem regni caelestis percipere merear. Acta est haec traditionis kartula anno .V. imperii Hludouuici gloriosissimi regis Francorum mense februario die .VI. eiusdem mensis et coram his testibus subscriptis firmata est. † Gerolt † Buobo † Hiltibald † Hartrat † Uuolfo † Hadurih † Perahtrih † Franco † Uualuram † Hiltiger † Heriuuin † Puuuo † Eburhelm † Irlicho † Uuaning † sign. Hruodolfi qui hanc traditionis kartulam scripsit et consignatis testium nominibus firmauit.

378. Kartula Einheres.

Ego in dei nomine Einheri et frater meus Benno donamus atque tradamus in elimosinam 818,15 März.
Theotilun ad sanctum Bonifatium VIII. mancipias et hec nomina illorum Nana Elphilt Perahtsuuind Vodilhilt Pauglind Hiltuuin Alahgund Uuolfger. ea uerō ratione ut singulis annis censum reddant ad ecclesiam sancti Bonifatii i. IIII. denarios siue in cera pretium IIII. denariorum et si unum annum uel duos annos censum impediant ad missam duplum restituant et si tres annos censum neglegant tribuendi plenum seruitium et debitum seruitutis sancti remedi incurrant. simili modo filii eorum per censum uiuant et ista kartula firma permaneat. facta in uilla Teinenheim anno V. regni domni Hludouuichi gloriosissimi regis Francorum. die uero idus martias. et isti sunt testes. Einheri † Benno † Starcrat † Hartrat † Altpraht † Hrihhad † Erhart † Batucho † Otacar † Uuighart † Liutperaht † Ratolf † Uuighing † Ermanolt †.

379. Kartula traditionis Gerthrudae.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Gerthrud cogitans pro remedio animae meae 819, 18 Februar
dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluātoris quod dicitur Fulda constructum in pago Grapfeld super ripam fluminis ipsius Fuldae ubi pretiosus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praeesse uidetur quicquid proprietatis uisa sum habere in uilla Rosdorf quae sita est in pago Grapfeld absque una dimidia arcola legali terris domibus aedificiis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis quorum nomina haec sunt. Uuarolf Uuillisuuind Gundilt Megina Theotniuui Engilburg Helmlind Reginger Uuillicoma Nandheri Adalrih Uuolfung Madalhild Erpfolf Leobniuui Uuilliniuui Helpfung Mahthilt Tancolf Hiltifrid Helidgund Rantolf Perahtgis Theotburg Scerpfolf Helmolf Ratger Gundheri Alphilt Uuolfart Runhilt Otsuuind Uuolago Theganolf

---

376. C. 78a, 209. Hd. a. Tr. 300.
378. C. 58a, 135. Hd. a. Tr. 301.
379. P. 529, II, 103. Tr. 302.

Digitized by Google

Hadolf Graholf Ratuuin Ferahuuin Nandharto Gundloug cum omni supellectili eorum. et in Thuringia in uilla Teitilebu dimidiam terrae partem et totum aedificium meum et illas ariolas quae ad ipsa aedificia et ad illam curtem pertinent et duas mansas uestitas cum omnibus suis substantiis. haec omnia trado atque transfundo de iure meo in ius domini atque sancti Bonifatii martyris Christi traditaque in perpetuum esse uolo. ea duntaxat ratione ut illis sanctis monialibus feminis ibidem habitare ac deo seruire liceat et ut ego quamdiu in hoc seculo uiuam usufructuario habeam per uestrum beneficium. post obitum quoque meum si aliqua digna fuerit hoc honore hoc fiat. sin autem ille abbas monasterii Fuldae praeuideat hoc et sicut illi uideatur sic faciat. Acta traditionis kartula in monasterio magno Fulda duodecimo kalendas martii indictione III. [1]) sub die XVIII. februarii anno VI. regnante domino nostro Hludouuico gloriosissimo imperatore coram his testibus. † Gerthrudae quae hanc traditionis kartulam facere rogauit. † Hiltiger † Friduhelm † Uuotan † Sturmi † Eggiperaht † Abraham † Helmolt † Rihmar † Theotmar † Otto † Nordmar † Folcmar † Amalrih † Engilolf † Ratmar † Nordiu † Hunrih † Ercanrih † Biricho † Gundhart † Hartalah † Magolf † Frehholf † Alpuuin † Starcfrid † Otperaht † Arnhelm † Arndeo † Blidger † Heriman † Perahtrih † Stinding.

380. Kartula traditionis Rihharti.

819, 31. März. In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Rihhart et coniux mea Uuentilmut cogitantes pro salute et remedio animae nostrae ut in futuro ueniam peccatorum nostrorum adipisci mereamur donamus atque tradimus ad monasterium quod uocatur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praecesse uidetur res proprietatis nostrae in pago Tullifelde et in uilla quae nuncupatur Uualtgereshus quae sita est super ripam fluminis Ulstra quicquid in praedicta uilla proprietatis habemus totum et integrum ad praefatum locum manu potestatiua concedimus hoc est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis quorum haec sunt nomina Burguuart Adalmuot. ea ratione ut per uestram praestationis kartulam ea quae tradimus ad uitam nostram habere liceat. post obitum uero nostrum nos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditionis kartula mense martio pridie kalendas aprilis anno sexto imperii Hludouuici generosissimi regis Francorum. † sign. Rihharti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Hruodolfi qui hanc kartam scripsit. † sign. Ecco † sign. Reginperaht † sign. Uuolfger † Sigipraht † Elting † Auaran † Uuentilger † Reginuuart † Egilmunt † Theoto † Helmgoz † Ercantheo † Ruadperaht † Erpfolah † Adaluuart † Adalger † Hadupraht † Nidger † Adalhart † Ratheri.

381. Traditio Ercangeri.

819, 9. April. In dei nomine. ego Ercanger pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et

---

[1]) Es ist zu verbessern XII

380. P. 530. II. 105. Tr. 303.

381. P. 480, I, 119. Tr. 304.

Digitized by Google

ubi uir uenerabilis Eigil abbas praeesse uidetur hoc est quod trado in Ueringeuue et in uilla Hesinlare et in ipsa marca aream unam et unam hobunnam. ea duntaxat ratione ut a praesente die nos uel successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta haec traditio anno VI. regnante Ludouico gloriosissimo rege Francorum sub die V. idus aprilis. acta et scripta in loco qui dicitur Fulda. ego Hemmo rogatus scripsi. † Ercangeri qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † Huoti † Ingelt † Hramuolt † Perahtheri † Hruodolf † Hugibraht † Uuerinolt † Uualtheri † Hartelah.

382. Kartula ingenuitatis Albuuiniden.

Dilectissimo meo Albuuino ego in dei nomine Erlolf plenius pertractaui pro dei timore et 819,25.April. pro remedium animae Berahtsuuindae genetricae meae quae ipsa té mihi tradidit ad relaxandum ingenuum quod ita et feci ut ab die presente ingenuus sis et ingenuus permaneas et nulli heredum ac proheredum meorum nullo umquam tempore nullam debeas facere seruitutem nisi tantum ut annis singulis denarios ad aes IIII. de cera ad ecclesiam sancti Bonifatii quae est constructa in Bochonia ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr corpore requiescit et ubi Eigil abba preesse uidetur ad festiuitatem sancti Bonifatii illam caeram dare facias et exinde si neglegens uisus aut tardus fueris cum solido uno emendare studeas et cui dono ad confirmandam ingenuitatem ipsius quicquid peculiare habes ut inantea elaborare potueris concessum habeas mundburd uel defensionem ad ipsam ecclesiam in omnibus habeas. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse ut absit aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus seu quislibet ulla opposita persona qui contra hanc kartulam ingenuitatis uenire aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et insuper inferat ad ipsam ecclesiam auri uncias duas argenti pondera .lill. coactus exsoluat et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed presens ingenuitas haec omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. facta kartula ingenuitatis haec sub die VII. kalendas maias anno VI. domno nostro Hludouuico serenissimo imperatore. actum in Mogontia in portico ecclesiae sancti Martini maiore coram testibus inferior scriptis. † sign. Erlolfi qui hanc kartulam ingenuitatis fieri atque firmare rogauit. † Uuolfharti † Fruoriti † Ualtharii † Sigibaldi † Theotfridi † Erhoni † Gerbercti † Hattoni † Guotrochi † Herifridi † Erharti † Thruodolfi †. ego enim Starcharius subdiaconus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra.

383. Traditio Engilsuuindae.

Dominus ac redemptor noster non quantitatem muneris sed deuotionem aspicit offerentis. 819, 4. Mai. ideo ego in dei nomine Engilsuuind pro remedio et salute animae meae dono ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio sancti saluatoris quod dicitur Fulda sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis fuldanensis Eigil abbas praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Grapfelde et in uilla Nordheim et in ipsa marca duas partes quicquid proprietatis uisa sum habere in terris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus et aream unam ea duntaxat ratione ut post obitum meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus

382. C. 67a, 182. Hd. a. Tr. 305.
383. P. 528, II, 97. Tr. 306.

Digitized by Google

habeatis potestatem. facta haec traditio anno VI. regnante domino nostro Hludouuico gloriosissimo rege Francorum sub die quarto nonas maii. ego Berinhoh scripsi in uice Hemmonis. facta et scripta in loco qui dicitur Nordheim. † sign. Styrmi † Engilhad † Egilolf † Hiltiger † Asi † Reginhart † Auerhelm † Auaruuan † Magolf † Uualtheri † Ermanolt † Ercanrih † Benno.

384. Traditio Albleihes.

819, 5. Mai. Dominus ac redemptor noster ammonet nos dicens date elimosinam et ecce omnia munda fiunt uobis. ideo ego Albleih [1]) pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad monasterium sancti salnatoris quod dicitur Fulda et ad ipsum martyrem Christi sanctum Bonifatium qui ibidem sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis fuldanensis abbas Eigil multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Salageuue et in uilla quae dicitur Tulba et in ipsa marca XXVI. ingera et aream domus porcos octo equos II. mancipia quatuor quorum nomina sunt haec. Gerhart Sigiheri Auleib Austrat. ea scilicet ratione ut post obitum meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus potestatem habeatis. facta haec traditio anno VI. regnante Ludouico domino imperatore sub die III. nonas maii. facta in loco Rotmulti. ego Bernhoh scripsi. † sign. Albleihes qui hanc kartam fieri rogauit. † sign. Amalperahti † sign. Egilharti † sign. Germen † sign. Uueltinges † sign. Folcuuines † Arnhelmes † sign. Haduperahti † sign. Ruadperahti † sign. Ruadboten.

385. Traditio Hebonis.

819, 23. Mai. Ego in dei nomine Hebo trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium VI. iugera in pago Grapfelde et in terminis Gehhesheimono ea ratione ut a die praesente possessores ipsius et successores eorum firmam in omnibus habeant potestatem. facta traditionis kartula anno VI. Hludouuici regis Francorum mense maio die XXIII. eiusdem mensis. † sign. Hebonis qui hanc traditionis kartulam fieri uoluit et rogauit.

386. Traditio Albrati.

819, 23. Mai. Ego in dei nomine Albrat trado in elimosinam meam Altmunti ad sanctum Bonifatium XII. iugera in pago Grapfelde et in terminis Ostheimono ea ratione ut a die praesente possessores ipsius monasterii uel successores eorum firmam in omnibus habeant potestatem. facta traditionis kartula anno VI. Hludouuici piissimi regis Francorum mense maio die XXIII. eiusdem mensis. † sign. Albrati qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit.

---

384. P. 467, I, 76. Tr. 307. [1]) Eberhard summ. 5, 81 und Schannat, wahrscheinlich aus einem Copiarium, schreiben *Albrih*.

385. P. 528, II, 98. Tr. 310.

386. P. 528, II, 100. Tr. 309.

Digitized by Google

387. Traditio Benedictae.

Ego in dei nomine Benedicta pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad 819, 20. Mai.
monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Eigil abbas praeesse uidetur hoc est quod tradO L ingera ariolam unam domum unam aream unam et quicquid in pratis pascuis aquis aquarumue decursibus atque mancipiis. et haec nomina mancipiorum. Rihger Albuuin Himiltrud Thanguuih Fridugart Rihhilt Vodilburg Theotgoz Otheri. ea duntaxat ratione ut ad tempus et ad usum uitae meae supra dictam rem id est sola illa mancipia uestro praestario habeam et post discessum uitae meae supra dicta res absque ulla contradictione perpetuo iure in uestram redeat potestatem atque successorum uestrorum. acta kartula traditionis anno VI. [1]) regnante Hludouuico gloriosissimo imperatore Francorum quarto kalendas iunii. † Ermenfridi comitis † Ruadperahti comitis † Hnponis † Ratuuigi † Tuotonis † Uuolfharti † Regiboti † Uuignaudi † Vogonis † Hruadolfi † Utonis † Ruodolfi. ego Hemo rogatus scripsi.

388. Traditio Reginolti.

Licet sint parua et exigua quae pro immensis peccatis meis offero tamen scio omnipo- 819, 4. November
tentem plus deuotionem mentis inspicere quam quantitatem muneris offerentis. idcirco ego in dei nomine Reginolt dono atque trado pro aeterna remuneratione et ut in futuro uitam aeternam consequi merear ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praeesse uidetur et quod situm est in pago Grapfeld iuxta ripam eiusdem fluminis Fuldae hoc est quod trado et in perpetuum traditum esse uolo quicquid proprietatis uisus sum habere tam terris quam siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis pecoribus in pago Grapfeld in uilla Nordheim et Lengisfeld et Stocheim et Sulzifeld et Erpfe. in pago Folcfeld in uilla Isanesheim. in pago Gozfeld in uilla Bleihfeld. in pago Uueringeuue iuxta flumen quod dicitur Sinna. et haec mancipia cum omni possessione eorum Gunzo Babo Liutburg Adalniu Vodalniu Alachilt Uuineo Hadugrim duo Sigihere Liobrat Reonhilt Theothrud Gundarat Recheri Lantuuig Theotrat Hunduuig Ratling Fareman Taragun Ruadunnae duae. Tuota Uualtun Herimuot Fritun Adaluuih Otuuih Batucho Ratfrid Uuirtun Ecca Mahtfrid Reginhilt Frahamot Thiotgart Morbraht Uuerinhart Bernhart Heriperaht et duo pueri Himilthrud Stillihere duae [1]) Amalthrud Mohtsuuind. facta haec traditio in conuentu publico in uilla Sundheim coram comite et iudicibus suis. Popo comes. Adalfrid Galaman Liutperaht Friduhelm Offo Helmrih Theotmar Einrat Ortheri Alphart Uuerinmunt Gundperaht Vodilheri Uuotan Sturmi Fridurih Gozperaht Grimolt Brunman Engilger Hiltiger Vodalheri Altung Irminger Herimuot Elli Otrih. hucusque traditionis. nunc uestitionis. Liutperaht Galaman Offo Ortheri Fridurih Hiltiger Vodalheri Hiltiger Uuotan Brun Friduhelm Sturmi Reginperaht. anno domni nostri Ihesu Christi

---

387. P. 466, I, 74. Tr. 311. [1]) Bei P. steht IV; aber im Mai 817 war Eigil noch nicht Abt. Ich habe daher Schannat's Aenderung aufgenommen, obschon auch eine andere vorgenommen werden könnte.

388. P. 531, II, 106. Tr. 313. [1]) puellae?

Digitized by Google

DCCCXIX. indictione XII. regni uero serenissimi imperatoris Hludouuici VI. mense nouembri feria quarta eiusdem mensis. Reccheo presbiter scripsit hanc traditionis kartam.

389. Traditio Albharti.

819, 23. November

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Albhart trado ad monasterium sancti saluatoris quod uocatur Fulda ubi electus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praeesse cognoscitur in pago Grapfelde et in terminis uillarum Uuestheim et Elispa XIII. hobas et curtem cum pomerio ac domo et cunctis aedificiis in elimosinam Theotharti fratris mei et Uuolcanthrude ea ratione ut a die praesente uos uel successores uestri praefatae rei firmam et incontradictam habendi possidendi colendique in omnibus habeatis potestatem. facta traditionis karta anno VI. imperii Hludonici gloriosissimi regis Francorum mense nouembri die uero XXIII. eiusdem mensis. † sign. Albharti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Popponi comitis † sign. Uuotani † sign. Theodolti † sign. Matonis † sign. Suuarzalohi † sign. Friccheonis † Reginolti † sign. Isanharti † sign. Einuuigi.

390. Traditio Ludowici imperatoris.

820, 26. Juli.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi Ludowicus diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Si liberalitatis nostrę munere de beneficiis a deo nobis collatis locis deo dicatis aliquid conferimus. id nobis et ad mortalem uitam fideliter transigendam et ad ęternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. Ideirco notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum sollercię. quia nos m̄ et diuina aspiratione compuncti et celestis patrię amore succensi libuit ob animę nostrę salutem ad monasterium sancti Bonifacii martiris in Fulda ubi ipse preciosissimus Christi athleta corporaliter requiescit quasdam res proprietatis nostrę sollempni donatione conferre. id est uillam quę est in pago Kuningesuntere quę dicitur Massenheim. hanc uero uillam cum omnibus ad se legaliter aspicientibus uel pertinentibus cum mancipiis. domibus. ędificiis. terris. uincis. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. mobilibus et immobilibus. cultis et incultis. quesitis et inquirendis per totum et integrum quantumcunque nostri iuris atque proprietatis ibidem continetur per hanc nostrę auctoritatis donationem memorato monasterio ad stipendia fratrum ibidem deo militantium et ad subsidia pauperum ac receptiones hospitum uel cunctas eiusdem congregationis necessitates consolandas ob emolumentum animę nostrę perpetualiter contradimus atque ęternaliter habendum delegamus. ita uidelicet ut quicquid de ipsis rebus rectores et ministri supra memorati monasterii disponere atque ordinare uel statuere uoluerint. libero in omnibus perfruantur arbitrio preter hoc solum quod nunquam de fuldensi monasterio commutent. uel uendant. uel cuiquam laico in beneficium concedant. De adiacentibus locis Dinenheim et Abenheim quę pater meus pię memorię Karolus eidem uenerabili monasterio ab amorem sancti Bonifacii martiris contradidit similiter statuimus atque precipimus ut numquam ab eodem fuldensi monasterio alienentur. Et ut hęc largitionis

---

389. P. 528, II, 99. Tr. 312.
390. Eb. II, 32ab. Tr. 314, zum Theil abweichend.

Digitized by Google

nostrę auctoritas per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem. manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpressione signiri iussimus.

Signum (M) Ludowici serenissimi imperatoris.

Durandus diaconus cancell. recogn.

Dat. VII. kal. aug. indictione XII. Actum Ingilenheim palucio publico. anno dom. DCCC.XX.

391. Traditio Hramuolfi.

Ego in dei nomine Hramuolf pro remedio animae meae dono atque trado ad monaste- 820, 23. September.
rium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Unaldsaze et in pago Ueringeuue duas capturas pertinentes ad uallem Hrichuntal et integram hereditatem quam uideor habere in uilla Hiuminestat et ad ipsam marcam pertinentem hoc est in terris areolis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus ea duntaxat ratione ut a praesente die totum et integrum in uestrum redeat dominium et uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Hramuolfi qui hanc kartam fieri rogauit † Hulis. † Theodhad † Tunolt † Hunperaht † Theotrih † Haholf † Uuarolf † Meginhart † Folcolt † Uuanbald † Genefus † Liutram † Theoto † Ercanbald † Hartger † Heribraht † Uuago. facta est traditionis kartula anno VII. regnante Ludouico gloriosissimo rege Francorum sub die IX. kalendas octobris in loco Holzchyricha. ego Bernhoh in uice Hemmonis scripsi rogatus et iussus.

392. Traditio Reifinges.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Reifing et coniux mea 820, 10 October.
Vodillind donamus atque tradimus pro remedio et salute animae nostrae ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda et ad reliquias sancti Bonifatii ibidem requiescentis hoc est quod trado in pago Salageuue in uilla Urdorpf et Chinzicha et Adalfrideshuson et in marca illarum uillarum quicquid proprietatis uisi sumus habere terris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus areolis aedificiis mobilibus et immobilibus et haec nomina mancipiorum Otperaht Adalbald Irmingoz Betto Reginburg Sigiburg Uuillirat et haec omnia cum filiis et pecoribus domibus et cum omnibus utensilibus ea duntaxat ratione ut ego Vodillind ad uitam meam teneam et post obitum meum uos uel successores uestri firmam in omnibus habeatis potestatem. † sign. Reifinges qui hanc cum coniuge sua kartulam traditionis fieri rogauit. † sign. Amalperahti † sign. Iringi † sign. Folcmari † sign. Uuerinharti † sign. Leobsunes † sign. Eginonis † sign. Uuahhilen † sign. Uuitrichi † sign. Eginonis † sign. Engilharti † sign. Burgo. acta traditio haec sexto idus octobris in loco qui dicitur Tulba anno VII. regnante domno Ludouico gloriosissimo rege Francorum. Eigili abbate iubente ego Hemmo hanc traditionis kartam scripsi.

---

391. P. 480, I, 120. Tr. 317.
392. P. 467, I, 75. Tr. 315.

Digitized by Google

393. Traditio Helmrihi.

821, 24. Mai. Ego in dei nomine Helmrih dono atque trado in elimosinam fratris mei Engilriches et Engilhades sicut ipsi mihi tradiderunt ad sanctum Bonifatium tradendum qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi nir uenerabilis Eigil abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado quartam partem Treisbaches ea ratione scilicet ut a die praesente firmam et incontradictam huius traditionis abbas supradicti monasterii habeat potestatem suisque posteris possidendum perpetualiter relinquat. facta traditio anno octauo domini nostri Hludouici gloriosissimi ac piissimi regis Francorum sub die nono kal. iunias coram his testibus. Poppo comes Adalfrid Galaman Liutperaht Friduhelm Offo Helmrih Theotmar Einrat Ortheri Alphart Unerinmunt Gundperaht Vadalheri Unotan Sturmi Fridurih Gozperaht Grimolt Brunman Engilger Hiltiger Altung Irminger Herimuot Elli Otrih.

394. Traditio Uuolfmunti.

821, 21. Juni. Ego itaque in dei nomine Uuolfmunt trado in elimosinam Ruadrata ad sanctum Bonifatium Christi martyrem qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi nir uenerabilis Eigil abbas multitudini praeest monachorum XI. mancipia in pago Grapfeld quorum nomina haec sunt. Gozperaht et uxor eius Liohuniz cum filiis suis. Sunnbolf. Uuilla cum filiis suis. ea ratione ut quamdiu praefata Ruadrata uixerit eadem mancipia per beneficium ante dicti abbatis habeat atque possideat post obitum quoque eius absque ulla contradictione ad rectores supra dicti monasterii reuertantur. facta karta traditionis anno octauo regni Hludouici imperatoris mense iunio die uero XI. kalendas iulias. isti sunt testes. Biricho Herimot Ercanrih Theotmar Benno.

395. Kartula traditionis Ualtrata.

821, 10. November. In Christi nomine ego Unaltrat relicta Adriani sana mente sanoque corpore trado ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis habere uisa sum in his locis campis siluis pratis pascuis uineis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis id est in castello Pinge in pago Uuormacinse et in alio castello nomine Bôtharta et in Bruom et in Speien in occidentali litore Hreni fluminis et in pago qui dicitur inferior Lognahi in Feldum. in Uuilare. in Barnbehhiu. in Stetim. et unum hifang in litore Hnuilinu in marcu uillarum Stetim et Feldum. et haec mancipia cum omni elaboratu suo uel adquisito. Egilolf et uxor eius Adalhilt cum filiis suis. Alblóg cum filio. Meginburg cum filiis suis. Theotheri et uxor eius Rátsuind cum filiis suis. Theotun cum filio eius. Adalbirg. Otgis. Folrat. Bilidrud cum filiis. Unelarât. Engilger. Ebarhilt cum filio eius. Illa cum tribus filiis. Isangart cum filiis. Heribirg cum tribus filiis. duo filii Hiltiburge. Hruadheri. Milrat. haec omnia superius comprehensa potestatiua manu cum consensu et licentia Votoni comitis tradidi ad sanctum Bonifatium traditumque in perpetuum esse uolo. ea scilicet ratione ut post obitum meum predicta res ad prefatum sanctum meliorata redeat cum omni integritate elaboratus mei et deinceps adquisito.

---

393. P. 532, II, 108. Tr. 318.
394. P. 529, II, 101. Tr. 319.
395. C. 28b, 58. Hd. b. Tr. 320.

Digitized by Google

et equas indomitas VI. Facta traditio haec in uilla Truhtmareshêm anno regni Hludouuici imperatoris VIII. indictione XIIII. IIII. idus nouembres die domioico coram his testibus. † Hiltibrahtis. † Heimbraht. Perahtalah. Rantolf. Uualtheri. Benno. Onolf. Helmarih. Uuolfhroc. Heriuuin. Helmbraht. Galaman. Libhart. Uuinifrid. Godolt. érhart. Ego Theotmar cancellarius rogatus a Uualtratu huius traditionis kartam scripsi. Census autem huius traditionis debet esse per singulos annos ad missam sancti Bonifatii solidus unus de argento et si inde neglegens fuerit cum duplici emendet.

396. Kartula traditionis Altfridi.

Notum sit omnibus fidelibus nostris tam praesentibus quam et futuris quod ego Altfrid 822, 24. Mai.
diuino admonitus instinctu trado ad sanctum Bonifatium Christi martyrem res proprietatis meae qui in monasterio sancti saluatoris quod dicitur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Eigil abbas multitudioi praeest monachorum hoc est in pago Grapfeld et in uilla uocabulo Greuuisunga quae sita est in finibus Hramnungero et Mahesbahero quicquid moderno tempore proprietatis habeo in terris domibus aedificiis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus seu incursibus cum omni integritate trado ad praedictum martyrem Christi. sed et mancipia XXXII. quorum haec sunt nomina. Uuillifrid. Uualtun Hunolt Ruadolt Theotmuot Ruadger Uuolfger Gerburg Uuolfhart Gozbold Adallind Thrudila Uuolfbold Otbold Emita Albhart Gundrat Uuilla Reginger Adalgrim Thiotuuin Friduauuind Folcauuind Gunza Gerflat Thiotrud Helidunar Reginbold Ruodbold Meginbirg Liobmar. haec igitur cuncta quae supra notaui trado ut iam dixi ad praefatum sanctum Bonifatium Christi martyrem ea quidem ratione ut a die praesente praedictus abbas et successores eius firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. Facta est igitur haec traditionis karta anno dominicae incarnationis DCCCXXII. indictione XV. regni uero domini Hludouici gloriosissimi regis Francorum anno octauo [1]) mense maio die XXIIII. mensis eiusdem. scripta in monasterio Fulda a Hruodolfo indigno subdiacono in uice Altthuringi presbyteri. nomina quoque testium haec sunt. Hatto Blionung Heidanrih Ercanperaht Gerentil Uuahho Ermperaht Ostorolt Liuthart Lantperaht Ruodolf Adalhart.

397. Kartula traditionis Altfridi.

Notum sit omnibus fidelibus nostris quod ego Altfrid diuina admonente gratia pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus requiescit corpore Christi martyr Bonifatius et ubi uenerabilis Eigil abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Grapfeld et in uilla Madibah in Geltresheimero marcu et in Hengistesdorfero marcu quicquid proprietatis uisus sum habere in terris siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus aedificiis

---

396. P. 530, II, 104. Tr. 316. [1]) Da das Jahr 822 mit der Indiction stimmt, so muss das Regierungsjahr unrichtig sein. Schannat dagegen hat dieses für unrichtig gehalten und geschrieben DCCCXXI; aber dann musste er auch die Indictionszahl ändern, was er nicht gethan hat.

397. P. 531, II, 107. Tr. 308.

Digitized by Google

mancipiis et haec nomina mancipiorum Heriman Ratfrid Uuillihelm Heriman Adalbald Liuthram Thiothelm Anthelm Guotheri Ratulpuuini. uxor eius Bilihilt Hiltibirg Zitleich. uxor eius Tama Rihsuuind Fridnbirg Adalsuuind Altheri Ratsuuind Guli. uxor eius Gerhilt Otenzer Perahilt Uuilliheri Brunman Sigimar Uuillirih Heilagthrud Ruadan Otan Uuillihelm Bilimes. ea scilicet ratione ut a praesente die uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta autem haec traditio anno [1]) Hludouici regis Francorum gloriosissimi sub die IX. kalendas iunias in monasterio Fulda. ego Hemmo in uice Altthuringes inssus scripsi † sign. Alfrid qui hanc kartulam traditionis fieri roganit. † Ato presbyter. Haguno Orentil Theotleih Altman Remming Gerbold Nordman Nandung Ercanperaht Uuagperaht Rahhart Asaloh Uuiduh Sundarmuot Stahalolf Heriperaht Ermanolt Gernand Madalrih Perahtger Uuolfboto.

398. Traditio Trudhiltae.

822. Ego in dei nomine Trudhilt deo sacrata trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi Eigil abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado propter remedium animae meae et sororis meae nomine Suuidmot id est mancipia VII. his nominibus. Unithern Isingrim Uuieda Uuerinela Uuicuuas Ratmar Leobuuini cum omni suppellectili eorum et quicquid ego uisa sum habere uel in antea acquirere possum ab omni integritate ad supra dictum monasterium trado. ea uidelicet ratione ut dum ego uiuo in hoc seculo usufructuario per uestrum beneficium habeam post obitum uero meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta kartula traditionis sexto [1]) nonas augusti anno IX. regnante domino nostro Hludouico piissimo imperatore. † sign. Thrudhilt quae hanc kartulam fieri rogauit. † sign. Brunger † sign. Uualtheri † sign. Embrico † sign. Heridegan † sign. Egilmar † sign. Reginperaht † sign. Engilhart † sign. Elli.

399. Traditio Engilthrudae et Vosburgae.

In dei nomine Engilthrud et Vosburg donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Eigil abbas monachorum pius pastor praeesse uidetur hoc est quod tradimus in uilla Gruonbah in pago Gozfelde [1]) id est in terris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis numero XII. ea uero ratione ut post obitum nostrum uos et secutores uestri firmam et incontradictam in omnibus his rebus habeatis potestatem. facta kartula traditionis in monasterio Fulda. et isti sunt testes. † sign. Engilthrudae et Vosburgae quae hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt. † sign. Emichonis † sign.

---

[1]) Die Zahl fehlt bei P.; Schannat hat ohne weiteres die Zahl VI. eingeschoben. Da die Schenkung mit der vorhergehenden zusammenhängt und die Urkunde an demselben Tage, 24. Mai, ebenfalls in Fulda ausgefertigt ist, so habe ich sie hier eingereiht.

398. P. 527, II, 96. Tr. 321. [1]) Diese Zahl ist offenbar falsch, da im August die Nonen auf den fünften fallen. Wahrscheinlich liegt aber der Fehler in dem Namen des Monats, welcher verschrieben sein mag. Denn zu Anfang des August war Abt Eigil schon todt; er starb entweder den 15. oder den 18. Juni.

399. P. 529, II, 102. Tr. 322. [1]) Eb. summ. 39, 97 *Graphelden;* Sch. *Ueringenae.*

Digitized by Google

Ibonis † sign. Gerhohi † sign. Rodolfi † sign. Uuerin † sign. Folcgeri † sign. Paturici † sign. Moratahi † sign. Isanperahti † sign. Uualahes.

400. Traditio Ermperahti.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Ermperaht pro retributione uitae aeternae dono ad monasterium quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum imo etiam promptissima deuotione trado in pago Grapfeld in terminis Haholfesbahhono quicquid ego et soror mea Ualtrat iuste et legaliter a parentibus dimissum moderno tempore proprietatis habemus, ea scilicet ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores perpetualiter habendi fruendi et quicquid exinde elegerint faciendi liberam ac firmam in omnibus habeant potestatem. facta traditio in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCXXII. indictione XV. regni uero domini Hludouici imperatoris anno IX. mense octobri die V. kalendas nouembris coram subscriptis testibus. Pato Teino Uuilliperaht Theothoh Gozmar Magolf Eggihart. Hrudolfus indignus subdiaconus iussu domini Hrabani abbatis et rogatu Ermperahti scripsit. 822, 26. October.

401. Traditio Iringes.

Ego in dei nomine Iring pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Christi martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Grapfeld in uilla Chizzinge et in ipsa marca et in uilla Lullubach et in ipsa marca quicquid proprietatis uisus sum habere in siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus aedificiis mancipiis quorum haec sunt nomina. Hiltrih Cunihilt Ginoz Merihrun Thancmar Uuerinthrud Amalung Suuidleih Sigimar Adalfrid Altrih Scohilt. ea scilicet ratione ut post obitum meum praedictus abbas uel successores eius firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. facta haec traditionis kartula anno IX. regnante gloriosissimo Francorum rege Hludouico sub die octauo kalendas ianuarias in loco qui dicitur Fulda. † sign. Iringes qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † Ercanperaht † Liutheri † Amalperaht † Ruadfrid † Theotfrid † Suuabberath † Uuelting † Suuabger † Reginheri † Hunrih † Reginolt † Asso † Biricho † Uuonat † Gerperaht † Ruadmuot. isti sunt testes uestitionis. Hungbraht Sigibot Ercanbot Thurphing Egino Ortleib Theotrih Helpfrih Hunolt Eggipraht Asmunt Uuardeo Antger Suuabperaht Birnicho Ruodheri Ercanperaht Amalperaht Uuinid Frumiug Egilperaht Thuringbraht Ludperaht Adaluuart Meginuuart Madalperaht Albung Otmunt Folcuuart Gotahelm Alauuih Uuaning Hiltiger Buotrit. 822, 25. December.

402. Traditio Regingundae.

Ego in dei nomine Regingund dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus 822, 26. December.

---

400. P. 532, II, 111. Tr. 323.
401. P. 533, II, 112. Tr. 324.
402. P. 532, II, 110. Tr. 325.

Digitized by Google

est quod trado in Baringheimero marcu quicquid proprietatis uisus sum habere id est unam hobam cum omnibus ad eam pertinentibus et quinque mancipia quorum haec sunt nomina Uuolfheri Liutsuuind Ruadgart Theotger Uuolfger. ea scilicet ratione ut a praesente die praedictus abbas uel successores eius firmam in omnibus habeant potestatem. † sign. Regingundae quae hanc traditionis kartulam scribere rogauit. † sign. Ramuolti † sign. Uuidarolt † sign. Sigimunt † sign. Alarih † sign. Mot † sign. Frumolt † sign. Altger † sign. Friderat † sign. Seggi † sign. Herimuot † sign. Altman † sign. Rihfrid † sign. Ruadgart † sign. Nandger † sign. Ratperaht † sign. Nandgoz. facta haec traditionis kartula anno IX. regnante gloriosissimo rege Francorum Hludouico sub die VII. kalendas ianuarias. ego Hemmo iussus scripsi.

403. Karta Uuigirichi.

822, 29. December.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi. ego Uuigrih cogitans pro remedio animae meae ut in futuro ueniam consequi merear dono ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore. ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini preest monachorum. immo etiam promptissima deuotione trado in ciuitate Mogontia quae sita est in pago uurmacense duas areas quarum ad occidentalem plagam possessio est sancti Petri. ad aquilonem sancti Nazarii et Landberti. ob oriente et austro est uia publica. sed et alias duas quarum ad orientem est uia ad occidentem proprium sancti Petri ad aquilonem sancti Martini. ad austrum uero meum est proprium. necnon et quintam aream cuius ad occidentem et austrum habet sanctus Albanus ad orientem sanctus Martinus ad aquilonem proprium regis est. et in terminis mogontiacensium prata quarum ab una parte habet Abarhilt. ab altera Rihhelm. tertia uero pars est ab alta strata usque ad Hrenum. haec itaque omnia cum domibus et aedificiis omnibusque adiacentiis suis trado ad predictum locum in elimosinam meam et coniugis meae Libsuuindae filiique mei Hrabangarii ad utilitatem monachorum ibidem deo famulantium. ea ratione ut haec mihi et uxori meae predictae per beneficium predicti abbatis ad tempus uitae nostrae liceat habere et post obitum nostrum cum omni augmentatione ad rectores prefati monasterii redeat. facta traditio in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCXXII. indictione XV. regni uero Hludouuichi imperatoris anno VIIII. mense decembri die IIII. kalendarum ianuariarum. scribta ab Hruodolfo indigno subdiacono.

404. Kartula traditionis Ercanperahti.

823, 4. Februar.

In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. ego Ercanperaht ob desiderium uitae aeternae ut in futuro ueniam peccatorum meorum consequi merear dono ad reliquias sancti Bonifatii qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus turbae monachorum praecesse uidetur immo promptissima deuotione trado res proprietatis meae in pago Grapfelde in terminis uillae Kizziche duarum salinarum superioris scilicet et inferioris partem quae ad me iuste et legaliter pertinet et iuxta inferiorem pontem [1]) ubi uicinius habeo tres uirgas de pratis in latitudine et longitudine quanta ipsa constat latitudo et iuxta sepem Uuillihарii serui

---

403. C. 70a, 192. Hd. b. Tr. 326.
404. P. 537, II, 127. Tr. 331. [1]) *fontem*

sancti Bonifatii tres uirgas in latitudine cum sua longitudine agrorum arabilium ad areas ea ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores rerum supra dictarum firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. facta est igitur haec traditio in monasterio Fulda anno X. regni Hludouici imperatoris mense februario die IV. mensis eiusdem coram subscriptis testibus. † sign. Ercanperahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Gunnonis † sign. Assonis † sign. Sturmi † sign. Gerprahti † Eggi † Gerperahti † Gundacari † Hruodolfi † Theotmari † Hadumari † Allingeri. Hruodolfus indignus suddiaconus iussus scripsit.

405. Kartula traditionis Iringi.

Ego in dei nomine Iring dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse multitudini monachorum pius pastor uidetur hoc est quod trado traditumque in perpetuum esse uolo in uilla Uuintgrahon et in pago Salageuue quicquid ibidem proprietatis uisus sum habere id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis. et nomina mancipiorum haec sunt Hruadolf et uxor eius Gerburg Hiltheri et uxor eius Hruadlaug Abarhilt et filii eius Ruadhilt Grimuuart Hruaduuart cum omni eorum suppellectili et sumptu. ea uero ratione ista omnia de iure meo in uestrum dominium trado atque transfundo ut per uestram precariam ad uitam meam hoc possideam nullo contradicente. post obitum uero meum uos et uestri successores firmam et incontradictam nullo quod absit contradicente in omnibus habeatis potestatem. facta karta traditionis in uilla Caragoltesbah mense ianuario die VII. februarii [1]) anno X. regni domini Ludouici gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes qui hanc traditionem uiderunt signis praenotatis. † Iringi qui hanc traditionem fieri rogauit et ita uoluit † Egino comitis † Gerhart † Hartman † Alhuuin † Huprahi † Ercanperaht † Thiotleih † Amalpraht † Deuuit † Rohing † Sindicho † Rathoto † Friduuin † Folcmar † Egino † Engilperaht † Nahhad † Ruadperaht † Nandheri † Uuolfgoz † Samuel † Glauperaht † Sandrat † Uuerinhart † Folcheri † Selimuot † Othelm. Aladran presbiter hanc traditionem scripsit.

406. Traditio Uuillun.

In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. ego Uuilla pro intuitu aeternae retri- 823, 15 Februar.
butionis dono ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abba multitudini monachorum preesse uidetur. immo pronta deuotione trado in ciuitate Mogontia quae sita est in pago uuormacinse .I. aream cum casa et tria mancipia. Ratberthum scilicet Liohsuuinda et Madalhertum. et omnia quae in presenti die habeo uel quae deinceps mihi dei gratia largire dignabitur. ea uero ratione ut mihi rés easdem liceat per beneficium prefati abbatis ad uitam meam habere. post obitum uero meum ad rectores supradicti monasterii cum omni integritate transeat. Actum in ciuitate Mogontia anno .X. regni

---

405. P. 467, I. 77. Tr. 332. [1]) In dem Datum ist ein Fehler. Schannat hat hinter die Zahl VII. das Wort *idus* eingeschoben, womit die Schwierigkeit nicht gehoben, sondern eher vermehrt ist. Ich glaube vielmehr, dass das Wort *kalendas* ausgefallen ist, und die Urkunde wäre dann den 26. Januar 824 ausgestellt.

406. C. 68a, 185. Hd. a. Tr. 333.

Digitized by Google

Hludouuichi imperatoris mense februario die XV mensis eiusdem. † signum Erharti. † signum Uuigrichi † sig. Ratulfi † sig. Uualtharii † Bennonis † sig. Altprahti † sig. Flambrahti. Hruodolfus indignus subdiaconus iussus scripsi.

407. Traditio Bernuuasi.

823,15 Mars. Ego itaque in dei nomine Bernuuas trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachorum turbae pius praest pastor duas hobas terrae arabilis in pago Salageuue in uilla Ostheim ipsius in marca uillae et mancipia duo his nominibus Adalbold et Reginsuuind, ea scilicet ratione ut per beneficium supradicti ubbatis Hrabani mihi et coniugi meae Geruuizu eandem rem ad uitam nostram possidere liceat et post obitum nostrum in illius et successorum eius absque ulla contradictione redeat potestatem. facta traditio in monasterio Fulda anno X. regni Ludouuici gloriosissimi imperatoris mense martio in idibus eiusdem mensis die dominico in media quadragesima. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit. † Amo † Ruadperaht † Expimar[1]) † Ortuuin † Uuolfboto † Sigiunart † Albuuin † Manno † Assuuin † Herirat † Eggi † Euodolf[2]) † Heriolt † Hadumar.

408. Traditio Lantuuini.

823,29 Mars. In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi. ego Lantuuin trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachis praesse uidetur quicquid terrae arabilis et in siluis in terminis uillae Ostheim proprietatis uisus sum habere et unam areolam in longitudine XXIIII. uirgas in latitudine VII. uirgas habentem in uilla quae nuncupatur Tulba in pago Salageuue ea scilicet ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. facta traditio in monasterio Fulda anno X. imperii Ludouuici mense martio die quarto kalendas aprilis. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit. † signum Lantuuini qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Popponis comitis.

409. Traditio Lustrath et Sahsinna.

823,14 April. Ego itaque in dei nomine ancilla Christi Lustrat et soror mea Sahsinna pro remissione peccatorum nostrorum donamus traditumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi requiescit sanctus Bonifatius Christi martyr pretioso corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur quicquid proprietatis habemus in uilla Eschinabach id sunt mancipia cum supellectili eorum quorum nomina haec sunt. Thancolf Ata Perahtuuih Adaluuih Ellenrat Eburrat Atta Reginburg Rahhilt Perahthilt.

---

407. P. 469, I, 83 und ein Summarium 451, VII. Tr. 334. [1]) und [2]) Im Summarium sind die Namen so angegeben: *Ertmar, Heuadolf.*

408. P. 469, I, 82. Tr. 335.

409. P. 469, I, 85. Tr. 336.

Digitized by Google

ea scilicet ratione ut per uestram prestariam possimus habere usque ad obitum uitae nostrae. post obitum uero amborum uos et successores uestri firmam et incontradictam accipiendi habendi fruendi in omnibus habeatis potestatem. facta haec traditio in uilla Hamalunburg anno X. Ludouici serenissimi imperatoris mense aprili die XIIII. eiusdem mensis coram his testibus. † sign. Lustrata et Sahsinna quae hanc traditionis kartam fieri rogauerunt. † sign. Hrabani abbatis † Gerbeloti monachi et praepositi † Hemmoni diaconi † Adalmanni † Assoni † Herimoti † Hildilbeorati † Hunrichi † Gramanni † Reginolti † Hartalahi. Hemmo diaconus scripsit.

410. Traditio Uuigbrahti.

Ego itaque in dei nomine Uuigbraht in elimosynam meam dono atque trado ad mo- 823, 11. April.
nasterium sancti Bonifatii martyris Christi ubi Hrabanus abbas praeesse uidetur talem partem in illo fonte ubi nascetur sal qualis mihi contingit in eodem fonte qui est in terminis Chizzihheimero in pago Salageuue ea scilicet ratione ut a die presente uos et successores uestri accipiendi habendi fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta haec traditio in monasteriolo Brachauu anno X. Ludouici imperatoris mense aprili die XIIII. eiusdem mensis. † sign. Uuigbrahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Folrati † sign. Albharti † sign. Altmanni † sign. Eginonis † sign. Baturichi † sign. Harimoti † sign. Ercanrichi † sign. Birichonis † sign. Ortleibi.

411. Traditio Uuitgeri.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Uuitger trado ad sanctum Bonifatium in mo- 823, 2. Mai.
nasterio Fulda corpore quiescentem ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum omnem proprietatem meam in pratis et unum iugerum [1]) in uilla Sundheim quae sita est in pago Tullifelde ea ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores rerum praedictarum firmam et incontradictam in omnibus obtineant potestatem. facta traditio in monasterio Fulda anno X. regni Hludouici imperatoris mense maio secunda die mensis coram his testibus. † signum Uuitgeri tradentis † Friduhelmi † sign. Grimolti † Lantolti † sign. Reginolti † Herirati † Uuaningi † Heriolti. Hrnodolfus scripsit.

412. Traditio Gotahelmes.

Ego in dei nomine Gotahelm trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in 823, 11 Mai.
monasterio Fulda corpore requiescit ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum praeesse uidetur meam partem in illo superiore salso fonte qui ebullire uidetur in terminis uillae quae dicitur Chizzicha in pago Salageuue iuxta ripam fluminis Sala. similiter et unius capturae meam partem trado quae in litore meridiano ipsius supradicti fluminis constat et in fine

---

410. P. 470, I, 86. Tr. 337.

411. P. 543, II, 147 und 148, zwei Abschriften, welche in einzelnen Ausdrücken von einander abweichen. Schannat trad. 338 hat die zweite Abschrift (B) gegeben. [1]) B setzt hinzu *curtiferum*.

412. P. 469, I, 84. Tr. 339.

Digitized by Google

superius nominatae uillae ea scilicet ratione ut ab hac die praesente in dominio atque in potestate sit supradicti martyris Christi Bonifatii et in ipsius superius nominati abbatis ut quicquid exinde facere elegerit faciat absque ullius personae contradictione. facta est haec traditio in monasterio Fulda quinto idus maias anno X. regni domini Ludouici gloriosissimi imperatoris. ego Ascrih indignus monachus hanc traditionis kartulam scripsi. isti sunt testes huius traditionis. † sign. Gotahelmes qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit.

413. Traditio Amalperahti.

823, 6. Iuni. In nomine dei et saluatoris nostri Ihesu Christi. ego Amalperaht cognomento Fugal trado in uilla Hengisthorpf quae est in pago Salagauue unam aream habentem in latitudine uirgas XXIIII. et in longitudine XXXV. cum omni aedificio et unam bizunam cuius longitudo XXX. uirgarum est latitudo uero XV. et duo loca molendina et iugera V. in elimosinam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum ea ratione ut quamdiu uixero mihi liceat per praestationem praedicti abbatis ad sustentaculum uitae meae possidere. post obitum uero meum atque de hac luce discessum rectores memorati monasterii habeant teneant atque possideant et firmissima potestate perfruantur. Actum in monasterio Fulda anno X. regnante Ludouico imperatore mense iunio die VI. mensis eiusdem coram subscriptis testibus. † sign. Raginharii † sign. Brunichen † sign. Gunnen † sign. Sundarharii † Albuuarti † Rihbrahti † Tuotim † Hrabrahti † Husuuarti † Theotbaldi † Gundharii † Anen † Bartonis † Geruuini. Ruodolfus indignus [subdiaconus] subscripsi.

414. Traditio Uuigboti.

823, 9. Iuni. In dei nomine ego Uuigbot trado in terminis uillae Hnutilinga quae est in pago Salageuue iugera LX. in elimosinam meam et Muomum et Rihbercti ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda corpore requiescit ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum. ea ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. actum in monasterio Fulda anno X. regnante Hludouico imperatore mense iunio die nono eiusdem mensis coram subscriptis testibus. † sign. Uuigbot † sign. Ratolti † sign. Hruadmunti † sign. Hratboten † sign. Burgen † sign. Uuolfolti † sign. Iungrati. Ruodolfus indignus subscripsi subdiaconus.

2. 1.

415. Traditio Folchrammi.

823, 9. Iuni. In dei nomine ego Folchram trado in terminis uillae Sundheim quae est in Baringe partem capturae illius talem qualem mihi pater meus iure hereditauit in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda requiescit cui uir uenerabilis Hrabanus abbas

---

413. P. 468, I, 79. Tr. 340.
414. P. 468, I. 80. Tr. 341.
415. P. 536, II, 126. Tr. 342.

Digitized by Google

praeesse uidetur ea ratione ut a die praesente rectores memorati monasterii firmam in omnibus obtineant potestatem. actum in monasterio Fulda anno decimo regnante Hludouico imperatore mense iunio die VIIII. eiusdem mensis coram istis testibus. † sign. Folchrammi † sign. Uuotani † sign. Ginozes † sign. Uualtharii † sign. Ellengeri. Hrudolfus indignus subdiaconus scripsit et subscripsit.

416. Traditio Hruadmunti.

In dei nomine ego Hruadmunt trado in uilla Tulba quae est in pago Salageuue ad occidentem ecclesiae agrum .L. uirgarum longum et XIII. latum in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda corpore requiescit ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur ea ratione ut a die praesente rectores eiusdem monasterii firmam obtineant potestatem quicquid exinde elegerint faciendi. Actum in monasterio Fulda anno X. regnante Hludouico imperatore mense iunio die nono eiusdem mensis coram istis testibus. † sign. Ruadmunt † sign. Uuolfolt † sign. Iungrat † sign. Uuigbot † sign. Ratolt † sign. Ratboto † sign. Burgeo. Ruodolfus subdiaconus scripsi. 839, 9. Iuni.

417. Kartula ingenuitatis Frumigisi.

Dilectissimo meo Frumigiso. ego in dei nomine Ata plenius pertractaui pro dei timore et pro remedio animae meae ut ab iugo seruitutis te laxare uolucro ingenuum quod et ita feci ut ab hac die presente ingenuus sis et ingenuus permaneas et nulli heredum ac proheredum meorum nullo umquam tempore nisi tantum annis singulis denarios IIII. de cera ad ecclesiam sancti Bonifatii quae est constructa in silua quae dicitur Buochonia ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abba preesse uidetur et ad festiuitatem sancti Bonifatii dare studeas et si exinde neglegens uisus fueris cum uno solido restituas et cui dono ad confirmandam ingenuitatem ipsius quicquid peculiare habes aut deinceps elaborare potueris concessum habeas mundburt uel defensionem ad ipsam ecclesiam in omnibus habeas. si quis uero quod fieri non credo si ego ipsa quod absit aut aliquis de heredibus meis uel proheredibus meis seu quislibet ulla opposita persona qui [contra] hanc kartulam ingenuitatis uenire aut eam infrangere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii et insuper inferat ad ipsam supra dictam ecclesiam auri uncias .II. argenti libras .IIII. coactus exsoluat et tamen quod repetit euindicare non ualeat sed presens ingenuitatis [kartula] hec omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. facta kartula ingenuitatis haec sub die III. kalendas iulias anno X. regni domni Hludouuichi serenissimi imperatoris. Actum in Mogontia ciuitate in capella sancti Bonifatii coram testibus inferius scriptis. † Atun quae hanc kartulam ingenuitatis fieri atque firmare rogauit. † Salichi † Fruoridi † Otrammi † Hartuuini † Thruodulfi † Folcbercti † Gundrammi † Uuigrichi † Ratgeri † Ratulfi † Sigimanni † Reginfridi † Altmanni † Scapfleichi † ego Starcharius subdiaconus rogatus scripsi et notaui diem et tempus quo supra. 839, 29. Iuni.

---

416. P. 468, I, 8t. Tr. 344.
417. C. 67b, 183. Hd. a. Tr. 345.

Digitized by Google

418. Traditio Hruadun.

823, 4. Augusti. In dei nomine ego Hruadun trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda requiescit ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachorum pastor esse dignoscitur traditumque in perpetuum esse uolo in uilla Sala quae est in pago Grapfeld unam hobam et mancipia VII. his nominibus Albhart Luithilt Theotbirg Erpfuuar Sigiuuar Sigilind Uuerdhilt. ea ratione ut per beneficium praedicti abbatis eadem mihi liceat possidere quamdiu praesentialiter uixero et post meum discessum ipse et successores eius habeant teneant et perpetualiter possideant in elimosinam meam et utilitatem monachorum ibidem deo seruientium. actum in uilla Munirichesstat anno X. regni Hludouici imperatoris mense augusto die quarta coram subscriptis testibus. † sign. Hludolfi † sign. Hludomari † sign. Dinguuini † sign. Folcrichi † sign. Ottonis † sign. Hemmonis † sign. Uuatmari † sign. Cunimunti † sign. Otgeri † sign. Leobgeri † sign. Uuolfi † sign. Hahicho † sign. Sigiharti † sign. Reginheri † sign. Baturichi. Hruodolf indignus subdiaconus scripsit.

419. Traditio Uuuldarniuui.

823, 4. Augusti. Ego in dei nomine Uuuldarniuui dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolo omnem elaboratum meum et insuper memet ipsum ut quicquid deinceps laborauero uel acquisiero ad eum pertineat cuius me mancipaui seruitio et mancipia sex quorum nomina haec sunt Nortmunt Ncosta Albthrud Lustrat Libthrud Amalthrud. et omnia quae in praesenti die propria habere uideor trado ad supra dictum sanctum dei ea ratione ut nepti meae quae uocatur Uuuldarniu liceat unum ex mancipiis Libthrud nomine quamdiu uixerit in beneficio possidere. et similiter alterum mancipium uocabulo Amalthrud Ruadsuuindu nepti meae eadem conuentione ad uitam suam liccat possidere. caetera autem ego ad sustentaculum uitae meae per praestationis kartulam ad dies meos permittar habere post obitum uero meum et illarum quas praedixi neptium mearum absque ulla contradictione uel diminutione ad rectores praefati monasterii reuertantur. Actum in uilla Munirichesstat anno X. regni Hludouici imperatoris mense augusto die IIII. coram subscriptis testibus. † sign. Hludolfi † sign. Hludumari † sign. Dinguuini † sign. Folcrichi † sign. Ottonis † sign. Hemmonis † sign. Uuatmari † sign. Otgeri † sign. Uuolf † sign. Hrodolfi † sign. Cunimunti † sign. Leobgeri † sign. Haicho † sign. Sigiharti † sign. Regingeri † sign. Baturichi. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsi.

420. Traditio Otfrides.

823, 4. September. In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Otfrid trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis habeo in

---

418. P. 534, II, 118. Tr. 346.
419. P. 533, II, 113. Tr. 347.
420. P. 541, II, 142. Tr. 348.

Digitized by Google

duabus uillis hoc est in Altenstetin et in Grezzistat quae sunt in pago Grapfeld una cum terris domibus aedificiis mancipiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus uel quicquid dici aut nominari potest trado ad sanctum Bonifatium. nomina autem mancipiorum haec sunt Thancrih Rihthrud Hiina et filii eius III. Hruadmar et uxor eius Erilind. Uuitmar Uuolfhart Meginlind Brūnihilt cum filio uno. Liubucha cum filiis tribus. Liutmar Hartmar Mirliub Uuuldarrih cum omni eorum supellectili et sumptu. haec igitur omnia ut praedixi quae iuste et legaliter infra terminos memoratarum uillarum ad meam possessionem pertinent cum omni integritate trado coram testibus ad supra dictum sanctum dei ea ratione ut per beneficium praedicti abbatis mihi liceat easdem res possidere quamdiu uixero et ad usus meos non minuendo sed augendo excolere. post obitum uero meum tam ipse quam successores eius in elimosinam meam et ad seruitium seruorum dei habendi tenendi ac possidendi firmam et inuiolatam in omnibus obtineant potestatem. Facta traditio in monasterio Fulda anno X. regni gloriosissimi Hludouuici imperatoris mense septembri die septimo kalendas octobris coram subscriptis testibus. † sign. Otfrides qui hanc traditionis kartam fieri roganit. † sign. Sturmi † Uuerinolti † Friduhelmi † Hruadmari † Ercanrichi † Herimoti † Birichonis † Reginolti † Abraham † Theotfridi † Hruadfridi † Hruadmunti † Megingozi † Gerprahti † Eggi † Herirati † Hruadolfi † Nordperahti † Bebozi † Albarichi. Hruodolf indignus subdiaconus iussus scripsit. isti uestitionem uiderunt. † Rohing † Gerolt † Hruadmar † Gundacar † Suidger † Gisalhart † Leidrat † Hiltigrim † Folcolt † Gernand † Uuilliperaht † Helpfant † Partuh † Gerhoh † Egilhart.

421. Kartula Uuillirammi et Engilprahti.

Ego in dei nomine Uuilliram et Engilpraht pro remedio animae nostrae tradimus ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uenerabilis Hrabanus abba preesse uidetur seruum nomine Liutolfum. ea scilicet ratione ut a presente die uobis uel successoribus uestris IIII. denarios in cera persoluat. facta haec traditio anno X. regni Hludouuici gloriosi regis sub die nonas octobris coram his testibus. † Hiltibald † Hartfrit † Hruodunig † Erbart † Batucho † Uuillipraht † Morolt † Gatto † Herirat † Uuillibald † Hruodhart † Albrat † Gunzo † Otacar. 823, 7. October.

422. Traditio Asgeri et Hadugeri.

Si aliquid de facultatibus nostris a deo nobis concessis locis sanctorum concedimus pro hac nos procul dubio in aeterna beatitudine mercedem recepturos esse confidimus. idcirco nos Asger scilicet et Haduger tradimus ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum traditumque in perpetuum esse uolumus in uilla Geltheresheim quae est in pago Grapfelde aedificium nostrum et iugera XL. et cuncta quae in ipsa et in omnibus finibus eius iuste et legaliter ad nos pertinere uidentur tradimus in elimosinam nostram ad supra dictum sanctum 823, 26. November.

---

421. C. 67b, 184. Hd. a. Tr. 349.
422. P. 536, II, 125. Tr. 350.

Digitized by Google

dei ea ratione ut per beneficium praefati abbatis non uterque nostrum sed Haduger easdem res ad tempus uitae suae possideat. post obitum uero eius rectores supra dicti monasterii firmam et incontradictam perpetualiter in omnibus earundem rerum obtineant potestatem. Actum in uilla Gelthercsheim anno X. regni domini Hludouuici imperatoris mense nouembri die XXVI. Hrudolfus indignus subdiaconus iussus scripsit. † sign. Asgeri et Hadugeri qui hanc traditionis kartam fieri rogauerunt. † sign. Hagunonis † Rahhanti † sign. Gerbaldi † sign. Perahtgeri † sign. Belaz † sign. Engilprahti † sign. Adaluuigi † sign. Reginmunti † sign. Bernharti † sign. Engilgeri.

423. Traditio Trudhildae.

823, 8. Ianuar. In dei nomine ego Trudhilt trado ad sanctum Bonifatium unum seruum nomine Ercambald in pago Gozfelde manentem ea ratione ut per beneficium Hrabani abbatis mihi liceat eundem seruum ad uitam meam possidere et post obitum meum in illius et successorum eius cum omni elaboratu suo transeat potestatem. Facta traditio in uilla Nordheim anno X. regni Hludouuici imperatoris mense ianuario die octauo eiusdem mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit. † sign. Gozperahti † sign. Uuerinolti † sign. Sturmi † sign. Friduhelmi † sign. Herimoti † sign. Sigibrahti † sign. Abraham † sign. Ellenharti † sign. Magolfi † sign. Gundharti † sign. Theotmari † sign. Hruodmari † sign. Eggiprahti.

424. Traditio Blidhildae.

824, 8. Ianuar. In dei nomine ego Blidhilt trado ad sanctum Bonifatium ancillam meam nomine Frenchin in pago Grapfelde ea ratione ut per beneficium Hrabani abbatis mihi liceat eandem ad uitam meam possidere post obitum uero meum in illius uel successorum eius cum omni acquisitione sua transeat dominium. Actum in uilla Nordheim anno X. regni Hludouuici imperatoris mense ianuario die VIII. eiusdem mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit. † sign. Gozpraht † sign. Sturmi † sign. Uuerinolt † sign. Friduhelm † sign. Herimuot † sign. Sigipraht † sign. Abraham † sign. Ellenhart † sign. Magolf † sign. Gundhart † sign. Theotmar † sign. Hruadmar.

425. Traditio Inguhildae.

824, 8. Ianuar. In dei nomine ego Inguhilt trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachorum turbae praeest pastor duas hobas terrae arabilis in pago Grapfeld in terminis uillae Ostheim et mancipia quatuor his nominibus Eburhilt Triuhilt Liutrih Adalheri ea conditione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores firmam et incontradictam eorum quae tradidi in omnibus habeant potestatem. Facta traditio in uilla Nordheim anno X. regni Hludouuici imperatoris mense ianuario

---

423. P. 535, II, 121. Tr. 327.
424. P. 535, II, 119. Tr. 328.
425. P. 534, II, 117. Tr. 329.

Digitized by Google

die octauo eiusdem mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit. † sign. Gozperahti † sign. Sturmi † sign. Uuerinolti † sign. Friduhelmi † sign. Herimoti † sign. Sigiperahti † sign. Abraham † sign. Ellenharti † sign. Magolfi † sign. Gundharti † sign. Theotmari † sign. Ruodmari † sign. Eggibrahti † Ueltingi.

426. Traditio Uuiggeri.

In dei nomine ego Uuigger trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda corpore requiescit et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas esse uidetur in pago Tullifelde in uilla Sundheim unum pratum ea ratione ut a die praesente ipse et eius successores firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Actum in uilla Sundheim anno X. regni Hludouuici imperatoris mense ianuario die VIIII. eiusdem mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit. † sign. Uuiggeri qui hanc traditionem fecit. † sign. Einrati † sign. Sturmi † Uuerinolti † Friduhelmi † Herimoti † Abraham † Magolfi † Gundharti † Theotmari. 831, 9. Ianuar.

427. Traditio Ratroches et Deuites.

Ego in dei nomine Ratroc et Deuit donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor uidetur hoc est quod tradimus in Kizichero marcu quicquid ibidem proprietatis habemus id est terris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus ea ratione ut a die praesente uos in omnibus habeatis potestatem. Facta karta traditionis in uilla Iuzenheim anno X. regni domini Hludouuici gloriosissimi regis Francorum. et isti sunt testes. † Ratroches et Deuites qui hanc kartam traditionis in perpetuum esse uoluerunt. † Starcmanni † Iringi † Othelmi † Folcheri † Folcmari † Emichen † Irminbaldi † Heriolti † Freuuiperahti † Eburolfi † Liutmari † Othelmi. 824

428. Traditio Theotgeri.

Ego in dei nomine Theotger trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda requiescit corpore sacro ubi Hrabanus abbas praeesse cognoscitur hoc est quod trado unum iugerum [1]) in pago Tullifeld in uilla Ueithaha ea ratione ut a die praesente in uestrum redeant dominium. Facta traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici imperatoris mense februario idibus eiusdem mensis coram his testibus. † sign. Theotgeri qui hoc tradidit. † Hugprahti † sign. Blidgeri † Theotrichi † sign. Nandheri † Buobonis † Adolfi † Edolti † Herirati † Hadumari † Nordprahti † Gerprahti. Ascrichus [2]) iussus scripsit. 824, 13. Februar.

---

426. P. 535, II, 123. Tr. 330.

427. P. 468, I, 78. Tr. 351.

428. P. 537, II, 130. Tr. 352 »collata cum cod. mss.« [1]) Schannat schreibt: *iugera centum et mancipia XXX.* Auch Eberhard summ. 39, 129 hat *centum iugera cum mancipiis XX.* [2]) P. *Aschus.* Sch. *Asger.*

Digitized by Google

429. Kartula traditionis Ualtrata et Uoten de Botbarton.

824, 15. Februar. In Christi nomine. si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantia pauperum conferimus procul dubio nobis in aeterna beatitudine remunerari confidimus. nos itaque in dei nomine Uualtrat et Voto tradidissemus res nostras ad ecclesiam sancti Bonifatii ubi ipse sanctus dei corpore requiescit. ubi uir uenerabilis gratia dei Hrabanus abba atque custos presente tempore preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago uuormacinse in castello Pingua. et in alio castello nomine Bootbarta et in Prioni et in Spegen. et in occidentali litore Hreni fluminis. et in pago qui dicitur inferior Loganahi in Feldum in Uuilare in Barnbehhiu in Stetim. et unum bifang in litore Uuilinu in marcu uillarum Stetim et Feldum. et quicquid nos in istis locis uisi sumus habere totum et integrum ibidem donamus campis uineis pratis terris araturiis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus. et similiter donamus haec mancipia his nominibus. Egilolf et uxor eius Adalhilt cum filiis suis. Alblaug cum filio. Meginburg cum filiis suis. Theotheri et uxor eius Ratsuuind cum filiis suis. Theotun cum filio eius. Adalbirg Otgis Folrat Bilidrud cum filiis. Uuelarat Engilger Eharhilt cum filio eius. Illa cum tribus filiis. Isangart cum filiis. Heribirc cum tribus filiis. duo fili Hildiburge. Hruodheri Miilrat. haec omnia superius scripta et dum ego Uualtrat aduixero habeam teneam atque possideam. et post meum quoque discessum omnes res melioratas absque ullius contradictione in uestram redeant potestatem. si quis uero quod fieri non credimus si nos ipsi quod absit aut aliquis de heredibus uel proheredibus nostris seu qualibet opposita persona qui contra hanc kartulam traditionis temptauerit aut eam inrumpere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et insuper inferat ad ipsam ecclesiam cogente fisco auri uncias III. argenti pondera V. coactus exsoluat. et quod repetit euindicare non ualeat. sed presens traditio haec omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnixa. facta traditio haec in uilla Becchilenheim sub XV. kalendas martias anno XI. regni domni nostri Hludouuici gloriosi imperatoris. † Uualtrata et Votonis qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt. † Albrichi comitis † Frumolti † Badurichi † Ercanberti † Hunberti † Adaluuini † Engilhelmi † Ermberti † Rathadi † Otberti † Adalberti. ego Hruadhart hanc kartam traditionis scripsi.

430. Traditio Nidgozi.

824, 16. Februar. Ego in dei nomine Nidgoz trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praecst monachorum traditumque in perpetuum esse uolo ob remedium animae Husuuarti quicquid proprietatis habeo in uilla quae uocatur Thurpfilin iuxta ripam fluminis Moin in regione Selauorum ea conditione ut a die praesente tam praedictus abbas quam successores eius in elimosinam Husuuartes et in ipsorum utilitatem habeant teneant atque possideant suisque posteris perpetuo possidendum relinquant absque ulla contradictione uel impedimento aliorum. Actum in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici imperatoris mense februario die XVI. eiusdem mensis coram istis testibus. † sign. Nidgozi qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † sign. Albolti † sign. Bernolfi † Ermingi † Massonis † Herirati † Nandgisi † Gerperahti † Nordprahti † Hadumari. Hruadolf indignus subdiaconus iussus scripsit.

---

429. C. 69 b, 188. Hd. b. Tr. 3: .
430. P. 536, II, 124. Tr. 353.

Digitized by Google

431. Kartula Iburini pro Rathere de Rinahgouue.

Ego in dei nomine Iburin trado in elimosinam Ratheres quicquid proprietatis habuit in terminis uillae Thornheim ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fuldae [requiescit] ubi Hrabanus abba preesse uidetur i. exceptis mancipiis in agris et pratis aedificiis areis quicquid dici uel nominari potest ea scilicet ratione ut a die presente supradictus abbas uel successores eius haec omnia teneant atque possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta traditio VIIII. kalendas martias anno XI. Hluduuuici. coram his testibus † Iburin † Hiltibald † Heriuuig † Erhart † Suuidger † Hruodnuig † Egisheri † Unarg † Uuolfhelm † Bernheri † Uuihgung † Folerih † Hiltifrid † Uuitger † Uuillibald † Hruoding † Batucho † Uualtheri † Ernust † Batucho † Geruuin † Uuisurih † Asprant † Eggihart † Eburhelm. isti fuerunt ad uestitionem † Franco † Uuitger † Gundhelm † Uualah † Liutram † Gundacar † Bernhart † Uuasogo † Uuadheri. 824, 21. Februar.

432. Traditio Engillindae.

Ego in dei nomine Engillind dono atque trado pro remedio animae meae ad sanctum Bonifatium martyrem Christi cuncta quae possideo in Craffa iuxta Fuldam et [1]) mancipia duo quorum haec sunt nomina. Perahtlind Vohthilt ea uidelicet ratione ut per beneficium uestrum ea possideam usque ad obitum uitae meae et post obitum meum in uestram transeant potestatem. Acta haec traditio in monasterio quod dicitur Ratesdorf anno ab incarnatione domini DCCCXXIIII. [2]) regni uero serenissimi imperatoris Hludouuici anno XI. mensis aprilis sub die XVII. kalendas maias presentibus his testibus. † sign. Ginozes † sign. Brunichonis † sign. Gerperahti † sign. Ellingeri † sign. Reginolti † sign. Herirati † Reginharti † Gundalahi † sign. Herimoti † sign. Nebi † sign. Herigelti † sign. Nordprahti. 824, 15. April.

433. Traditio Otmari.

Ego in dei nomine Otmar trado ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas pius preesse uidetur pater hoc est in pago Tullifeld quod trado in marcu Sundheim iugera XL. ea ratione ut ab hac die rectores fuldensis ecclesiae habeant teneant possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta traditio XV. kalendas maias anno XI. regni Hludouuici imperatoris coram his. testibus. † sign. Otmari qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit † Ezzilonis † Galamanni † sign. Herimanni † Uurmheri † Geperahti † Uuolfmunti † Uuasgonis † Albharti † Heriolti † Ellingeri † Asalahi † Frumolti. ego Ascrichus iussus scripsi. 824, 17. April.

---

431. C. 68b, 167. Hd. a. Tr. 354.

432. P. 533. II, 114. Tr. 358, coll. cod. mss. [1]) Die Worte: *cuncta — et* fehlen bei P; vergl. jedoch auch Eberhard summ. 39, 109. *Craffa* hat Schannat gewiss falsch gelesen. [2]) P. hat DCCCXXV.

433. P. 549, II, 164. Tr. 357.

Digitized by Google

434. Traditio Hruodingi.

824, 8. Mai. Ego in dei nomine Hruoding trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda corpore requiescit ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachis praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis habeo in Uuolfeshart quae est in pago Grapfeld cum mancipiis XX. [1]) ea scilicet ratione ut praedictus abbas et successores illius ab hac die et deinceps habendi ac possidendi firmam et incontradictam in omnibus obtineant potestatem. Actum in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici imperatoris mense maio die VIII. coram infra nominatis testibus. † sign. Hruodingi traditoris † sign. Nordperahti testis † sign. Eggi testis † sign. Heriolti testis † Herirati testis. Hruodolfus scripsit.

435. Kartula traditionis Ermanolti.

824, 5. Iuni. Ego in dei nomine Ermanolt trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda. ubi uir uenerabilis Hrabanus abba turbae monachorum regulariter degentium pius preesse uidetur. hoc est quod trado in pago Uuormacinse in uillam Omunheim uineam unam et mancipia II. ea uidelicet ratione ut a die presente ex mea potestate in supradicti abbatis et sucessorum eius redeat dominium et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta traditio in monasterio Fuldae anno XI. regni Hludouuichi imperatoris mense iunio eiusdem mensis nonas. † Ermanolti qui hanc traditionem fieri rogauit. † Gunduuini † Uuihingi † Gundharti † Magolfi † Teino † Theotger † Theothoh † Heriuuart † Gunno † Herimot † Asso. ego Ascrichus iussus scripsi.

436. Traditio Hruadhelmi.

824, 5. Iuni. In dei nomine ego Hruadhelm trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum pius praeese uidetur pastor in pago Hasageuue in Heilingero marcu iugera duo et in pago Grapfeld in Lurungero marcu quinquaginta iugera et mancipia X. ea uidelicet ratione ut a die presente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeant ac deinceps perenniter in eius dominio permaneant. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici piissimi imperatoris nonis iunii coram his testibus. † sign. Hruadhelmi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Antolfi † Rathelmi † Gotafridi † Leibolfi † Adalboldi † Ratroc. ego Ascrih indignus ostiarius scripsi et testibus confirmaui.

437. Traditio Zituuarti.

824, 5. Iuni. Ego in dei nomine Zituuart trado ad sanctum Bonifatium ubi Hrabanus abbas preesse uidetur II. iugera in pago Hasageuue in Heilingero marcu ea ratione ut a die praesente

---

434. P. 537, II, 128. Tr. 356, coll. cum cod. mss. [1]) Die Worte *cum mancipiis XX.* fehlen bei P; aber auch Eberh. summ. 39, 127 führt sie an.

435. C. 68a, 186. Hd. a. Tr. 360.

436. P. 537, II, 120. Tr. 362 coll. cum cod. mss.

437. P. 538, II, 132. Tr. 368.

Digitized by Google

redeant in praedicti abbatis potestatem. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici imperatoris nonis iunii coram his testibus. † sign. Zituuarti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Antolfi † Rathelmi † Gotafridi † Leibolfi † Adalboldi † Ratrog. ego Ascrih iussus scripsi.

438. Traditio Folcrati.

Ego in dei nomine Folcrat trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii 824, 5. Iuni.
quod dicitur Fulda ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum pius praeesse uidetur pater in pago Hasageuue in Heilingo marcu iugera LV. ea scilicet ratione ut a die presente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeat ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici piissimi imperatoris nonis iuniis coram his testibus. † sign. Antolfi † sign. Rathelmi † Gotafridi † Leibolfi † Adalboldi † Ratroc † Folcrati qui hanc traditionis kartam scribere rogauit. ego Ascrichus iudignus ostiarius hanc kartulam traditionis iussus scripsi et testibus confirmaui.

439. Traditio Egilharti.

Ego in dei nomine Egilhart trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro 824, 5. Iuni.
requiescit in corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas pius praeesse uidetur pastor iugera duo in pago Grapfeld in marcu Gerinesheimo ea uidelicet ratione ut a die praesente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeat ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici piissimi imperatoris nonis iuniis coram his testibus. † sign. Egilharti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Herimoti † sign. Engilharti † sign. Uuoatani † sign. Hruadfridi † sign. Friduarti † Regiuharti † sign. Abraham † sign. Uuonati † sign. Frehholfi † Hruadmari. ego Ascrih indignus ostiarius hanc traditionis kartulam iussus scripsi et testibus confirmaui.

440. Traditio Hruadfridi.

In dei nomine ego Hruadfrid trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda 824, 5. Iuni.
sacro requiescit in corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum iugera CLII. in Iusicho marcu in pago Grapfeld ea uidelicet ratione ut a die presente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeat ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici piissimi imperatoris nonis iuniis coram his testibus. † sign. Hruadfridi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Frehholfi † sign. Ramuolfi † Perahtgeri † sign. Liutfridi † Erpfrohi † Ercanfridi. ego Ascrichus indignus ostiarius hanc traditionis kartulam iussus scripsi et testibus confirmaui.

---

438. P. 539, II, 136. Tr. 367.
439. P. 539, II, 135. Tr. 366.
440. P. 540, II, 140. Tr. 364.

Digitized by Google

441. Traditio Hahgeri.

824, 5. Iuni. In dei nomine ego Hahger trado in elimosinam meam ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi Hrabanus abbas pius praeesse uidetur pastor hoc est quod trado in pago Tullifeld in uilla Uestheim in ipsa marca quicquid proprietatis habeo id est terris siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus quicquid dici et nominari potest ea uidelicet ratione ut a die praesente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeat ac deinceps in eius dominio permaneat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici piissimi imperatoris nonis iuniis coram his testibus. † sign. Hahgeri qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Herimoti † Engilharti † sign. Uuoatani † Frehholfi † Hruadfridi † Uuonati † Friduharti † Reginharti † Abraham † Hruadmari. ego Ascrichus indignus ostiarius hanc traditionis kartulam iussus scripsi et testibus confirmaui.

442. Traditio Eburolfi.

824, 5. Iuni. Ego in dei nomine Eburolf trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum in pago Tullifeld in uilla Uuestheim iugera LXXV. ea scilicet ratione ut a [die] praesente ex nostra potestate in supradicti abbatis et successorum eius redeat dominium. facta haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici serenissimi imperatoris nonis iuniis coram his testibus. † sign. Eburolfi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit † sign. Frehholfi † sign. Perahtgeri † Liutfridi † Ramuuolfi † Erpfrohi † Ercanfridi. ego Ascrichus indignus ostiarius hanc kartam traditionis scripsi et testibus confirmaui.

443. Traditio Brungeri.

Isti sunt testes qui uiderunt quod Brunger tradidit unum seruum ad sanctum Bonifatium nomine Libolf. † sign. Theotleihi † Ercanperahti † Sigibotonis † Amalperahti † Hruadfridi † Theotfridi † Leobsunes † Hunolti † Rachanti † Nendichonis † Hruadhelmi † Reginbotonis. Ascrichus scripsit.

444. Traditio Ruadniuh.

824, 18. Iuni. In dei nomine ego Ruadniuh trado ad sanctum Bonifatium VII. mancipia in pago Salageuue quorum nomina haec sunt Sigibold Meginhilt Reginbold Cunimuot Rodoman Macholf Adalfrid cum omni supellectili eorum ea ratione ut ea quamdiu uiuam per beneficium Hrabani abbatis monasterii sancti Bonifatii habeam post obitum quoque meum cuncta absque ulla contradictione redeant ad sanctum Bonifatium. facta est haec traditio in monaste-

---

441. P. 542, II, 144. Tr. 361.
442. P. 542, II, 145. Tr. 363.
443. P. 542, II, 146; vergl. Eb. summ. 39, 144.
444. P. 470, I, 87. Tr. 369.

Digitized by Google

riolo quod dicitur Mattencella anno XI. regni Hludouici piissimi regis Francorum decimo quarto kalendas iulii coram his testibus. † Ercanberahti † Amalperahti † Friduuini † Eginonis † Iringi † Uuerinharti † Adalharti † Folcmari † Nandharii † Folcuuini † Uuisanti † Eltingi † Althelmi † Deuit. † Theotmar indignus subdiaconus scripsi hanc kartam traditionis.

445. Traditio Eggisuuind.

In dei nomine ego Eggisuuind trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda 821, 18. Iunii.
sacro requiescit corpore ubi Hrabanus abbas uir uenerabilis multitudinem regit monachorum quicquid proprietatis habeo in uilla quae dicitur Matolfeshus quae sita est in pago Salageuue id est domibus aedificiis curtis ariolis terris pomeriis agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus et mancipia V. his nominibus Thancolt Batahilt Herimar Uuilligis Adalolf et unius pueri communis duae partes nomine Ruadhelm cum omni suppellectili eorum ea tamen ratione ut illa mancipia et LX. iugera cum una ariola usufructuario tantum per beneficium supradicti abbatis habeam ad uitam meam. caetera uero quae tradidi exceptis his ab hodierno die redeant cuncta et integra in potestatem sancti Bonifatii martyris Christi et iam supra nominati abbatis necnon et illa quae ad uitam meam per suum beneficium habeam post obitum meum redeant in suum dominium. facta est haec traditio in monasteriolo quod dicitur Mattencella anno XI. regni Hludouuici piissimi regis Francorum XIIII. kalendas iulii coram his testibus. † Ercanperahti † Amalperahti † Friduuuini † Eginonis † Iringi † Uuerinharti † Adalharti † Folcmari † Nandharii † Folcuuini † Uuisanti † Eltingi † Althelmi † Deuit. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartulam rogatus scripsit.

446. Traditio Uuerinharti et Rihuuarti.

Ego in dei nomine Uuerinhart et patruelis meus Rihuuart donamus atque tradimus 824, 18. Iunii.
in elimosinam nostram et pro debito quinque librarum fratris mei et patris eius Richartes ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum pius pastor uidetur hoc est quod tradimus et in perpetuum esse uolumus in uilla Karagoltesbach in pago Ascfeldum X. iugera ea tradimus ratione ut a die presente uos firmam et liberam habeatis in illa re potestatem. facta karta traditionis et debiti in uilla Karagoltesbach mense iunio die uero XIIII. kalendas iulii in octaua pentecostes anno XI. regnante domino Hludouico imperatore gloriosissimo rege Francorum. isti sunt testes traditionis. † Uuerinharti et Rihuuarti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauerunt. † Ercanperaht † Friduuuin † Folcmar † Nandheri † Amalperaht † Deuit † Elting † Egino † item Egino † Folcuuin † Irinus † Ercanbot † Nendilo. item testes qui uestitionem uiderunt † Uuerinharti † Rihuuarti qui in hanc uestitionem consenserunt et uoluerunt. † Uualtun † Folcpraht † Othelm † Perahtrat † Sigiperaht † Stinding. Aladram presbyter scripsit.

---

445. P. 470, I, 88. Tr. 371.
446. P. 471, I, 89. Tr. 370.

Digitized by Google

447. Traditio Uuarmunti.

824, 18. Iuni. In dei nomine ego Uuarmunt et mater mea Ellensuuind donamus et tradimus in elimosinam nostram et patris mei Liutheres ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi sanctus martyr Bonifatius corpore sacro requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur hoc est quod tradimus et in perpetuum esse uolumus in uilla Karagoltesbach et in pago Ascfeldum quicquid ibidem proprietatis habere uisi sumus id est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mancipiis et arialis et nomina mancipiorum haec sunt Uuenito Leobuuini. ea uero ratione ita tradimus ut a die praesente uos firmam et incontradictam in omnibus nullo contradicente habeatis potestatem. facta kartula traditionis in monasterio Sala mense iunio decimo quarto kalendas iulii in octaua pentecostes anno XI. regni domini Hludouuici gloriosissimi regis Francorum. isti sunt testes traditionis. † signum Uuarmunti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † Friduuuin † Ercanperaht † Nandheri † Adaluuig † Folcmari † Egino † Folcnand † Othelm † Folcuuin † Althelm † Theotfrid † Ruadfrid † Gotafrid. item testes qui uestitionem uiderunt. † Uuarmunti qui in hanc uestitionem consensit † Sindicho † Ebanolt † Folcheri † Fruming † Reginheri † Uuerinhart † Uuigilo † Nordaloh † Ruadiperaht † Anthad † Manolt † Othelm. Aladram presbyter rogatus scripsit.

448. Traditio Baldrihi.

In dei nomine Baldrih Eggirih et Batto donamus atque tradimus ad sanctum Bonifatium portionem unius uineae in longitudine uirgae XX. in latitudine uirgae IX. traditumque in perpetuum esse uolumus hoc est in uilla Mahtolfeshus in pago Salageuue. ea uero ratione tradimus ut a die praesente uos et posteri uestri firmam habeatis potestatem. et isti sunt testes qui hoc audierunt et uiderunt giuueridam. id est Amalperaht Siginand Pernuuig presbyter Immo Baldrih Batto Eggirih Fugal Liutmar Nordpraht Uuerinpraht Uuielant Nendicho Erbeo. Aladram presbyter scripsit.

449. Traditio Theotharti.

824, Iuli. In dei nomine ego Theothart trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium mancipia IIII. id est uxorem Altrati cum tribus filiis et cum omni substantia sua id est Alachilt Albuuart ea ratione ut a die praesente de mea potestate in uestram redeat dominium absque ullius personae contradictione in hunc modum ut mihi Hrabanus abbas donet duas libras de argento et tertiam dimidiam quod et ita iam fecit. facta traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouuici imperatoris mense iulio XVIII [1]) kalendas augusti. † sign. Theotharti qui hanc traditionem fecit † sign. Fricchonis † sign. Liutharti † sign. Prehholfi † sign. Hartalohi † sign. Albharti † sign. Faholfi † sign. Uuonati † sign. Regingeri † sign. Helpfrichi † Magolfi † Gerprahti † Uualtheri † Theothehi. ego Ascricus iussus scripsi.

---

447. P. 471, I, 91. Tr. 359.

448. P. 471, I, 90.

449. P. 517, II, 163. Tr. 372. [1]) Die Zahl ist falsch; es kann höchstens XVII. heissen, und dann wäre es der 16. Juli.

Digitized by Google

450. Traditio Friesonis.

Ego in dei nomine Frieso trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam et Cunibrahti tria iugera in uilla quae dicitur Frisenhus quae est constructa in pago Grapfeld ea ratione ut a die praesente eius dominationi perpetualiter subiaceant. actum in monasterio Fulda anno XI. regni Hludounici imperatoris XV. kalendas augusti coram his testibus. † sign. Friesonis qui hanc kartam fecit † Ualahes † Eginonis † sign. Nendingi † sign. Heriolti † sign. Reginheri † sign. Ellingeri † sign. Snelharti. Theotmar scripsit. 834, 18. Juli.

451. Traditio Hahhonis et Adalprahti.

Ego in dei nomine Hahho comes et Adalpraht tradimus in elimosinam Hiltiburgae quicquid illa nobis manu potestatiua tradidit tradendum ad monasterium sancti Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum regulariter degentium pius praeesse uidetur pater hoc est quod tradimus in Sundheimo marcu et in Nordheimo quicquid supra dictae Hiltiburgae Bald illic hereditauit in pago Paringo mansas quinquaginta tres cum XVI. mancipiis et unam domum cum congrua structura et haec sunt nomina mancipiorum. Hruadleih Leobhilt Leobuuih Leobnod Meiol Irmingart Theotgart Uuerinburg Tagauuart Rumhilt Lintburg Uuerdpraht Adalhart Uualtolf Theotburg. ea scilicet ratione ut haec omnia Hiltiburg habeat ad suam uitam et post obitum illius supra dictus abbas uel successores illius perpetualiter possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludounici imperatoris mense augusto secundo kalendas septembres coram his testibus. † sign. Hahhonis et Adalprahti qui hanc traditionem fecerunt. † Meginbaldi † Uuolfolti † Ercanrichi † Reginharii † Ermanolti † Germoni † Uuilliprahti † Hadumari. ego Ascrichus iussus scripsi. 834, 31. August.

452. Traditio Reonolfi.

Ego in dei nomine Reonolf trado ad sanctum Bonifatium in pago Grapfeldun in uilla Atihusum seruum unum cum sua hoba cuius nomen est Uualthrud et alium nomine Hruadolt ea uidelicet ratione ut hos habeam ad meam uitam. post obitum quoque meum ecclesiae rectores sancti Bonifatii tenendo fruendo firmam in omnibus habeant potestatem. facta traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludounici imperatoris mense augusto coram his testibus. † sign. Reonolfi qui hanc traditionis kartam fieri roganit † sign. Gundnuini † Uuihingi † Rimisteini † Ercanrichi † Burgolfi. ego Ascrichus iussus scripsi. 834, August.

---

450. P. 535, II, 122. Tr. 375.
451. P. 539, II, 137. Tr. 374.
452. P. 538, II, 131. Tr. 373.

Digitized by Google

453. Traditio Berahartes et Hadaburgae.

824, 22 October. In Christi nomine nos itaque ego Berahart et coniux mea Hadaburg communibus manibus tradimus unam capturam in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum preesse uidetur in pago Grapfelde in marcu Mareesfeldes in meridiano litore fluminis quod dicitur Hasalaha et in utroque litore Marcbahhes qui mediam interfluit uillam unam traditumque in perpetuum esse uolumus ea scilicet ratione ut a die praesente dominatui subiaceat supra dicti abbatis in utilitatem illius successorumque eius et in nostram perpetuam elimosinam. actum in monasterio quod nuncupatur Rora mense octobri XI. kalendas nouembres anno XI. regni Hludouici piissimi imperatoris coram his testibus. † sign. Berahartes et coniugis eius Hadaburgae qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Uuidarolt † Herimoti † Assen † Gerhohes † sign. Erpfen † Ruadfrides † Theotfrides † Reginhercs † Adalharti. et ipsi testes sunt uestitionis huius traditionis quae supra dicto abbati in eodem die ab ipsis traditoribus facta est. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartam iussus scripsit.

454. Traditio Hiltiburgae.

824, 9. December. Ego in dei nomine Hiltiburg ut aeternam salutem consequi merear trado ad reliquias sancti Bonifatii martyris qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas conuentui coenobitarum praeesse uidetur quicquid in tribus uillis Sundheim scilicet Nordheim et Streuuia quae sunt in pago Tullifeld proprietatis iuste et legaliter moderno tempore possidere uideor una cum domibus terris aedificiis mancipiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et quicquid de mobilibus siue immobilibus dici aut nominari potest. mancipiorum autem haec sunt nomina Suuabperaht Liobsuuind Atta Reginuuiz Franco Adaluuiz Theotger Gerhoh Gerrih Tetta Burguuih Engilperaht Bernuuart Sindperaht Hiltrat Gerrat Otfrid Sigiburg Rumhilt Meginburg. haec quidem omnia quae praemisi de iure meo in ius domini et sancti Bonifatii in elimosinam meam trado atque transfundo ea ratione ut quamdiu uixero in hac presenti uita per beneficium rectoris supra dicti monasterii sub censu illa possideam et post obitum meum cum omni integritate et augmento idem ipse et successores eius habeant teneant atque possideant suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant. actum publice in uilla Nordheim anno XI. regnante domino Hludouico rege Francorum mense decembri die IX. coram subscriptis testibus. † sign. Hiltiburga quae hanc traditionem fecit. † sign. Gozperahti † Adalprahti † Morboldi † Altbrahti † Egilold † Haholti † Reginolt † Helmolti † Gundbrahti † Lantolti † Nizo † Albolfi. Hrudolfus scripsit.

455. Traditio Germunti.

825, 17. February. In Christi nomine ego Germunt dono atque trado omnem proprietatem meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas

---

453. P. 538, II, 133. Tr. 376.

454. P. 540, II, 139. Tr. 377.

455. C. 70b, 193. Hd. c. P. 495, II, 3 und wiederholt 542, II, 143, wo die Namen der Mancipien fehlen. Tr. 378.

Digitized by Google

multitudinem regit monachorum. in pago Grapfelde in uilla quae dicitur Marcesfeld. et in ipsa marca id est in siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus pecoribus et mancipiis quorum nomina haec sunt. Berefrid Otmunt Rvotbald Hunolt Uualahheri Hunrat Hiltimuot Leobmuot Holomot Rosmot Theotulf Adalniuui Rihhelm Herimar Fridiniuui Gotennin Herisuuind cum omni supellectili eorum. ea tamen ratione ut ad uitam meam ipsas res usufructuario possideam. post obitum uero meum cuncta quae tradidi absque ulla contradictione in potestatem supradicti abbatis redeant aucta et meliorata non minorata. Actum anno dominicae incarnationis DCCCXXV. indictione tertia .XIII. kalendas martias. anno XII. regni Hludouuici piisimi regis. † sign. Germunti qui hanc traditionem fecit. † sign. Beraharti † Uualtolfi † Herimoti † Uuahhoni † Reginharti † Folcgeri † Hratgasti † Isanharti † Lantfridi † Heitoni † Herimari † Adalharti † Assonis † Reginheri † Ellingeri † Eburharti † Altmanni. Thiotmar scripsit. Attamar. Gundolf. Stillimvot. Thiotuuin. Sigiman.

456. Restitutio bonorum in conuentu publico sub Poppone comite.

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCXXV. regni autem serenissimi imperatoris Hludouuici XII. mense februario decimo kalendas martii factus est publicus conuentus Popponis comitis et totius comitatus eius in terminis uillae quae dicitur Geismari factaque est exquisitio magna in eodem conuentu de terminis monasterii quod nuncupatur Hunafeld et quisquis in illo placito repertus fuerat aliquid sibi infra terminos eiusdem monasterii aut ad proprietatem uindicare aut iniuste retinere hoc secundum legem ipsorum coram supra nominato comite et omni conuentu restituit atque legatis Hrabani monasterii sancti Bonifatii abbatis reddidit et confessi sunt ibi qui in eisdem finibus hereditates habere uoluerunt quia per beneficium praeuisorum monasterii sancti Bonifatii usque ad hanc diem ea quae habere uidebantur possiderent ac deinceps habere debuissent atque uoluissent ut sine damno restituerent quod iniuste tenuerunt. isti sunt qui dimiserunt atque restituerunt quicquid in finibus illis habuerunt. Otto uidelicet excepto ..... Helmgoz praeter ..... Engilrih excepto ..... Gerung excepto ..... Gozrih praeter ..... coram his testibus. Poppo comes Galaman Offo Liutpraht Nidhart Fridurih Friduhelm Ortheri Hiltiger Uualtger Arndeo Hugideo Grimolt Einrat Uuerinmunti Uuenilo Hahho Uuan Helmot Reginolt Voto Prun Prunman Artberi Uuoatan Geboroh Nordalah VogoHruadgart. alii testes qui illam reuestitionem uiderunt factam coram missis Popponis comitis Liutprante uidelicet et Geborohe. Berauuin Goteram Erpfuuin Altolf Amanolf Otacar Iungman Arnolt Ramolf Uuulfrih Herimuot Attaman Gerbald Hlungan. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsi.

835, 20. Februar.

457. Traditio Berabarti et Hadaburge.

Si aliquid de terrenis facultatibus nostris beneuola deliberatione ad loca conferimus sanctorum procul dubio inde nos in aeterna beatitudine remunerandos fore confidimus. idcirco ego

835, 13. März.

456. P. 544, II, 150. Dioec. 237, 5. Noch im sechszehnten Jahrhundert hielten die Aebte von Fulda Landtag in jener Gegend, auf der Lüntzlinden zwischen Geisa und Rasdorf.

457. P. 543, II, 149. Tr. 379.

Digitized by Google

Berahart et coniux mea Hadaburg tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini coenobitarum pius praeest pastor hoc est in pago Grapfelde in uilla Marahesfelde et in illa marca quae ad illam pertinet nillam quicquid proprietatis habemus communibus manibus tradimus id est in areis et aedificiis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus siluis cum omnibus adiacentiis ad nostram proprietatem pertinentibus ea tamen ratione ut ea quae tradimus per beneficium supra nominati abbatis ad uitam nostram meliorando et augendo usufructuario habeamus. post nostrum quoque de hac luce discessum ipse in omnibus absque ulla contradictione habeat potestatem suisque posteris ad possidendum perpetualiter relinquat. acta uero traditio iam dicto in uico Marshesfelde XV. kalendas aprilis anno XII. regni Hludouuici piissimi regis Francorum coram testibus inferius nominatis. † sign. Beraharti et coniugis eius Hadaburge qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Uuidsrolti † Attonis † Eburharti † Issnharti † Theotharti † Albuuini † Heitonis † Folcgeri † Ratgasti † Aruolti † Altmanni † Adalharti † Reginolfi † Starcolfi † Germunti † Gerhohi. istique sunt testes uestitionis quae illis praesentibus in eodem die facta est. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit.

458. Traditio Sigilougae.

825,15.April. Non habetur incognitum qualiter ego indigna ancilla dei Sigiloug pro remedio animae meae et parentum meorum ad sanctum Bonifatium martyrem Christi particulam quandam in elimosinam meam tradidi hoc est in pago Grapfelde in uillis nominatis Rosdorf et Uulfricheshus VII. hobas cum his mancipiis Theotpraht et uxor eius Uuonathilt Theothilt Lantrat Otheri Albuuin Theotmuot Reginmot Ruadmot Ratuuar Adaluuar Eliso Ratgund Ratgart Altheri Otuuin Nidgoz Ratmot Liubilo Albolf Liobuuar Buozolt ea scilicet ratione ut post obitum meum uos uel successores uestri firmam et incontradictam ab omni persona accipiendi fruendi in omnibus habeatis potestatem. † Sigilougae quae hanc traditionis kartam fieri rogauit. † Ginoz † Brunicho † Gerbraht † Ellinger † Reginolt † Herirat † Reginhart † Gundalah † Herimot † Nebi † Herigelt † Nordpraht. acta haec traditio ad monasterium quod dicitur Ratesdorf anno ab incarnatione domini DCCCXXV. regni uero serenissimi imperatoris Hludouici anno XII. [1]) mense aprili sub die XVII. kalendas maii.

459. Kartula traditionis Theotacari de Tienenheim.

826,20.April. In dei nomine ego Theotacar trado in elimosinam meam in Tienenheimero marcu duo iugera ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore. ubi uir uenerabilis Hrabanus abba multitudini coenobitarum pius preest pastor traditaque in perpetuum esse uolo. ea tamen ratione ut illa quae trado in dominium et in usum supradicti abbatis necnon et familiae sancti Bonifatii a moderno tempore redeant ac deinceps permaneant. et ut mihi econtra quicquid pater meus Ato in Talaheimoro marcu tradiderat in elimosinam suam ad sanctum

458. P. 535, II, 120. Tr. 394. [1]) Bei Pistorius steht XI; Schannat hat dieses Regierungsjahr beibehalten, dagegen das Jahr n. Ch. geändert in DCCCXXIIII.

459. C. 69b, 189. Hd. b. Tr. 380.

Digitized by Google

Bonifatium per beneficium iam nominati abbatis ad uitam meam habere liceat. postque obitum meum in suam iterum absque ulla contradictione redeant potestatem. Actum in uilla Eigratesheim in conuentu publico anno XII. regni serenissimi regis Francorum Hludouuici mense aprili XII. kalendas maias coram his testibus. † Gundramni † Hagonis Rinolti Otprahti Emichonis Ratharii Liutfridi Erharti Uuattonis Erharti Batuchonis Uuigharti Hugibaldi Burgolfi. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartulam iussus scripsit. Coram his testibus restituit Theotacar quicquid de traditione iniuste possidebat Aden patris sui. Gundram Haguno Rinolt Otpraht Emicho Ratheri Liutfrit Erhart Uuatto Erhart Patucho Uuighart Hugibald Purgolf.

460. Traditio Sinperahti.

In nomine domini ego Sinperaht dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum in marcu Grapfeldono bifang unum qui contingit iuxta fluuium qui dicitur Hlutaha in utroque litore eiusdem fluminis traditumque in perpetuum esse uolo et unum mancipium nomine Snelmot ea ratione ut a die praesente quae tradidi redeant in dominium sancti Bonifatii et supradicti abbatis et in perpetuum in illa potestate permaneant nullo contradicente. actum in monasterio Fulda anno XII. [1]) regni Hludouuici imperatoris gloriosi pridie nonas iulii coram testibus subscriptis. † sign. Sindprahti qui hanc traditionem fecit. † Hagunonis † Engilger † Ellingeri † Geruuihes † Assonis † Uuonati † Reginheri † Gundalahi † Gerbrahti † Heriolti. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartam rogatus scripsit. 823, 6. Iuli.

461. Traditio Gotehrammi.

Ego in dei uomine Gotehram trado ad sanctum Bonifatium quicquid ego et Sigirham filius patrui mei in uilla quae dicitur Sala in pago Grapfeld proprietatis habemus id est terrae araturiae iugera XV. exceptis duabus legitimis areis ea uidelicet ratione ut a die presente cuncta quae in nostram trado elimosinam ad supradictum pertineant sanctum. acta est haec traditio in monasterio Fulda anno XII. Hludouuici regni piissimi imperatoris Francorum IV. nonas augusti. 833, 2. August.

462. Traditio Egilmari et Meginolti.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego itaque Egilmar et Meginolt tradimus in elimosinam nostram ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius corpore requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur in uilla Bibarahu quicquid proprietatis habemus in illa captura quae capturae cohaeret sancti Bonifatii ea ratione ut a die 825, 10. September.

---

460. P. 547, II, 162. Tr. 381. [1]) Die Zahl fehlt bei P.; Schannat hat sie ergänzt.

461. P. 534, II, 115 u. 545, II, 153. Tr. 382 coll. cum cod. mss. Die Zahl der iugera fehlt bei P. an beiden Stellen; aber auch Eberh. summ. 39, 110 giebt sie an.

462. P. 534, II, 116 und in abweichender Fassung 545, II, 154. Tr. 383.

Digitized by Google

praesente ad praefatum pertineat locum quicquid nos in illa tradimus captura. acta est haec traditio in monasterio Fulda anno XII. regni Hludouuici piissimi regis Francorum quarto idus septembres coram testibus subscriptis. † sign. Egilmari et Meginolti qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Hagunonis † sign. Uuasgonis † sign. Leitiagi † sign. Ellingeri † sign. Theotrichi † sign. Heriperanti † sign. Rantuuigi † sign. Hartuuigi † sign. Nandharii † sign. Hruadharti. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartam scripsit [1]).

463. Traditio Oriutil.

825, 22. September. Ego in dei nomine Orintil pro remedio animae meae et coniugis meae Francsuuindae dono atque trado ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Grapfeld in uilla Uuithtungun et in ipsa marca aream unam LXX. uirgis longam et unius uirgae latam cum adiacentibus sibi duabus hobis et locis pascualibus et utensilibus. et in illa captura quae est ad Embrichenhusen talem partem ad praedictum locum trado qualis mihi iure hereditario contigit. et etiam XXX. caballos indomitos trado et tria mancipia quorum haec sunt nomina. Uuigimar cum uxore sua Aralinda et filia eorum Baldsuuind. ea scilicet ratione ut post obitum meum et uxoris meae Francsuuindae ex integro praedicta res in stipendium praedicti redeat loci. facta est haec traditio anno XII. regnante gloriosissimo Francorum imperatore Hludouuico X. kalendas octobris in loco qui dicitur Fulda coram his testibus. † sign. Orintil qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † sign. Belsonis † sign. Rahhanti † sign. Salamani † Hungeri † Germonis † Ellingeri † Theotmanni † Erpfonis † Uuolfbrahtis. isti sunt testes uestitionis † Orintil † Belso † Otgrim † Berahtolt † Berrih † Erlolf † Gerimunt † Sigimar † Uuolfmar † Hruadman † Albrih † Mahtuuin † Hartuuin † Liuto † Eburacar † Egilhart † Hunrat † Uuolfrat † Eggibold † Unlaz † Sigiman † Uuerin † Sinheri † Folcpraht.

464. Kartula Helmriches et Helpfriches filii eius.

825, October. Ego in dei nomine Helmrih et Helpfrih donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium sancti Bonifatii et ad reliquias sancti Bonifatii quod constructum est in pago Grapfeld ubi domnus Hrabanus abba preesse uidetur hoc est quod trado in pago Nitahgeuue in uilla Petrina unam ariolam et unum pomerium et XVI. iugera. et in pago Uuormacinse in uilla Teinenheim .I. ariolam et unam uineam ad karradam .I. et ad Thuringoheim iugera IIII. ea scilicet ratione ut a die presente in dominium redeant sancti Bonifatii et supradicti abbatis uel successorum eius. facta est haec traditio in uilla Teinenheim anno XII. regni Hludouuici piissimi imperatoris mense octobri. † Helmrichi et Helprichi qui hanc traditionem fecerunt. † Uuilliram † Hruodmuot † Hruoduuig † Batucho † Gatto † Uuighart † Liobuuin † Thiotger † Otacar † Hruoduuin † Thiotacar † ego Ascrichus iussus scripsi.

---

[1]) In der zweiten Fassung lautet der Schluss: et ego *Ascricus* iussus scripsi.

463. P. 540, II, 138. Tr. 384.

464. C. 69b, 190. Hd. a. Tr. 385.

Digitized by Google

465. Traditio Popponi comitis.

Si aliquid de terreno beneuola deliberatione ad loca sanctorum conferimus elaboratum pro hac iterum remuneratione aliquam aeternae hereditatis partem nobis donari non diffidimus qua spe exhortatus ego Poppo comes trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in coenobio Fulda ubi uenerabilis uir Hrabanus abbas esse dignoscitur sacro pausat in corpore atque in elimosiuam meam dono capturam unam in silua Bochonia compreheusam iuxta fluuium qui dicitur Lutraha quod est in pago Grapfeld totum et integrum quicquid in ambitu illius capturae proprietatis uisus sum habere in campis et siluis ariolis aedificiis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus pecoribus ac mancipiis quorum haec sunt nomina Uuolfmunt Citger Berolf Ruadmunt Bernger Musgo Sito Thragabold Uuottizo Lantburg Tiurhilt Sconea Uualdger cum omni supellectili eorum. ea scilicet ratione ut ex hac die praesente in potestatem redeat sancti Bonifatii et supradicti abbatis successorumque eius ac perpetualiter in illo permaneat dominio nemine contradicente. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XIII. Hludouuici regni imperatoris Francorum kalendis februarii coram his testibus. † sign. Popponi comitis qui hanc fecit traditionem. † sign. Adalfridi † sign. Arues † sign. Galamanni † sign. Fricheoni † sign. Uuotani † sign. Theotheri † sign. Albharti † sign. Uagasti † sign. Iuxonis † sign. Romanni † sign. Erpf † sign. Hiltuuigi † sign. Uuargeri † sign. Hahgrimi † sign. Gerhohi † sign. Assonis † sign. Morichonis † sign. Hruadfridi † sign. Theotfridi. Theotmar indignus subdiacouus hanc traditionis kartulam scripsit. item testes uestitionis Adalfrid Fricheo Thiotheri Albhart Erpf Hiltuuig Hruadfrid Theotfrid.

826. 1. Februar.

466. Traditio Germunti.

Anno dominicae incarnationis DCCCXXVI. indictione IIII. [1]) XIII. kalendas martii tradidit Germunt in uilla [2]) quae dicitur Mareesfeld omnem possessiouem suam et tres ancillas [3]) suas quarum nomina haec sunt. Regiuniu Rihniu Sigirat. ea conditione ut censum persoluerent ad ecclesiam sancti Bonifatii per singulos annos et ab alia seruitute excusabiles fierent. idciro ego Hrabanus abbas cum consilio et consensu fratrum nostrorum praedictam rem confirmo decernens ut lege tabularia per singulos annos unaquaeque de uobis duos denarios argenti in missa sancti Bonifatii aut tantum de cera ualentem censum reddatis ad ecclesiam sancti Michaelis quae est in loco qui dicitur Rore constructa sub regimine monasterii sancti Bonifatii et ab alia seruitute liberae sitis omni tempore uitae uestrae. res uero quascunque acquisieritis uel elaboraueritis in toto spatio uitae uestrae ad praedictum monasterium post obitum uestrum redeant in elimosinam eius qui uos sub huius census persolutione sancto Bonifatio tradidit. † sign. Hrabani abbatis qui hanc kartam scribere iussit. † Abraham presbyteri † sign. Helmbaldi presbyteri † sign. Folcgeri presbyteri † Artheri presbyteri † sign. Hattonis diaconi † sign. Hartrati diaconi † sign. Beraharti † Uualtolfi † Herimoti † Uuachonis † Reginharti † Ratgarti † Isauharti † Lantfridi. Actum in monasterio Fulda anno XIII. regni Hludouuici piissimi regis. Theotmar indignus monachus iussus scripsi.

826. 17. Februar.

---

465. P. 538, II, 134. Tr. 386.

466. P. 541, II, 141. Tr. 391 coll. cum cod. mss. [1]) P. hat DCCCXXV. indictione III, und am Schlusse fehlt das Actum, so dass die Urkunde an demselben Tage des Jahres 825 ausgefertigt wäre, wie Nr. 455, was auch wahrscheinlicher ist. [2]) P. *uillam*. [3]) P. *filias*.

Digitized by Google

467. Traditio Germunti.

926,22.März. Ego itaque in dei nomine Germunt presbyter dono atque trado pro remedio animae meae in pago Grapfeld in loco qui dicitur Hruadhelmeshusen qui situs est in terminis uillae quae nuncupatur Streuua unam arialem et XI. iugera terrae arabilis. similiter in loco qui nominatur Calbaha trado tertiam partem unius capturae. necnon et in pago Salageuue in locis subter nominatis id est Chinzihu cruogu nonam partem capturae unius et in Uzzunaha tertiae capturae sextam partem. ita quoque in locis his et in illis tribus capturis tales partes quales superius enumeraui et quales contra partes sororum mearum Batahiltae uidelicet ac Uualahinnae habeo tollendas dono trado atque transfundo de iure meo in ius domini et sancti Bonifatii martyris Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas monachorum turbae praeesse cognoscitur in terris siluis agris extirpatis campis pratis pascuis domibus aedificiis arialis mancipiis quorum nomina haec sunt. Uuolfbald Snellacar et frater eius Gundacar. Hruadacar Herimar Engilmar Theotheri Uuenipraht Uuerolf Egiuuolf et mater eius Theota. Megina et filia eius Leobhilt. Meginauuind cum omni eorum supellectili et sumptu ea tamen ratione ut ego eandem causam per beneficium supra nominati abbatis ad uitam meam usufructuario habeam postque obitum meum cuncta quae tradidi in potestatem eiusdem abbatis uel successorum eius absque ulla contradictione redeant et in meam elimosinam in illorum permaneant dominio. actum in monasterio Fulda undecimo kalendas aprilis mense martio anno XIII. regnante Hludouuico glorioso imperatore coram his testibus. † sign. Germunti presbyteri qui hanc fecit traditionem. † sign. Iungerati † sign. Altrati † sign. Hremfingi † Ernusti † Heriprahti † Peraharti † Albarichi † Heriolti † Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis kartam iussus scripsit.

468. Traditio Peraharti.

926,22.März. In Christi nomine ego Perahart trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest coenobitarum quicquid habeo proprietatis in terminis Uuolfheimero in pago Grapfelde arialis aedificiis terris siluis aquis aquarumque decursibus pascuis pratis cum omnibus adiacentiis suis quae ad meam pertinent proprietatem ea scilicet ratione ut mihi liceat eandem causam ad uitam meam per beneficium praedicti abbatis habere post meum quoque de hac luce discessum iterum ad utilitatem supra nominati abbatis uel successorum eius absque ulla contradictione redeat perpetuoque in illorum permaneat dominio. Actum in monasterio Fulda anno XIII. regni Hludouuici gloriosi imperatoris XI. kalendas aprilis mense martio coram his testibus. † sign. Peraharti qui hanc fecit traditionem. Germunti presbyteri † Iungarati † Altrati † Hremfingi † Ernusti † Heriprahti † Albarichi † Heriolti. Theotmar indignus subdiaconus scripsit.

---

467. P. 544, II, 151. Tr. 387.
468. P. 544, II, 152. Tr. 388.

Digitized by Google

469. Traditio Stralhelmi.

Ego in dei nomine Stralhelm trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam in uilla 826, 14. April.
Lengifeld XIII. iugera cum anariutu ea ratione ut deinceps in potestatem redeat sancti Bonifatii. Facta traditio in monasterio Fulda anno XIII. regni Hludouuici piissimi imperatoris decimo octauo kalendas maii coram his testibus. † Stralhelmi tradentis † Uuotani † Altonis †. ego Ascrichus scripsi.

470. Traditio Uuigboti.

Ego in dei nomine Uuigbot trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium in pago 826, 4. Au-
Tullifeldum in uilla Urazahu iugerum unum ea ratione ut a die praesente in potestatem gust.
redeat sancti Bonifatii absque ullius contradictione. Facta traditio anno XIII. regni Hludouuici imperatoris mense augusto II. nonas eiusdem mensis coram his testibus. † sign. Uuigboti traditoris † Ioseph † Batto † Patger † Rihhart † Iuzo † Suuindhart † Adolph. ego Ascrichus scripsi.

471. Traditio capturae ad suuarzesmuore.

1. Isti tradiderunt illam capturam ad suuarzesmuore. Uualto et accepit quatuor inaures et unum gladium. Farolf sibi et fratribus suis unum gladium et unum pallium laneum. Adalriche unum gladium et pallium laneum. Matto unum gladium. Herimuot unum bouem qui illam capturam nunc acquirit. Erphung unum gladium. Altolf unam uaccam. Otrih qui hanc capturam circumduxit accepit unum caballum et unum pallium et unum gladium et unum baconem. isti tradiderunt et nihil acceperunt. Tagapraht Reginpraht Teoro Erpuuart Perahtger Uuolfacar. isti coeperunt illam capturam inprimitus ad suuarzesmuore nostri serui Hruodger Eigolt de Iazahu.

2. Anno ab incarnatione domini octingentesimo XXVII. et regni Hludouuici imperatoris XIIII. factus est conuentus publicus in loco qui dicitur suuarzesmuor et Hrabanus abbas fuit in eo et Poppo comes et maiores natu de comitatu eius quorum nomina sunt Liutpraht Uuidarolt Uuotan Gundacar Herimot Friduhelm Nidhart Ortheri Otto Alspraht Einrat Helmolt Ratger coram quibus Herimot et Berahart dixerunt se in illa captura aliquam habere portiunculam sed tamen eorum acquisitio ita difinita est et pacata ut dominus Hrabanus abbas illis duos boues et duo pallia lanea et linea duos gladios daret et illi negauerunt et abdicauerunt coram suprascriptis nobilibus uiris quod ulterius in illa captura nullam communionem habeant.

Coram his uero testibus datum fuit quod dominus Hrabanus abbas promisit et negatum et traditum ab Herimote et Beraharte et Munihelme et Attamanne et Nidgere et Lungane id est Gatto monachus Altolf monachus † Uuotan † Amanolf † Iungman † Otto † Unarg † Hiltiman † Bernuuin † Hahmunt † Albuuart † Erpuuin † Gozrih

---

469. P. 516, II, 157. Tr. 389.

470. P. 560, II, 204. Tr. 390.

471. P. 552, II, 179 u. 545, II, 156. Tr. 393. Die beiden Urkunden gehören zusamuen, wesshalb sie auch Schannat bereits verbunden hat. Ich habe sie jedoch umgestellt, wie es ihr Inhalt erforderte.

Digitized by Google

[illegible]rih † Farolf † Goteram † Otacar † Friduger † Gerbald † Ramuolf † Uuirunt † Oti.

472. Traditio Einrati et Benedictae.

827, 7. April. Ego in dei nomine Einrat et coniux mea Benedicta donamus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum atque tradimus unam capturam in terminis uillae Sundheim comprehensam et quicquid in eadem captura uel loco qui dicitur Sulzaha uisi sumus habere id est in arialis aedificiis domibus campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus mancipiis quorum nomina haec sunt Theganbald Uuolfmar Altmar Ratlind cum omni eorum supellectili et sumptu ea tamen ratione ut liceat nobis eandem rem per beneficium supradicti abbatis ad uitam nostram habere. post obitum uero amborum in omnibus habeat potestatem suisque posteris perpetualiter possidendum derelinquat. Acta traditio in monasterio Fulda anno XIIII. regni Hludouuici imperatoris piissimi septimo idus aprilis feria tertia coram his testibus. † sign. Einrati et coniugis eius Benedictae qui hanc traditionem fecerunt. † Friduhelmi.

473. Traditio Hrihharti et Altburgae.

827, 3. Mai. Ego in dei nomine Hrihhart et coniux mea Altburg communi manu tradimus ad sanctum Bonifatium in monasterio Fulda sacro requiescentem corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod tradimus in pago Tullifeld in Uuestheimero marcu et in uilla Ueitahu CXXXIIII. iugera terrae araturiae et arcolam unam cum domo in ea aedificata et mancipia duo quorum nomina sunt Sahsin et Hruodolt porcos X. de bubus sex capita unum caballum. ea uero ratione ista tradimus ut per beneficium supradicti abbatis liceat nobis ad uitam nostram haec habere. post obitum quoque nostrum amborum nucta et meliorata haec omnia redeant in potestatem sancti Bonifatii absque ullius contradictione. Facta traditionis kartula anno XIIII. regni Hludouuici piissimi imperatoris in uilla Sundheim mense maio quinto nonas eiusdem mensis coram his testibus. † Rihharti et coniugis eius Altburgae qui hanc traditionem fecerunt. † Uuotan † Ginoz † Einhart † Voto † Herimot † Uuago † Nordpraht † Eburmunt † Theorolf † Erlmunt † Uuarmunt. ego Ascrichus indignus subdiaconus hanc traditionis kartam iussus scripsi.

474. Traditio Uuidarolti.

827, 27. Mai. In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Uuidarolt dono atque trado in elimosinam meam et coniugis meae ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda anno requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum hoc est in pago Grapfeldun in uilla antiqua quae dicitur Iuchisa CXXX. iugera et partem meam illius capturae

---

472. P. 546, II, 158. Tr. 395.
473. P. 546, II, 159. Tr. 396.
474. P. 546, II, 160. Tr. 397.

Digitized by Google

in qua tradidit Germunt suam partem. ea ratione ista trado ut a die praesente supradicta de iure meo in ius et dominationem redeant sancti Bonifatii absque ulla contradicente persona. Facta traditio in monasterio Fulda anno XIIII. regnante Hludouuico rege piissimo Francorum sexto kalendas iunii mense maio. † Uuidarolti traditoris † Reginuuarti † Maginharii † Hrihuuarti. ego Ascrichus iussus scripsi.

475. Traditio Eiati.

Ego in dei nomine Eiat trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in monas- 837, 11 Au-
terio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest mo- gust
nachorum traditumque in perpetuum esse uolo quicquid in pago Grapfelde moderno tempore proprietatis habeo in agris et siluis areis domibus aedificiis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus totum et integrum exceptis mancipiis duobus. reliquorum autem quae trado haec sunt nomina Icha Bilihilt Othilt Berahilt Otolf Theothilt Ratun Ernust Raitant Heririh Leobpraht Hruodbraht Nuoring Tetta et tres filios meos Gundultum Hruodoltum Uuidaroltum et filiam meam Gundhiltam ea ratione ut filii praedicti et filia mea quamdiu uixerint nulla ui seruitutis constringantur nisi quod singuli annis singulis V. denarios aut ex lino uel cera quantitatem eiusdem pretii ad sanctum Bonifatium reddant. reliquorum autem omnium quae tradidi tam praedictus abbas quam successores post obitum meum firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. Actum publice in uilla Munirichesstat anno XIIII. regnante Hludouuico gloriosissimo imperatore mense augusto die XI. coram subscriptis testibus. † sign. Eiati qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † Hludomari † Albuuini † Eggileibi † Folchrichi † Hludolfi † Gundharii † Regingeri † Uuigbrahti † Albharti † Sibicho † Helpfrih † Ratheri † Gozbrahti † Reginhart † Fridurih † Uuolftheo. Hruodolfus iussus scripsit.

476. Traditio Helmuuarti.

In dei nomine ego Helmuuart trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro 836, 2 In-
requiescit corpore ubi Hrabanus abbas turbam pie regit monachorum in pago qui dicitur Grap- vember
feld in uilla Ostheim dimidiam partem unius capturae quae est in loco qui dicitur Uuerinesbrunno et inter Ostheim et Sundheim unam seruilem huobam et duo pueri id est Hadupraht et Hugolf. ea uero ratione haec trado ut a die praesente in potestatem redeant sancti Bonifatii absque ullius contradictione. Facta traditio in monasterio Fulda anno XIIII. regni Hludouuici mense ianuario quarto nonas eiusdem mensis coram his testibus. † Helmuuart qui hanc traditionem fecit. † Uuasgo † Uualah † Embrico † Helmtheo † Libger † Sullo. ego Ascricus iussus scripsi.

477. Priuilegium Gregorii papae Rabano abbati datum.

Gregorius papa seruus seruorum dei Rhabano religioso abbati monasterii domini 838, 1. April.
saluatoris. et per té in eodem uenerabili monasterio successoribusque tuis | abbatibus in perpetuum.

---

475. P. 547, II, 161. Tr. 398.

476. P. 545, II, 155. Tr. 392.

477. CU. aus dem 11. Jahrh.; mit Abweichungen bei Eb. I, 4a und 36a; H. F. II, 115, 15. Schannat

Digitized by Google

Quoniam sunt semper concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis. oportet ut deuotioni conditoris piae constructionis | auctoritas in priuilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis quatinus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo | constructum in loco quod dicitur Boconia erga ripam fluminis Uulda priuilegii sedis apostolicae amminiculis decoretur. ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus ecclesiae constitutum nullius alterius ecclesiae iuris dicionibus submittatur. Pro qua ré [1]) piis desideriis fauentes hác nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesię sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem praeter sedem apostolicam et episcopum in cuius diocesi uenerabile monasterium constructum esse uidetur. cui licentiam concedimus tantum cum oportunitas consecrandi altaris fuerit [2]) prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus. nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam praesumat omnimodo celebrare. ut profecto iuxta quod subiectum apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat. locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere. ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur [3]). Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicumque cuiuslibet ecclesiae uel quacumquè dignitate praedita persona hanc nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit. et iram dei incurrens a coetu sanctorum extorris existat. et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat. apostolica auctoritate subnixa.

Valete in Christo uestrae religionis memores.

[Datum kal. april. Indictione VI. [4])]

478. Traditio Irminun.

828, 3. Octobr.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Irmina trado ad sanctum Bonifatium uineam unam in terminis Auarinesheim. similiter ego et filius meus Theotfrid communis manibus tradimus partes nostras aedificii huius quod constructum est super illam ariolam sancti Bonifatii quam in Magontia ciuitate per beneficium Hrabani abbatis habemus. ea uero ratione ut illud aedificium ad uitam nostram habeamus per beneficium supradicti abbatis. uinea uero illa a die presente in potestatem redeat sancti Bonifatii. facta est haec traditio in uilla Tienenheim. anno XV. regni Hludouuici piissimi imperatoris. V. nonas octobres. feria VII. coram his testibus. † sign. Irminae et filii eius Theotfridi qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Helpfrichi † sig Batuchonis

---

setzt die Bulle »circa 835;« ich habe das Datum angenommen, welches sich in der zweiten Abschrift Eberhard's findet, während die erste so wie die Copialurkunde ohne Datum sind. Gregor IV. war Papst von 827—844. [1]) In der Urkunde steht dahinter *res*, woraus Schannat *vestris* gemacht hat. Bei Eb. 1 und 2 fehlt das Wort, weshalb ich es weggelassen habe. [2]) Die Worte *et episcopum* bis *fuerit* hat Schannat ausgelassen. [3]) Eb. 2 schiebt folgende Stelle ein: *Precipiendo etiam precipimus sub testificatione Christi et totius ecclesiae et ex auctoritate beati Petri apostoli confirmamus. ut nullus umquam hominum de rebus et reditibus quae ad stipendia fratrum seu ad hospitale pauperum uel ad portam hospitum pertinent auferre uel in beneficium sibi usurpare presumat. sed magis sicut constituit beatissimus Christi martyr qui in eodem monasterio quod ipse construxit corporaliter requiescit. omnia ordinata et inconuulsa permaneant. tam haec quae suo tempore quam quae nostro seu futuro tempore idem monasterium ex decimis et oblationibus fidelium in proprietatem susceperit.* [4]) Dieses Datum hat Eb. 2, wogegen das *Valete* fehlt.

478. C. 70a, 191. Hd. a. Tr. 309.

Digitized by Google

† sig. Bennonis † sig. Egilbrahti † sig. Uuigharti † sig. Gerbrahti † sig. Egges † sig. Folcnandi † Hertingi † Theothohi † Uuillibaldi † Hruadharti. Theotmar iussus scripsit.

479. Traditio Berni Nidharti et Frumolti.

In nomine domini ego Bern trado ad sanctum Bonifatium in uilla Rosdorf quae est in pago Tullifelde quatuor mancipia quorum nomina haec sunt Bliduar Blidilo Uuenilo Uuillicumo ea ratione ut a die praesente et deinceps potestati praedicti martyris perpetualiter subiiciantur. similiter autem et nos Nidhart uidelicet et Frumolt tradimus in elimosinam nostram in marcu Baringensium unius comprehensionis uterque partem suam ita ut ab hac die iuri ac dominationi memorati martyris firmiter ac perpetualiter subiaceat. actum in ecclesia fuldensi anno XVI. regnante Hludouuico gloriosissimo imperatore mense iunio die IIII. coram subscriptis testibus. † sign. Berni tradentis † sign. Nidharti tradentis † sign. Frumolti tradentis † sign. Friueonis testis † sign. Utonis testis † sign. Engilbrahti testis † sign. Moris testis † Enmanno testis † Uuindhelmi testis † Friduhelmi testis. 829, 4 Iuni.

480. Traditio Gisalhiltae.

Ego in dei nomine Gisalhilt sanctimonialis trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum praeesse uidetur atque in elimosinam meam transfundo quicquid proprietatis uisa sum habere in uilla quae dicitur Langendorf quae constructa est in pago Salageuue in terris arialis aedificiis siluis pratis pascuis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus rebus et quatuor mancipia quorum haec sunt nomina Ratger Othelm Albolt Hruadni cum omni supellectili eorum. ea tamen ratione ut haec omnia ad uitam meam per beneficium supradicti abbatis usufructuario habeam postque obitum meum in illius iterum et successorum eius redeant potestatem nullo contradicente. facta est haec traditio in Hamalunburg anno imperii Hludouici gloriosi regis Francorum XVII. mense martio VII. idus eiusdem mensis coram testibus infra scriptis. † sign. Gisalhiltae quae hanc fecit traditionem. † sign. Siginandi † sign. Reginolti † sign. Eginonis † sign. Iringi † sign. Eggiharti † Eginonis † Ruadhohi † sign. Eliuuini † sign. Ercanberti † sign. Nendichonis † sign. Iuzonis † sign. Ellengeri † Theotfridi † Leidrati. Theotmar indignus diaconus iussus scripsit. 830, 9. Mārz.

481. Traditio Trudhiltae.

Ego in dei nomine Thrudhilt sanctimonialis trado ad sanctum Bonifatium in elimosinam meam in uilla Sulzifeld quatuor mancipia quorum haec sunt nomina Ruadhilt Bernuuas Bernuuig Uuerinheri cum omni supellectili eorum ea ratione ut post obitum meum in domi- 830, 22. Juli.

---

479. P. 548, II, 165. Tr. 400.
480. P. 471, I, 92. Tr. 401.
481. P. 548, II, 166. Tr. 403.

Digitized by Google

nium redeant sancti Bonifatii perpetuoque in eius permaneant potestate nullo contradicente. acta traditio in Tullifelde ,zi demo seuue anno XVII. imperii Hludouuici caesaris XI. kalendas augusti feria sexta praesente Hrabano abbate et his testibus. † sign. Thrudhiltae sanctimonialis quae hanc fecit traditionem. † Herimoti testis † Uuan testis † Friduhelm testis † Engilharti testis † Eburmunti testis † Nandharii testis † Albarichi testis † Meginbaldi testis † Adaluuini testis. Theotmar scripsit.

482. Traditio Uuanes.

830, 22 Juli. In nomine domini ego Uuan trado ad reliquias sancti Bonifatii qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado in pago Tullifelde in uilla Sundheim pomerium unum et de terra arabili iugera VIII. in terminis eiusdem uillae ea tamen ratione ut ab hodierno die in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium redeat et absque ulla contradictione in suo permaneat dominio. acta traditio anno XVII. regni Hludouuici gloriosissimi regis Francorum XI. kalendas augusti feria sexta coram his testibus. † sign. Uuanes qui hanc fecit traditionem. † Uuotani testis † Ginozes testis † Engilmar testis † Uuanes testis † Ratolti testis † Goterammi testis † Altbrahti testis † Zazanis testis † Ratgarii testis † Votonis testis † Styrmi testis † Abraham testis † Uuolfharii testis † Lantheri testis † Egilmari testis † Remuingi testis † Sigifridi testis † Baldungi testis † Einrati testis † Erharti testis † Engilharti testis. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

483. Concambium inter Rabanum abbatem et Marquardum prumiensis monasterii abbatem.

831, 1. Mai. Nichil sibi quispiam boni .... et minuendum quod sibi a deo postmodum succedet in auementum. Ideoque conplacuit atque conuenit inter uenerabilem uirum Rabanum abbatem de monasterio fuldensi, ubi sanctus Bonifacius corporaliter quiescit. necnon et alium quendam abbatem Marquardum Brumiensis monasterii. ut alterutrum de possessionibus et mancipiis suis inter se congruam oportunitatem facere deberent. quod ita et fecerunt. Dedit igitur Rabanus abbas unâ cum consensu fratrum Marquardo abbati in uilla Sualbach quę est in pago Logenahe et in ceteris locis ad eandem possessionem pertinentibus necnon et in uilla Vrsela quę sita est in pago Nitahgowe de possessionibus sancti Bonifacii martiris id est mansos XLV. et unam hubam in marca illius uillę quę uocatur Suntilingen cum mancipiis totidem. quę quondam nobiles uiri Appo scilicet et Suiker ad ipsum fuldense monasterium dicuntur tradidisse. Similiter autem in recompensatione illa prefatus Marquardus abbas dedit e contra Rabano abbati et fuldensi monasterio. quod habuit ex traditione Lantsuindę matronę uiduę scilicet Agilberti comitis in loco nuncupato Alahstat qui est in pago Hassorum. hoc est mansos XLV. cum totidem mancipiis.

---

482. P. 548, II, 167. Tr. 402.

483. Eb. II, 129a, Tr. 404. In dem Actum ist ein Fehler: Ludwig der Fromme war den 1. Mai 831 nicht in Prüm. Ich halte die Worte *atque presente* und das *sign. d. Ludowici* für Zusätze des Abschreibers. Das Letztere hat schon Schannat weggelassen und mit Recht.

Digitized by Google

Ideoque has duas cartas ex utraque parte conscriptas inter se fieri et firmari fecerunt. ut uterque quod ab altero accepit ab hodierno die habeat teneat atque possideat. uel quicquid exinde ad opus monasterii sui facere uoluerit liberam in omnibus habeat potestatem. Et si quis de successoribus eorum has commutationes irritas facere uoluerit. ipsas possessiones et mancipia quę dedit amittat et quod repetit euindicare non ualeat. Sint ergo presentes commutationes inter eos et eorum successores firmę et stabiles perpetuoque permaneant indiuisibiles astipulatione regum et principum testiumque ueridicorum descriptione subnixa.

Actum publice in monasterio Prumie. anno ab incarnatione dominica DCCC.XXX.I. indictione VIIII. regnante et mediante atque presente domno Ludewico serenissimo imperatore. anno regni eius XVIII. mense maio prima die mensis. Ego Marquardus abbas hanc commutationem a me factam describi iussi pariterque manu mea propria hoc signo subscripsi. †.

Sign. domni Ludowici serenissimi imperatoris. Sign. Rabani abbatis. †. Sign. Waltherii comitis. †. Sign. Eberwardi prepositi. †. Sign. Ermengandi camerarii. †.

484. Traditio Ludowici imperatoris.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi Ludowicus diuina ordinante 831, 8. Juni.
prouidentia imperator augustus cunctis fidelibus gratiam et salutem. Imperialis celsitudinis moris est fideliter sibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare ac sublimare. Proinde nos secundum morem parentum nostrorum. regum uidelicet predecessorum nostrorum. libuit celsitudini nostrę Rabanum fidelem nostrum abbatem fuldensis monasterii de quibusdam rebus proprietatis nostrę honorare atque in eius potestatem liberalitatis gratia conferre. Idcirco nouerit experientia atque sollertia omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum. quia concessimus eidem fideli nostro abbati fuldensi Rabano in proprium quasdam res sitas in pago Wormacense. uillam quę Alahesheim nuncupatur. et mansos decem. cum terris. uineis. pratis. aquarum decursibus. pascuis. siluis. cultis et incultis. et cum omnibus mancipiis utriusque sexus. et ecclesiam loci illius cum decimis et cęteris ęcclesię utilitatibus simul ei concedimus eo tenore et conditione ut post mortem nostram omnis hęc utilitas et prediorum illius proprietas ad fuldensem redeat ęcclesiam. simulque p̄pli cum omni posteritate prolis suę ad idem monasterium fidele seruicium in sempiternum exhibeant. Hanc igitur traditionem et regalis nostrę auctoritatis confirmationem et bonorum istorum conscriptionem conferimus sancto martiri Bonifacio et abbatibus ac fratribus uenerabilis monasterii fuldensis ęcclesię ad eternam commemorationem mei meorumque parentum. regum predecessorum nostrorum.

Et ut hęc nostrę donationis auctoritas inuiolabilem obtineat firmitatem manu propria subter eam firmauimus et firmando precipimus. ut hęc eadem traditio a nullo hominum uiolari queat. quam et anuli nostri inpressione insigniri iussimus et in librario fuldensis monasterii in sempiternum conseruari uolumus.

(M) Signum Ludowici serenissimi imperatoris.

Ego Irmingerius cancellarius recognoui.

Datum VI. idus iunias. indictione VIIII. Actum Ingleneheim palatio regio feliciter.

---

483. Eb. II, 37a mit der Randbemerkung »sigill. est.« Von Schannat nicht aufgenommen.

Digitized by Google

485. Traditio Asbrahti.

832, 8. September. In dei nomine ego Asbraht trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi quicquid proprietatis habeo in uilla Hlutru in agris siluis areis domibus aedificiis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus ea scilicet ratione ut et rector monasterii quo praefatus martyr sacro requiescit corpore uenerabilis uir Hrabanus tam ipse quam successores eius firmissimam post obitum meum in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditio anno XX. imperii Hludouuici piissimi regis Francorum mense septembri octaua die mensis eiusdem coram his testibus. † Asbrahti traditoris † Uuituberni † Beringeri † Albarichi † Hruadharti † Uuaningi † Adaluuini † Bebonis † Gerrati † Uuolarati. item testes uestitionis. Ascrih Hruaduuin Hruadhart Megino Uuituborn Liuthart Uuilliheri Erluuin. Theotmarus indignus diaconus haec iussus scripsit.

486. Immunitas Hludouuici regis.

834, 5. Februar. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex Constat nos diuina dispensante gratia ceteris mortalibus supereminere unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus | parere uoluntati Quapropter conperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum quia uir uenerabilis Hrabanus abba ex monasterio quod dicitur Fulda quod est situm in pago Grapfelt constructum in honore sancti Bonefacii martyris Christi ubi idem | gloriosus martyr corpore quiescit Adiens excellentiam culminis nostri obtulit nobis quandam auctoritatem inmunitatis domni et genitoris nostri Hludouuici praestantissimi imperatoris in qua continebatur qualiter idem praeclarissimus princeps praefatum monasterium cum monachis ibidem | domino militantibus et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisset defensione et inmunitatis tuitione Obsecrauit namque praescriptus abba ut similiter ipsum monasterium cum monachis ibidem deo famulantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinen|tibus sub nostra constitueremus defensione et paternae auctoritati nostram quoque iungeremus auctoritatem Cuius petitionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus libenter accomodauimus et beneficium quod nobis postulauit deuoto animo adsensum praebuimus et ideo hanc auctoritatem | propter diuinum amorem et uenerationem ipsius sancti loci tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus per quam in futurum sanccimus atque praecipientes iubemus ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uillas loca uel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis commissum praefatum tenet et possidet monasterium uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas iudiciario more audiendas uel freda undecumque exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius conmanentes distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat sed liceat memorato abbati suisque

---

485. P. 549, II, 168. Tr. 406.

486. OU. und bis auf wenige, ganz unbedeutende Abweichungen gleichlautend bei Eb. I, 83a f. Abgedr. H. F. II, 114, 14. Facsimile und Siegel Vindic. tab. 5. Den Immunitätsbrief Ludwig's des Frommen, welchen Ludwig der Deutsche anführt, siehe unter Nr. 822.

Digitized by Google

successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi subiectis sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio Et quicquid de praedictis rebus ius fisci exigere poterat totum nos pro aeterna remuneratione praefato monasterio et monachis ibidem deo seruientibus concessimus ut ibidem perpetuo proficiat in augmentis Et quandoquidem diuina uocatione supradictus abba uel successores eius de hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire potuerint qui ipsam congregationem secundum regulam pii patris Benedicti regere ualeant per hanc nostram auctoritatem et consensum licentiam habeant elegendi abbates quatenus melius et liberius delectet eis pro nobis atque stabilitate regni nostri domini misericordiam adtentius exorare Haec uero auctoritas ut pleniorem in dei nomine obtineat firmitatem manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpressione signari iussimus.

Signum (M) Hludouuici gloriosissimi regis Adalleodus diaconus ad uicem Grimaldi recognoui et (R) (S).

Data non. febr. anno Christo propitio primo regni domni Hludouuici regis in orientali Francia indictione XII Actum Franconofurt palatio regio in dei nomine feliciter amen.

487. Kartula traditionis Gunthramni comitis.

Si aliquid de facultatibus nostris locis sanctorum ad stipendia monachorum uel in alimenta pauperum pia deuotione conferimus hoc nos procul dubio in aeterna beatitudine recepturos esse speramus. idcirco ego in dei nomine Gunthramnus comes trado pro remedio animae meae ad sanctum Bonifatium qui in monasterio quod uocatur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum. quicquid proprietatis habeo in uillula uocabulo Hóua quae est in pago Rinense sita in terminis Gotalohono. ea ratione ut a die praesenti tam praedictus abbas quam successores eius omnium quae in praefato loco hactenus possidere uisus sum firmam et incontradictam perpetualiter optineant potestatem. Haec traditio facta est anno XXI. regnante Hludouuico gloriosissimo mense augusto III. kalendas septembres coram subscriptis testibus. † sign. Gunthramni comitis qui hanc traditionem fecit et kartulam fieri rogauit. sig. Hiltibaldi. † sig. Heriuuigi. † sig. Uuagheri. † sig. Helmrichi. † sig. Benno. † sig. Uuillibaldi. † sig. Batucho. sig. Uuigharti. † sig. Hugibaldi. † sig. Uuolfbaldi. sig. Hluduuin † sig. Uuerinheri. † sig. Gundrichi † sig. Liuthram. sig. Uualah. sig. Ratperahti sig. Folcharti. sig. Hruoduuigi. sig. Hruoduuini. Hruodolfus indignus presbiter iussus scripsit.

834, 30. August.

488. Traditio Arnhelmi.

Ego in dei nomine Arnhelm dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus et piissimus Bonifatius sacro corpore requiescit et uir uenerabilis Rabanus abbas pius pastor praeesse multitudini monachorum uidetur quicquid mihi Ruotboto et coniux eius Ratlind

835, 12. Mai

---

487. C. 82a, 217. Hd. c. Tr. 407. Dieselbe Schenkung ist wiederholt in einer spätern Urkunde, acta trad. karta in monasterio *Fulda* anno XXIII. regnante Hludouuico glor. imp. mense iulio III. kal. augusti, unterzeichnet von denselben Zeugen; C. 50b, 110. Tr. 412. Da sie mit der obigen übereinstimmt, so habe ich sie nicht aufgenommen.

488. P. 466, I, 73. Tr. 408, collat. cum cod. mss.

Digitized by Google

manu potestatiua communibus manibus tradiderunt ad praedictum martyrem tradendum hoc est quicquid in Uuighartesheim proprietatis habere uidebantur et in finibus eius tam terris quam siluis campis pratis domibus aedificiis mancipiis pecoribus pascuis aquis aquarumue decursibus. et mancipiorum nomina sunt haec. Ruodolf Uto Seliub Heribold Thiorolf Suabbraht ea uidelicet dispositione ut per beneficium praedicti abbatis atque successorum eius res praedictas ad uitam nostram possimus habere et post obitum nostrum rectores memorati monasterii nulla persona contradicente liberam in omnibus accipiendi tenendi habeant potestatem. facta est haec traditio in praedicto monasterio anno XXII. regni Hludouuici imperatoris mense maio quarto idus mensis eiusdem praesentibus his testibus. † sign. Arnhelmi qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Hunnonis † Altrati † Ercanfridi † Irminfridi † Ruodberonis † Vogonis † Hunolti † Otacari † Uuigberti † Megingozi † Eggirici † Ellonis † Ruodmunti. Lubharius iussus scripsi.

489. Praeceptum Hludouuici imperatoris de teloneo.

838, 4. Februar.

In nomine domini dei et saluatoris Ihesu Christi Hludouuicus diuina repropitiante clementia imperator augustus. cum petitionibus seruorum dei rationabilibus quas maiestatis nostrae auribus | insinuauerint diuini cultus amore fauemus illius misericordiam nobis propensius conciliandam omnino confidimus. Quapropter notum esse uolumus cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae et nostris praesentibus scilicet et futuris quia Rabanus uenerabilis | abba monasterii sancti Bonifacii martyris quod dicitur Fulda directis ad nos quibusdam fratrum suorum in eodem monasterio degentium nostrae notescere studuit maiestati monachos sibi commissos et in eodem monasterio domino militantes maximam | uestimentorum pati penuriam neque prorsus consequi ualere unde tante multitudini sufficientiam uestium procurare possit. ac per hoc cunctorum pariter suamque nostrae mansuetudini patefaciens necessitatem humiliter suppli|care non distulit ut ob diuinum amorem considerantes eorum necessitates aliasque praeualidas indigentias licentiam eis tribuere dignaremur per imperium nobis diuinitus conlatum suos negotiatores dirigere eorumque negotia absque | telonei uel alius cuiuslibet exactionis persolutione strenuae exercere quorum adiumento uestimentorum inopiam subleuare et quascumque necessitates competenti ordine subplere ualerent Quorum petitionibus ob diuinum honorem et eiusdem sancti Christi martyris reuerentiam aurem fauoris accommodantes hanc auctoritatis nostrae conscriptionem eius fieri ac dari iussimus per quam decernimus atque sancimus ut liceat eis per imperium nobis celitus conmissum suos negotiatores quaquauersum dirigere eorumque negotium pro uiribus exercere et nullus iudex publicus uel quispiam ex iuditiaria potestate eis teloneum aut ullam quoquo modo reddibitionem quaerere aut exigere praesumat sed liceat eis absque cuiuslibet exactione aut detentione negociandi gratia tam terreno quam nauigio huc illucque discurrere et cum saluatione de loco ad locum ire uel in quibuscumque locis prout necessitas postulauerit commorari quatenus eorum negocio uariae eorundem seruorum Christi necessitates fulciri queant hisque subleuatos et in Christi milicia iugiter persistentes pro nobis coniuge proleque nostra ac totius imperii a deo nobis commissi [1]) adtentius

---

489. OU. Eb. I, 97 b, mit wenigen und unbedeutenden Abweichungen; jedoch fehlt der Schluss mit der Unterschrift des Notars und mit dem Datum. H. F. II, 116, 16. [1]) Schannat vermuthet, es fehle *salute*. Wenn man jedoch die Urkunde vom Jahre 816 vergleicht, so ist es wahrscheinlicher, dass zwischen *ac* und *totius* das Wort *stabilitate* ausgefallen ist.

Digitized by Google

domini misericordiam exorare delectet. Et ut haec auctoritas nostra inuiolabilem et inconuulsam obtineat firmitatem et a fidelibus nostris uerius cerciusque credatur de anulo nostro subter eam iussimus sigillare.

Hirminmarus notarius ad uicem Hugonis recognoui et (R) (S)

Data II non. febr. anno Christo propitio XXIII imperii domni Hludouuici piissimi augusti indictione XIIII Actum Aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen.

490. Traditio Theotmari.

Legimus in euangelio dominum dicentem date elimosinam et ecce omnia munda sunt 836, 13. Mai.
uobis. idcirco ego in dei nomine Theotmar cogitans pro remedio parentum meorum dono atque trado in elimosinam Recheonis fratris mei ceterorumque parentum meorum ad monasterium quod dicitur Fulda ubi sanctus ac pretiosus Christi martyr Bonifatius sacro corpore requiescit et uir religiosus Hrabanus abbas sacrae multitudini monachorum pius pastor moderno tempore praeesse dinoscitur hoc est quod trado in loco qui dicitur Meginherihus ubi Uueitaha in Ulstra emanat quicquid ibi proprietatis uisus sum habere tam terris quam siluis domibus aedificiis et cum omnibus adiacentiis illuc pertinentibus ea uidelicet dispositione ut a praesente die praedictus abbas ministrique eius accipiendi tenendi liberam ac firmam nulla persona quod absit contradicente in omnibus habeant potestatem. facta est autem traditio in praefato monasterio anno XXIII. Hludouuici piissimi imperatoris qui annus dominicae incarnationis est DCCCXXXVI. indictione XIIII. mense maio idibus eiusdem mensis praesente abbate et omni coetu monachorum necnon et his liberis testibus. † sign. Thiotmari qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † sign. Uualtrici † Botonis † Isi † sig. Irphingi † Herigeri † sign. Hartrati † Uuitrati † Liutrati † Adalheri † Nidgeri † Uuentilgeri † Heistolfi † Meginheri † Eltingi † Ruodberti † Suabgasti † Nendingi † Egilmunti † Adalgeri † Folcolti † Rihhardi qui huius traditionis uestitionem rogante Thiotmaro fecit praesentibus supra scriptis testibus. Lubherus iussu domini Hrabani abbatis scripsit.

491. Traditio Uuielratae.

Ego in dei nomine Uuielrat trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium qui in 836, 28. Juni.
monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest coenobitarum traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis uisus sum habere in terminis uillae quae dicitur Ostheim quae sita est in pago Grapfelde hoc est terris siluis areis aedificiis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus et mancipia duo quorum nomina haec sunt .... ea scilicet ratione ut hoc quod tradidi per beneficium praefati abbatis usufructuario ad uitam meam meliorando possideam postque obitum meum absque ulla contradictione ipse praedictus abbas et successores eius in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditio in loco supra dicto anno XXIII. regni Hludouuici piissimi regis Francorum quarto kalendas iulii coram his testibus † sign. Uuielratae quae tradidit haec. † Friduhelmi † Styrmi † Engilmari † Geruagi † Adalgeri † Gotahelmi † Gunduuini † Helmdeo † Frehelmi † Uuitterp † Ualahi † Liutpranti. Theotmarus indignus presbyter haec iussus scripsit.

---

490. P. 553, II, 184. Tr. 409.
491. P. 554, II, 177. Tr. 410.

Digitized by Google

492. Traditio Gerlinde et Irmintrude.

836, 29. Iunii. In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi nos itaque duae sorores Gerlind uidelicet et Irmindrud tradimus ad sanctum Bonifatium in elimosinam nostram qui in monasterio Fulda pretiosus Christi martyr sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolumus quicquid proprietatis uisne sumus habere in uilla Sundheim et in terminis eiusdem uillae hoc est in areis aedificiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et unam capellam cum duabus capsis et reliquo ornatu et mancipia VIIII. cum omni elaboratu eorum et sumptu quorum nomina haec sunt . . . . . ea tamen ratione ut nobis liceat hoc quod tradimus ad nitam amborum usufructuario tenere per beneficium praefati abbatis postque obitum amborum ipse iterum uel successores eius firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. actum in loco supra dicto anno XXIII. regni Hludouuici piissimi regis Francorum quarto kalendas inlii coram his testibus. † sign. Gerlinde et Irmintrude quae hanc traditionem fecerunt. † Friduhelmi † Styrmi † Uualahi † Ritanti † Erbconis † Uuillihades † Vogasti † Uuisbrahti † Luof † Eburrati † Arthrammi † Bernharti † Bermari † Gundbrahti † Heribrahti. Theotmarus indignus presbyter haec iussus scripsit notauitque tempus supra dictum.

493. Traditio Vodilhilte.

836, 29. Augusti. Ego in dei nomine Vodilhilt dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfeld tria mancipia quorum haec sunt nomina Meginbraht Albsuuind Uuolfolt et unam ecclesiam cum loco suo et unam hobam in Nordheimero marcu ea ratione ut quamdiu uixero eandem rem ex beneficio praedicti abbatis possideam post obitum uero meum cum omni integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. facta est haec traditio anno XXIII. imperii [Hludouuici] gloriosissimi regis Francorum XIII. kalendas septembris coram his testibus. † Vodilhilte traditoris † Engilmar † Altprahti † Uuolfolti † Herimo † Adalbrahti † Eiharti † Styrmi † Hacho † Uuago † Abram † Antoni † Reginolti † Riharti † Rohingi. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

494. Traditio Isanharti.

837, 31 Mai. Ego in dei nomine Isanhart dono atque trado in elimosinam meam atque matris meae Ratfridae ad monasterium quod dicitur Fulda ubi precioso corpore requiescit sanctus Bonifatius Christi martyr ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo in uilla quae dicitur Metichenfeld id est domibus caeterisque aedificiis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus et mancipia quorum haec sunt nomina Rihbald Uuillihilt Uuigbald Madalhilt Reginolt Meginrih Tuota Buoto Thancrat Mutila Uuillimunt Uuolfbirin. ea scilicet ratione ut per uestram praestariam illud totum atque integrum

---

492. P. 551, II, 178. Tr. 411.
493. P. 549, II, 169. Tr. 413.
494. P. 481, I, 122. Tr. 414.

Digitized by Google

possideam ad uitam meam et mater mea mecum usufructuario. post obitum uero nostrum atque discessum de hac luce uos et successores uestri tenendi atque fruendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditionis kartula in monasterio Fulda mense maio II. kalendas iunii anno XXIIII. Hludouici serenissimi imperatoris coram his testibus. † sign. Isanharti qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit. † Liutbald † Meginheri † Heriman † Irminolf † Griuzing † Halabing † Engilhoh † Bernger † Thiotleich † Uualtolf † Eburhart † Sigiman † Uuigbraht † Uualtrid. Gerolfus iussus scripsit.

495. Traditio Albrati.

In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Albrat dono atque trado in eli- 837, 21. Iuni.
mosinam meam et Uuerinhiltae uxoris meae ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi sanctus Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur hoc est quod trado in pago Salageuue unam capturam in Buochonia infra terminos duorum fluminum id est Fliedina et Dulba in Chizzichero marcu necnon et illam partem quae mihi iure constat illius siluae ad Hurdorpf totum et integrum trado traditumque in perpetuum esse uolo ita ut a die praesente in proprium usum per supra nominatas colatis atque augeatis in nostram futuram elimosinam et in uestram profuturam utilitatem. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXIIII. regni Hludouici gloriosissimi regis Francorum mense iunio XXIIII. die eiusdem mensis. † sign. Albrati qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † Ezzilo † Vodalrih † Sigihart † Elbirih † Bruni † Erpfrat † Lantolt † Uuidarolt † Nending. Gerolfus indignus diaconus iussus scripsit.

496. Traditio Otuuini.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Otuuin dono atque trado in elimosinam meam 837 24. Iuni.
et filii mei Madaluuini ad sanctum Bonifatium martyrem Christi XV. iugera in uilla quae appellatur Hramnunga hoc est in pago Salageuue ea uidelicet ratione ut a die praesente uos et successores uestri incontradictam ab omni persona habeatis potestatem. actum in monasterio Fulda anno XXIIII. regni Hludouuici piissimi regis mense iunio XXIIII. die eiusdem mensis † sign. Otuuini qui hanc traditionem fecit. ego Gerolfus rogatus scripsi.

497. Traditio Hahchoni.

In nomine domini ego Hahcho dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Boni- 837, c. Iun.
fatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum in marcu Grapfeldono bifang unum qui contingit iuxta Uuentilgereshusun traditumque in perpetuum esse uolo ea ratione ut a die praesente redeat in dominium sancti Bonifatii et supradicti abbatis et in perpetuum in illa potestate permaneat nullo

---

495. P. 481, I, 123. Tr. 415.
496. P. 482, I, 124. Tr. 416.
497. P. 552, II, 180. Tr. 417.

Digitized by Google

contradicente. actum in monasterio Fulda anno XXIIII. Hludouuici gloriosi imperatoris pridie nonas iulii coram testibus subscriptis † sign. Haehoni qui hanc traditionem fecit. † Friduhelm † Geberoh † Sturmi † Altbrahti † Eggi † Uuitger † Uuago † Lantfrid † Nebi.

498. Traditio Uuldarniuui.

837, 6 Iuli. Ego in dei nomine Uuldarnhiu cogitans pro salute et remedio animae meae ut in futuro ueniam peccatorum meorum adipisci merear dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi precioso corpore sanctus martyr Bonifatius requiescit et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum praeest res et proprietates meas in pago Grapfelde et in uilla Munirichesstat quicquid uisa sum habere in praedicta uilla totum et integrum ad praefatum locum manu potestatiua concedo hoc est in terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus et duo mancipia quorum nomina haec sunt Adalger Otheri. ea ratione ut per uestrum beneficium hoc quod tradidi usufructuario ad uitam meam habere liceat. post obitum uero meum uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditionis kartula mense iulio pridie nonas eiusdem mensis anno XXIIII. imperii gloriosissimi Hludouuici regis Francorum coram his testibus. † sign. Uuldarniuui quae hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † Herimuot † Megiubrahti † Adalbraht † Eggibraht † Uerinolt † Ritant † Gerolfi indigni diaconi qui hanc kartulam scripsit.

499. Traditio Ercanbrahti.

837, 12. August. Ego in dei nomine Ercanbraht trado atque dono in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfelde infra terminos uillae quae dicitur Munirichesstat quicquid ibidem moderno tempore propriae terrae uisus sum habere ea scilicet ratione ut ab hodierno die rector et abbas monasterii sancti Bonifatii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere uoluerit nullo contradicente. facta est haec traditio anno XXIIII. imperii [Hludouici] gloriosissimi regis Francorum secundo idus augusti coram his testibus. † sign. Ercanbrahti traditoris † sign. Hruodolfi † Hruodingi † Billungi † Folcribi † Thiotrichi † Otbrahti † Engilbrahti † Uuerianti † Eggileibi † Eboni † Hruodbrahti † Folcbrahti † Herimoti † Eginoni † Gerrati † Eburmunti. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

500. Traditio Rihbaldi.

837, 12. August. Ego in dei nomine Rihbald dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfelde infra ter-

---

498. P. 552, II, 181. Tr. 418.
499. P. 549, II, 171. Tr. 422.
500. P. 550, II, 172. Tr. 421.

Digitized by Google

minos uillae quae dicitur Altheim quicquid ibi moderno tempore propriae terrae uisus sum habere ea scilicet ratione ut ab hodierno die rector et abbas monasterii sancti Bonifatii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere uoluerit nullo contradicente. facta est haec traditio [anno] XXIIII. imperii [Hludouuici] gloriosissimi regis Francorum secundo idus augusti coram his testibus † sign. Rihbaldi traditoris † Ercanbrahti † Hruodolfi † Hruodingi † Billungi † Folcrihi † Thiotrichi † Otbrahti † Engilbrahti † Uuerianti † Eggileibi † Eboni † Hruodbrahti † Folcbrahti † Herimoti † Eginoni † Gerrati † Eburmunti.

501. Traditio Elisbun.

Ego in dei nomine Elisba dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi nir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfelde totum elaboratum meum quem hodierno die uisa sum habere ea ratione ut quamdiu uixero eandem rem ex beneficio abbatia possideam post obitum uero meum cum omni integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. facta est haec traditio anno XXIIII. imperii [Hludouuici] gloriosissimi regis Francorum secundo idus auguati coram hia testibus. † sign. Elisbun tradentis † Hruodolfi † Ercanbrahti † Hruodingi † Billungi † Folchrihi † Theotrichi † Otbrahti † Engilbrahti † Uuerianti † Eggileibi † Eboni † Hruodbrahti † Folcbrahti † Herimoti † Eginoni † Gerrati † Eburmunti. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit. 837, 12. August.

502. Traditio Burgrati comitis.

Ego in dei nomine Burgrat comes dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore et ubi uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfeld in silua Buchonia uillam quae dicitur Motten cum omnibus suis attinentiis et infra terminos uillae quae dicitur Sala quindecim mancipia quorum nomina haec sunt. Uolfbald Reginuuar Uuillicoma Heribirgi Ermenlind Hertuuin Baldheri Liutrad cum duobus filiis Godebold et Liuf. Otuin Meginger Tiota Liobsuuind Amaltruhd. ea scilicet ratione ut quamdiu uixero eandem rem ex beneficio praedicti abbatia possideam post obitum uero meum cum integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. facta est haec traditio anno XXIIII. imperii Hludouuici gloriosissimi regis Francorum idibus augusti coram his testibus, † sign. Burgrati comitis † Zazzoni † Herimoti † Apponi † Eggibrahti † Eggiolfi † Hruodbrahti † Folcbrahti † Eburmunti † Gerrati † Amalbrahti † Reginolti † Hroingi † Rihharti † Albuuini † Ercangeri. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit. 837, 13. August.

503. Traditio Fruochangeri et Hruodun.

Ego in dei nomine Fruochanger et uxor mea Ruoda tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir 837, 13. August.

---

501. P. 550, II, 173. Tr. 419.

502. P. 550, II, 174. Tr. 420 collat. cum cod. mss. Ich habe diese Urkunde aus Schannat genommen, mit dem auch Eberh. summ. 39, 168 stimmt.

503. P. 549, II, 170. Tr. 424.

Digitized by Google

uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod tradimus in pago Grapfelde infra terminos uillae quae dicitur Mahesfeld quicquid ibidem proprietatis uisi sumus habere in areis aedificiis agris pratis siluis pascuis aquis aquarumue decursibus ea scilicet ratione ut ab hodierno die rector et abbas monasterii sancti Bonifatii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere uoluerit nullo contradicente. facta est haec traditio anno XXIIII. imperii [Hludouuici] gloriosissimi regis Francorum XVIII kalendas septembris coram his testibus. † sign. Fruochangeri et coniugis eius Hruodun qui hanc traditionem fecerunt. † sign. Uuidarolti † Eburharti † Altmanni † Ratgasti † Sol † Albirichi † Epphonis † Hruodhrahti † Egiolfi † Folcbrahti † Rantuuigi † Hruodolfi † Riharti † Gerrati † Eburmunti † Rohingi † Amalbrahti † Ercangeri.

504. Traditio Hiltiburgae.

837, 31. Aug. 842. In nomine domini Ihesu Christi ego Hiltiburg cogitans pro remedio animae meae dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest coenobitarum traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis uisa sum habere in duabus uillis hoc est in Atihuson et in Salu quod sunt XX. hobae domus una cum reliquo aedificio cum pratis siluis arealis farinariis aquis aquarumque decursibus mancipiis quorum haec sunt nomina. Sigirih Hiltigund Hebinolt Adaluuart Uuillirat Hahicho Uuarrat Otpraht Sigihart Ratliub Reginolt Tagabraht Uualo Uuilla Huno Randrud Leobmar Heillind Rigipraht. Uuitmar Gerniuui Citolf Rihmuot Hruadolt Harit Geilrat Perahtlind Frumolt Rihmuot Irminhilt Sindpraht Eiotolf cum omni supellectili eorum et sumptu. ea tamen ratione haec dono atque trado quatenus liceat mihi iterum per beneficium praefati abbatis usufructuario illa possidere et non minorare sed meliorare. post obitum quoque meum ipse successoresque eius in cunctis firmissimam obtineant potestatem nullo contradicente. facta est traditio in uilla ... anno XXIIII. regni Hludouuici piissimi regis Francorum duodecimo kalendas septembris coram his testibus. † sign. Hiltiburgae quae hanc traditionem fecit. † Sindolti † Alonis † Altmari † Reginharti † Folcrammi † Franconis † Madalprahti † Amalrichi † Egilgozi † Hramuolti † Buohozo † Hruadharti † Erpfalahi. Theotmarus indignus diaconus hanc traditionis kartam iussus ac rogatus scripsit.

505. Traditio Adaluuigi.

837, 30. Aug. 842. Ego in dei nomine Adaluuig dono atque trado traditumque in perpetuum esse uolo ad sanctum Bonifatium martyrem Christi ubi uir honorabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum in elimosinam Gundhiltae quondam coniugis meae in Ascfeldono mareu XX. iugera ea ratione ut a die praesente uestro fiant dominio subiecta tam firmiter ut nullus contradicere ualeat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXIIII. regni Hludouuici imperatoris tertio kalendas septembris. † sign. Adaluuigi qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit.

---

504. P. 550, II, 176. Tr. 423.
505. P. 482, I, 126. Tr. 425.

Digitized by Google

506. Concambium inter Hrabanum abbatem et Hruodolfum et Albrichum laicos.

Notum sit omnibus quomodo conuenit inter Hrabanum abbatem et Hruodolfum et Albrichum laicos ut concambirent proprietates inter se id est dedit praedictus abbas illis in pago Grapfelde in Hrosdorpfero marcu in uilla Orentileshus quicquid ibi habuit terrae aratu- riae et illi laici econtra dederunt praedicto abbati in terminis supradictis totam siluam ad illos pertinentem scilicet ea conuentione commutationis, ut utriusque possessores omni tempore fruerentur. facta concambitio in monasterio Fulda anno XXIIII. regnante Hludouuico gloriosissimo rege Francorum mense septembri quarto kalendas octobris coram his testibus. † sign. Hrabani abbatis qui hanc commutationis kartam fieri iussit. † sign. Ruodolfi et Albrichi qui hanc commutationis kartam fieri rogauerunt. † Hattoni praepositi † Salumari presbyteri † Eginheri presbyteri † Theotmari presbyteri † Ascrichi presbyteri † Ercanbrahti diaconi † Unleiti diaconi † Ginoz † Bernhelm † Hruoding † Nordalah † Liobalah † Tital † Germunt † Egino † Suuarzalah † Heriger † Helmbraht † Gatto † Reginheri † Otbraht † Bernhart † Frumolt † Nandger † Herinand † Ercanhart. Gerolf indignus diaconus scripsit.

837, 28. September.

507. Traditio Sigibaldi.

Ego in dei nomine Sigibald trado in elimosinam Asis quondam comitis quod ille mihi manu potestatiua tradidit tradendum ad monasterium quod est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum regulariter degentium pius praeesse uidetur pater hoc est quod trado in uillis his nominatis Gimundi Sezalacha Untrangeuui Ualaburi Helidberga Uuancheim Helidunga Asiseshus Herigolteshus quicquid in illis locis proprietatis uisus fuit habere id est domibus aedificiisque caeteris terris siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest et mancipia quorum haec sunt nomina . . . . . ea scilicet ratione ut mater eius nomine Theotrat cuncta superius comprehensa ad uitam suam usufructuario possideat quamdiu in hac uita praesenti uiuat. post obitum uero eius et de huius umbratilis uitae discessu uos et successores uestri tenendi habendi possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditio in uilla quae dicitur Zimbra anno XXIIII. domini Hludouuici gloriosissimi regis Francorum sub die XVI. kalendas nouembris coram his testibus. † sign. Thaholfi † Langbarti † Liutbrandi † Uuolfhadi † Mahalolti † Altmunti † Egilmunti † Isalgrim † Butiho † Nidgozi † Uuaningi † Amalungi. Gerolfus diaconus iussus scripsit.

837, 17 October.

508. Traditio Benedictae.

Dum unusquisque in hac peregrinationis miseria necesse habet tractandum qualiter ad uitam perennem peruenire possit quamobrem ego in dei nomine Benedicta non coacta sed spontanea uoluntate propter spem uitae aeternae dono atque trado ad monasterium Fulda ubi

837.

---

506. P. 552, II, 182. Tr. 426.
507. P. 553, II, 183. Tr. 427.
508. P. 482, I, 125. Tr. 428.

Digitized by Google

preciosus Christi martyr Bonifatius sacro quiescit corpore et uir honorabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor esse dignoscitur quicquid hodierna die proprietatis uisa sum habere tam in mancipiis pecoribus quam in caeteris rebus necessariis. et mancipiorum nomina haec sunt Dalger et uxor eius Uuilliburg Friduburg Adalburg Rihburg Geila Uuinifrid Elilant Uuonatheri Emmezrat Egihilt Mandhilt Frumihilt Hruodloug Nandheri Uuerinheri Suuidbrahti Meginheri Sindhilt Hadaburg Ellinburg Otburg Leobhilt Merisuuind Salucho Haduger Liobsuuind Hiltimuot Lantrih Diusia Thiothilt Gerburg Tuothilt Eggolf Holzman Gotaniui Thiotfrid Berufrid Uuillihart Uualdburg Mahtfrid Hruodloug Meonat Einuuig Rantuuig Brunicho Ratgund Ratniuui Gerniuui Hruodung Hadaburg Liuthart Friduart Uuolfbirg Amalheri. de elaboratu meo sunt haec. boues XXXIX. porci LXXII. oues XX. mappae IIII. manutergia duo. plumacia VI. opertoria II. pallia linea VI. puluilli XIIII. lectisternia VI. pallia sedilia II. crux una. caldarii VI. ea uidelicet dispositione ut ea per beneficium praedicti abbatis ad austentandam humanam fragilitatem quamdiu uixero in hoc carceris tabernaculo possim habere. et post discessum meum emendata atque emeliorata rectores praedicti monasterii in omnibus accipiendi fruendi habeant potestatem. facta est haec traditio anno XXIIII. Hludouuici imperatoris. † sign. Benedictae quae hanc kartulam traditionis fieri postulauit. † sign. Hessi comitis † Stindingi † Friduuuini † Folcmanni † Leidrati † Altduoni † Grimdeonis † Hruodmunti † Geruuigi † Uualtrici † Arnhelmi † Emichonis † Hruodfridi † Theotfridi † Ercamberti † Hruodharti † Eliuuini † Nendichonis † Irminolti † Eburmunti. Lubharius iussus scripsit.

509. Traditio Liuthaldi.

838, 28. Ianuar. In dei nomine ego Liuthald pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas praeesse uidetur hoc est quod trado in Salageuue et in uilla quae dicitur Scuntra III. hobas et quinque mancipia quorum haec sunt nomina Cotgelt Uuolfbald Uualger Adalrath Otila ea uidelicet dispositione ut ea per beneficium praedicti abbatis ad uitam meam licitum sit possidere post meum quoque de hac luce discessum nos et successores uestri praedictam rem habendi possidendi colendique firmam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditio in uilla iam supra nominata anno XXV. Hludouuici serenissimi imperatoris quinto kalendas februarii. † sign. Liuthaldi qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † sign. Heriman † Meginheri † Irminolfi † Bernolt † Sigo † Nendicho † Rumolt † Altolfi † Taholfi † Meginfrid † Irinhart † Halabinus † Atalo † Engilhoh † Iungrat † Egilolt † Uualtolf † Ercanbald † Eburhart † Uuolafrid † Theoleih. Gerolfus indignus diaconus scripsit.

510. Traditio Altmari Berolfi et Reginharti.

838, 10. Februar. Uirorum quamplurium notum esse constat industriae quomodo Aladram nobis tradidit hereditatem suam Altmaro scilicet Berolfo et Reginharto ut eam in elimosinam eius ad sanctum

---

509. P. 483, I, 127. Tr. 430.
510. P. 584, II, 185. Tr. 431.

Digitized by Google

Bonifatium traderemus idcirco nos qui communibus manibus eandem traditionem suscepimus tradimus eam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio quod dicitur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum regulariter degentium pius praeesse uidetur pater hoc est quod tradimus in Grapfelde in Uuetarungo marcu in uilla quae dicitur Steinaha quicquid ibidem proprietatis tenebat atque possidebat nobisque tradiderat totum et integrum quod iuste et legaliter ad eum pertinebat hoc est domibus aedificiis mancipiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici aut nominari potest cum omni integritate tradimus ad praedictum locum. nomina mancipiorum uero haec sunt Sigiheri Amanolf Uuerdheri Lantfrid Ostag Cuniburg Hiltiburg Perahtdrud. ea scilicet ratione cuncta superius comprehensa tradimus ad praedictum martyrem ut a die praesente rectores supradicti monasterii haec omnia teneant possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditio in monasterio Fulda quarto idus februarii anno XXV. regni domini Hludouuici serenissimi imperatoris. † sign. Altmari † Berolfi † Reginharti qui hanc traditionem fecerunt et kartam fieri rogabant. † Meginbraht † Geruuart † Franco † Gozbraht † Broi † Uuergast † Iungman † Rihbald † Altman † Eggihart † Madalbraht † Gundfrid † Sarahailo † Uualtbraht † Altrat † Helpfrih † Hruodhart † Bebo † Hruadhart † Folcbrat † Ercanger † Albuuin † Adaluuin † Marcolt. Gerolfus indignus diaconus haec iussus scripsit.

511. Traditio Thiotmari.

Ego in dei nomine Thiotmar trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium areolam unam partem siluae ad illam pertinentem in Hengisgero marcu. facta traditio anno XXV. regni Hludouuici nonis aprilis. † sign. Thiotmari traditoris † Herimuot † Friduhelm † Altthuring † Arnhelm † Altrat † Otacar † Graman † Irminolf † Rihhart † Ercanger † Nending † Thiotrih. 830, 5. April.

512. Traditio Uualtbrahti.

In dei nomine ego Uualtpraht pro remedio et salute animae meae dono atque trado ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda pretioso requiescit corpore ubi Hrabanus abbas uir uenerabilis uitae multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolo in pago Grapfeld in uilla quae uocatur Stetihaha huobam unam ea scilicet ratione ut ab hodierna die ac deinceps in dominium redeat rectorum monasterii sancti Bonifatii ut quicquid inde facere eligant firmissimam habeant potestatem nullo contradicente. facta est haect raditionis kartula in monasterio Fulda anno XXV. imperii Hludouuici piissimi regis Francorum mense maio die XV. eiusdem mensis coram his testibus. † sign. Uualtprahti qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. † sign. Ratolfi comitis † Hrabani filii eius † Hadageri † Hitti † Frumolti † Uuolfungi. Gerolf presbyter scripsit. 839, 15. Mai.

---

511. P. 554, II, 186. Tr. 432.
512. P. 557, II, 195. Tr. 433.

Digitized by Google

513. Restitutio capturae in Chinzichero marcu.

838, 14. Iuni u. 10. Iuli. Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVIII. indictione prima mense iunio XVIII. kalendas inlii facta est contentio Gozboldi et Hrabani abbatis coram imperatore Hludouico et filiis eius Hludouico et Carolo necnon et principibus eius in palatio apud Niomagum oppidum constituto de captura quam Folco et fratres eius Burgo et Hroo tradiderunt ad sanctum Bonifatium ubi et Gozboldus conuictus karta traditionis et testibus idoneis hoc est Eggiharto Burgone Engilharto Mechone Lintgario Hisinfrido Ruadhoo Meginolto Ercanfrido Haltrato reddidit iussu imperatoris coactus quod iniuste per fraudem de eadem traditione abstulit coram his testibus Trugone archiepiscopo Otgario archiepiscopo Radolto episcopo Helmgaudo episcopo Gerfredo episcopo Theotgrimo episcopo et Baturato episcopo Adalberto comite Helphrico comite Albrico comite item alio Albrico comite Popone comite Gebauuino comite palatii Ruadharto similiter comite palatii Hattone comite Madalgero comite Gebaharto comite Adalgario comite et innumerabilibus uasallis dominicis.

Item eodem anno mense iulio sexto idus eiusdem mensis coram Hesse comite in conuentu publico in pago Salageuue in uilla quae uocatur Karagoltesbah Freibraht aduocatus Gozbaldi cum uadio restituit Leidrato aduocato domini Rabani praecipiente comite et scabinis iudicantibus hoc ita iustum fieri et huius causae Otacar fideiussor extitit totum et integrum quicquid praefatus Gozbaldus et fratres eius de potestate sancti Bonifatii iniuste abstulerunt in Chinzichero marcu de captura quam Folco et fratres eius Burgo et Hroo tradiderunt ad sanctum Bonifatium praesentibus his testibus Hesse comite Ercanbraht Fridnuuin Altthuring Nandheri Radboto Samuel Sinelicho Marcolt Samanolt Otacar Hruodbraht Engilbraht Othelm Adaluuig Folcheri Theotrih Nahhad Sigibraht Eggiolt Stinding Adalman Thingbraht Otbraht Buobo Eggihart Hruadbraht Folcolt Grindeo Folcmar Uuenito Batarih Adalger. item testes uestitionis ÷ sign. Freibrathi et Otacari qui hanc uestitionem fecerunt. Friduuuin Altthuring Folcheri Adalman Leidrat Hruodhelm Sigimunt Hanno Reming Reginfrid Hruodhoh Burgo Uuerinhart Irminbraht Hruodhart Gerhart Hatto Gebauuin Arnhelm Suuabbraht Hartuuin Anshelm Starcfrid Hruodbero Elting Sibicho Engilhart Altraht Ercanfrid Folcrat.

514. Traditio Hiltiburgae.

838, 29. Iuli. Licet parua et exigua sint quae pro immensis peccatis meis offero tamen scio aequissimum iudicem plus deuotionem mentis donantis quam quantitatem muneris inspicere. quam ob rem ego in dei nomine Hiltiburg cogitans pro salute animae meae ac parentum meorum ut in futuro merear uitam aeternam dono atque trado ad monasterium Fulda quod constructum est in pago Grapfelde in silua Buchonia iuxta ripam fluminis Fuldae ubi sanctus ac pretiosus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor esse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo quicquid in pago iam nominato moderno tempore proprietatis habeo in uilla quae dicitur Uuetarunga in agris siluis areis domibus aedificiis campis

---

513. P. 474, I, 98; von Eberh. summ. 5, 111 ganz widersinnig excerpirt. Tr. 434. Die angegriffene Schenkung ist aus dem Jahre 796; vergl. 117. 118. 119.

514. P. 555, II, 190. Tr. 435.

Digitized by Google

pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest de omni elaboratu meo totum et integrum trado cum mancipiis quorum nomina haec sunt . . . . . ea scilicet ratione ut quamdiu in hac peregrinationis miseria deo uolente detinear per beneficium praedicti abbatis atque successorum eius ad usum uitae meae licitum sit habere post discessum uero meum rectores memorati monasterii nulla contradicente persona accipiendi fruendi in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditio anno XXV. regni Hludouici imperatoris mense iulio quarto kalendas augusti coram his testibus † sign. Hiltiburgae quae hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Friduhelmi † Sturmi † Reggi † Theotmar † Hruodbraht † Albrih † Helindeo † Sumo † Saul † Rihuuart † Ratger † Hartfrid. Gerolf indignus presbyter iussus scripsit.

515. Traditio Uuiderolti.

Ego in dei nomine Uuiderolt dono atque trado in elimosinam Arnolti filii mei ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praecst monachorum hoc est quod trado in pago Grapfelde in uillis subter nominatis quicquid praefatus filius meus propriae hereditatis uisus fuit habere atque possidere in Marahesfeldono marcu et in Dahhadorphero marcu id est domibus aedificiisque caeteris terris campis siluis pratis pascuis capturis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis necnon et tales agros quales ei Lubicho in uilla luhhison dereliquit. mancipiorum autem nomina haec sunt Strinzo Otmar Adalhelm Leobarat Hagano Uuilimunt Gunduuig Fastolf Adalman Meginhart lungman Uuielrat Danglind Adalburg Ratheid Niuuirat Rathuuind Uuilligart. ea uidelicet ratione ut a die praesente praedictus abbas eiusque successores firmam et incontradictam in omnibus obtineant potestatem. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXV. regni domini Hludouici imperatoris mense iulio tertio kalendas augusti coram fratribus nostris et testibus subscriptis. † sign. Uuiderolti qui hanc kartam traditionis fieri rogauit. † Thanomari † Altmunt † Uuiggo † Otuuin † Asbraht † Marcolt † Rihuuart † Uuaggo. Gerolf indignus diaconus scripsit. 838, 30. Juli.

516. Kartula Hrabani abbatis.

Ego in dei nomine Hrabanus abbas concedo uobis ancillis s. Bonifatii Leoberatu et filiae suae Uuielratu sicut Uuidaroltus nos rogauit qui uos ad s. Bonifatium in elimosinam suam tradidit ut aliud seruitium non faciatis sic ut unum denarium utraque ad censum per singulos annos donetis ad Rore in missa s. Bonifatii. ea tamen ratione hunc uobis concedimus censum ut posteritas uestra absque omni contradictione seruile opus faciat et seruilem conditionem nullo modo contradicant. † sign. Hrabani abbatis qui haec concessit et scribere iussit. † sign. Recheonis presbyteri † sign. Hartrati presbyteri † sign. Engilbrahti presbyteri † Gerolfi presbyteri † Hruadbrahti presbyteri † Saluchonis diaconi † Fridurichi monachi † Otuuin monachi † Theotmari presbyteri qui haec iussus a praefato abbate scripsit.

---

515. P. 554, II, 198. Tr. 436.

516. P. 555, II, 189. Tr. 457. Ich habe die Urkunde hier eingereiht, da sie mit der vorhergehenden zusammenhängt.

Digitized by Google

517. Traditio Uuidarolti et Altmanni.

838. 30 August.

In nomine domini, dei et saluatoris nostri Ihesu Christi nos uidelicet Uuidarolt et Altman res quas nobis Reginhart manu potestatiua tradidit ut eas in elimosinam illius ad s. Bonifatium traderemus communi manu iuxta fidem sponsionis nostrae pro remedio animae ipsius et coniugis eius Albuuiza tradimus ad praedictum martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est totum quicquid proprietatis habuit in terminis uillae quae vocatur Iuhhusa in pago Grapfelde in areis domibus ceterisque aedificiis campis silvis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus pecoribus mobilibus et immobilibus mancipiis quorum haec sunt nomina Leobgir Gozolt Lobahilt Hiltigund Adalgunt Uuolfniuui Adalmunt Uualtrat cum omni elaboratu eorum. ea scilicet ratione haec omnia supra memorata tradimus ut Albuuiz quamdiu praesentialiter uiuat usufructuario per beneficium praedicti abbatis memoratas res possideat censumque inde reddat. post obitum uero eius absque omni diminutione et sine ulla contradicente persona in potestatem s. Bonifatii iterum cuncta redeant perpetuoque permaneant. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXV. domini Hludouici serenissimi imperatoris mense augusto tertio kalendas septembris. † sign. Uuidarolti † Altmanni qui hanc traditionem fecerunt.

Isti sunt testes uestitionis. Uuolfhelm Elis Eburhart Albolt Unno Didolt Marcuuin Altgast Berehart Erlefrid Freibraht Irminbraht Nerolf Ratgast Hartnagal Adaltag Adalrih Thiotbraht Geginhart Folcger Liuthart Humbraht Ato Helidbraht Marcuuart Eggihart Nanduuih Reginhart Heriman Anno Hruodicho Uuarmunt Hruoding Frieso Gundbold Hreitger Ettig Fastman Ecco Fridubraht Thiothart Albuuin Hahmunt Isanfrid.

518. Traditio Uuidarolti.

838, 30. August.

Ego in dei nomine Uuidarolt trado in elimosinam Perahtgarta quicquid illa mihi manu potestatiua tradidit tradendum ad monasterium s. Bonifatii quod dicitur Fulda ibi ipse sanctus dei ac gloriosus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum regulariter degentium pius praeesse uidetur pater hoc est totum quod illa propriae hereditatis uisa fuit habere in uilla Marahesfeld in pago Grapfelde campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus ex integro trado ea scilicet ratione ut haec omnia Perahtgart habeat ad suam uitam et post obitum illius supradictus abbas et successores eius perpetualiter possidendi firmam et incontradictam habeant potestatem. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXV. domini Hludouici imperatoris mense augusto tertio kalendas septembris. † sign. Uuidarolti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. Isti sunt testes uestitionis. Uuolfhelm Elis Eburhart (u. s. w. wie in der vorhergehenden Urkunde).

---

517. P. 555, II. 191. Tr. 437.
518. P. 556, II, 192. Tr. 438.

Digitized by Google

519. Traditio Fruohangeri et coniugis eius Hruadun.

Ego in dei nomine Fruohanger et coniux mea Hruada communi manu tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas turbae monachorum pius praeesse uidetur pater hoc est quod tradimus in pago Grapfelde in uilla Marahesfeld dimidiam partem totius proprietatis nostrae in siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus rebus et immobilibus ea scilicet ratione ista omnia tradimus ut per beneficium supradicti abbatis liceat nobis usufructuario tradita habere ad uitam nostram post obitum quoque nostrum amborum supradicta cuncta redeant in potestatem s. Bonifatii absque ullius contradictione. facta traditio anno XXV. regni domini Hludouici imperatoris in monasterio Fulda mense augusto tertio kalendas septembris coram his testibus † sign. Fruohangeri et coningis eius Hruadun qui hunc traditionem fecerunt. Isti sunt testes uestitionis Uuolfhelm Elis Eburhart (u. s. w. dieselben Zeugen wie in den beiden vorhergehenden Urkunden.) 836. 30. August.

520. Traditio Theotrata Euuiches et Uuitderbes.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Theotrat et Euuih et Uuitderpf diuino admoniti instinctu donamus atque tradimus communibus manibus in elimosinam Asises ad s. Bonifatium Christi martyrem qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum totum et integrum quod proprietatis habere uisus fuit in pago Grapfelde et in pago Gozfelde et in uillulis subter nominatis. in Elidburg aream unam et huobam unam et totius siluae ad ipsam marcam pertinentis partem unam id est quartae partis tertiam partem. et in Hettilebaro marcu unam aream et huobas duas. et in Helidingero marcu areas duas et siluae similiter quartae partis tertiam partem. et in Undrungeuueno marcu illius siluae quartae partis tertiam partem. et in Sezzilahono marcu areas duas huobas quatuor et de silua quartae partis tertiam partem. et in Uualaburino marcu areas duas. et in Gubrahtestat aream unam. ad Herigelteshuson huobas tres. in Eburiseshuson medietatem totius capturae. in Gimundinero marcu quartam partem illius capturae. in Uuangheim aream unam. ad Aseshuson totum quod ibi iuste et legaliter possidebat id est terris domibus aedificiisque ceteris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis cum omni supellectili eorum quorum nomina haec sunt. Uuolfgoz et uxor eius cum filiis duobus. Leidrat et uxor eius cum filiis tribus. Lintger et uxor eius cum filiis quatuor. Frumolt et uxor eius cum filiis duobus. Hruodolf et uxor eius cum filiis tribus. Gelo et uxor eius cum filiis tribus. Thiotolf et uxor eius cum filiis tribus. Strago et uxor eius cum filio uno. Framan Huoz Maraholt Gerhart Liobniu Thancolf Erecas Ratgelt Sigiuuin Truogo Gisalfrid Uuillirat Franco Neosta. boues VIII. uaccae XVII. porci LXXVII. ea scilicet ratione haec omnia supra comprehensa tradimus ut ego Theotrat quamdiu uixero in hac praesenti uita per beneficium rectoris praefati monasterii illa possideam et post obitum meum cum omni integritate et augmento idem ipse et successores eius habeant atque possideant suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant. Facta haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno XXV. regni domini Hludouici gloriosissimi regis Francorum sexto nonas 839. 2 October.

---

519. P. 556, II, 193. Tr. 439.
520. P. 557, II, 194. Tr. 440.

Digitized by Google

octobris subscriptis testibus † sign. Theotrata Euiches Uuitderbes qui hanc kartam traditionis fieri rogauerunt † sig. Uuidarolti † Theotbaldi † Alauuitu † Herimot † Gebaroh † Abraham † Erluuin † Liutbraht † Reginhart † alter Reginhart † Meginfrid † Zital † Gisalmar † Ualtolf † Ualolf † Regingoz.

Testes iterum uestitionis eiusdem traditionis quam Theotrat et Euuich et Uuitderpf fecerunt quam suscepit ab eis Heistolf presbyter monachus et cum eo Uuidarolt et Herimot nuncii uidelicet s. Bonifatii atque Hrabani abbatis: Thiotbald Voto Berengoz Erluuin Iring Gundacar Thrutbraht Adalrich Malolt Reginhart Otuuin Meginfrid Zital Ualolf Erlman Meginolf Otacar Uuigbald Gisalmar Ualtolf Herimuot Marcuuart Ualtger Irmbraht Ratbraht Uuolfmunt.

521. Traditio Grimbolti.

838, 28. October. Ego in dei nomine Grimbolt dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda ubi martyr Christi Bonifatius sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum totum quod propriae hereditatis uisus sum habere in uilla quae dicitur Bonlanta excepta una areola et una huoba id est arealis terris campis pratis pascuis aquis aquarume decursibus ea uero ratione ut a die praesente uestro fiant dominio subiecta tam firmiter ut nullus contradicere ualeat. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXV. regni Hludouici imperatoris quinto kalendas nouembris. † sign. Grimdeoni qui hanc traditionem fecit † Hessi † Hruodheri † Althoh † Hahgrim † Hanno † Uuiboto † Stephan † Helmolf.

522. Traditio Otprahti.

838, 4. November. In nomine domini ego Otpraht dono atque trado in elimosinam Ercanberti patris mei ad s. Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolo in pago Grapfelde in Nordheimero marcu et in Theodorphero marcu huobas ea ratione ut a die praesente redeant in dominium s. Bonifatii praefati abbatis atque in perpetuum in illa potestate permaneant nullo contradicente. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno XXV. Hludouici imperatoris mense nouembri secundo nonas eiusdem mensis coram his testibus. † sign. Otprahti qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † Elis † Engilmar † Gerung † Meginfrid † Sigifrid † Strangolf † Egino. Gerolfus scripsit.

523. Praeceptum Hludouuici imperatoris de concambio inter Hrabanum abbatem et Helmericum.

839, 17. Februar. In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi Hludouuicus diuina repropitiante clementia imperator augustus. si petitionibus seruorum dei quas nostris auribus insinuauerint

---

521. P. 475, I, 101. Tr. 442.
522. P. 554, II, 187. Tr. 441.
523. OU. Eb. II, 119a, aber nicht vollständig. Tr. 443.

Digitized by Google

libenter annuerimus et eas cum | dei auxilio ad effectum perduci fecerimus non solum regiam et imperialem exercemus consuetudinem uerum etiam hoc nobis procul dubio tam ad statum terreni regni corroborandum quam ad aeternae uitae beatitudinem capessendam profuturum esse confidimus. Idcirco notum | fieri uolumus omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris quia uir uenerabilis Rabban abba petiit celsitudinem nostram eo quod pro amborum partium oportunitate quasdam res iuris nostri quas Helmericus uassallus noster beneficiario munere possidet | commutare uoluisset. Cuius petitioniquia non inutilis nec inrationabilis nobis esse uidebatur libenter adsensum praebuimus et praecepimus Pepponi uassallo nostro ut cum missis praedicti uenerabilis Rabban abbatis adhibitis etiam aliis pluribus hominibus in eadem uici|nia conmanentibus perspiceret easdem res petitas earumque qualitatem et quantitatem hinc et inde diligenter inspiceret et consideraret et inbreuiatam ad nostram deferret notitiam quod ita et fecit simulque nobis retulit quod ambabus partibus huiuscemodi commutatio utilis et | profectuosa esse potuisset et ideo nostra decreuit uoluntas ut ita fieret. Dedit igitur praedictus uenerabilis Rabban abba de rebus monasterii sui uocabulo Uulda praedicto Helmerico ad partem beneficii sui iurisque nostri in ducatu Alamanniae in uilla uocatam Steinheim hobas quatuor et unam ad Hamarstat tresque homines ibidem manentes ac mancipia numero sedecim quae Teotmar Uuolftrud Hruotland Hruotmar Engilgart Liutmar Ehemarhilt Patarih Holda Teotmar Anulo Deinka Hildifrid Uuolftrud et Guntbald nominantur. Quarum rerum ac mancipiorum meritq dedit praedictus Helmericus uassallus noster per nostram iussionem saepedicto uenerabili Rabban abbati ad partem iam fati monasterii sui de rebus iuris nostri quas ipse iure beneficiario possidere cognoscitur in uilla quae dicitur Zimbra hobas decim desertas unde et super hac commutatione hoc nostrae auctoritatis praeceptum fieri iussimus per quod praecipimus atque iubemus ut quicquid pars iuste et rationabiliter alteri contulit parti deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat et quicquid exinde facere uoluerit libero in omnibus potiatur arbitrio faciendi. Et ut haec nostrae auctoritatis praeceptio inuiolabilis ualeat perseuerare de anulo nostro subter eam iussimus sigillare.[1])

Bartholomeus notarius ad uicem Hugonis recognoui et (R) (S)

Data XIII. kalendas marcias anno Christo propitio XXVI. imperii domni Hludouuici piissimi augusti indictione secunda actum Franconofurd palatio regio in dei nomine feliciter amen.

524. Praeceptum Hludouuici imperatoris de uillis Geismara et Borsaha.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi. Ludewicus diuina propiciante clementia Romanorum imperator augustus. Si locis deo dicatis ubi Christi milicia a uiris religiosis exercetur quicpiam muneris conferimus. et imperialis munificentiae morem exequimur et diuinum per hoc nobis fauorem facilius conciliandum confidimus. Idcirco notum esse uolumus cunctis fidelibus sanctq dei ecclesiq filiis tam presentibus quam futuris. quia Rabanus uenerabilis abbas fuldensis monasterii fratresque eius cenobii nostram adeuntes clementiam retulerat quod filius noster Ludowicus quasdam res nostrq proprietatis duas scilicet uillas ex beneficio Bopponis comitis infra Bokoniam quarum uocabula sunt Geismara et Borsaa. cum terminis suis et omnibus ad se pertinentibus memorato monasterio per suam tradidisset conscriptionem. sed quia 830. 27. Februar.

[1]) dahinter folgen fünf tironische Noten, dann die Worte *dictauit et*, endlich sechs tironische Noten.

524. Eb. II, 125a. Tr. 444.

Digitized by Google

esndem traditionem inutilem et irrationabilem perspexerat eo quod filius noster isdem Ludewicus indebitam potestatem id faciendi sibi usurpasset. saniori consilio pertractantes easdem res nostro liberalitatis munere ad idem monasterium delegandas esse maluerunt. et ut pars eiusdem monasterii eisdem rebus firmius uti potuisset. quasdam res iuris ipsius monasterii predicto Bopponi comiti tradere probauerunt. quę res in pago Graphelt sitę in uillis quę Geltersheim. Urbach. Stocheim. Hagenowa. Ernustesheim et Strewe appellatę sunt esse noscuntur. quarum rerum summa ducenti mansi esse creduntur. Petierunt ergo prefatus abbas cum fratribus ut eis suoque monasterio memoratas res iuris nostri eo quod illis competentes essent imperiali munificentia largiremur. Nos autem diuino intuitu eorum precibus annuentes non tam earumdem rerum quas nobis contulerunt amore quam ob animę nostrę emolumentum atque ęternę retributionis fructum concessimus eiusdem monasterii fratribus domino deuote famulantibus prefatas uillas iuris nostri. id est Geismara et Borsaha. cum terminis suis et omnibus appenditiis et utilitatibus suis. domibus. terris. familiis. ędificiis. cultis et incultis. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarum decursibus. curtilibus. molendinis. piscationibus. uenationibus quoque quę in eisdem siluis esse noscuntur. cum omni iure et proprietate. ueluti illic prefatus Boppo comes hactenus iure beneficiario possedisse dinoscitur. Proinde nostrę auctoritatis apices inde fieri decreuimus. per quas sanctimus atque iubemus. ut predictę duę uillę cum omnibus rebus ad se pertinentibus in usus fratrum sancti Bonifacii martiris succedant ipsique eas perpetualiter possideant. sed et insuper supradictę res monasterii Bopponi comiti contraditę post mortem eius ad usus monasterii redeant amboque possideant fratres et nostri semper sint memores. Et ut hęc nostrę concessionis auctoritas inuiolabilem et inconuulsam obtinere ualeat firmitatem. manu propria subtus eam firmauimus et anuli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Ludowici imperatoris. (M)

Ego Irmingerus cancellarius recognoui.

Datum .III. kalendas marcias Indictione II. Actum Franconfurt.

525. Traditio Ratfridae.

839, 17. Iuli. Ego in dei nomine Ratfrid dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum traditumque in perpetuum esse uolo in pago Salageuue in Scundra marcu quicquid hodierna die proprietatis uisa sum habere id est areis domibus aedificiisque caeteris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus mobilibus quicquid dici et nominari potest cum omni elaboratu meo et mancipia quorum haec sunt nomina Uuillihilt Madalhilt Uuigbald Rihbald Reginolt Meginrih Meginfrid Tuota Thaucrat Mutila Uuillimunt Sigibirn Hiltiloug Otrih Irminsuind. ea duntaxat ratione haec omnia iam memorata trado ut a praesente die uos et successores uestri firmum et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno XXVI. Hludouuici gloriosissimi imperatoris sub die XVI. kalendas augusti coram his testibus. † aign. Ratfridae quae hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sign. Meginheri † Heriman † Ruatgoz † Remuuing † Sigo † Uualah † Beringer † Halabing. Gerolfus indignus presbyter iussus scripsit.

---

525. P. 483, 1, 128. Tr. 445.

Digitized by Google

526. Praeceptum Ludowici imperatoris pro confirmatione privilegii.

In nomine dei et saluatoris nostri Ihesu Christi. Ludewicus diuina propiciante gratia imperator augustus. Cum peticionibus seruorum dei iustis et rationabilibus diuini cultus honore fauemus. superna nos gratia remunerari confidimus. Et ideo notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industriae. quod uir uenerabilis Rabanus abbas ex monasterio quod situm est super fluuium qui dicitur Fulda in pago qui dicitur Graphelt nostram adiens presentiam obtulit nobis unum preceptum piissimi genitoris nostri Karoli imperatoris et alterum beatę memorię Pippini regis aui nostri in quibus uterque eorum priuilegium fuldensis monasterii a Zacharia sanctę sedis apostolicę sancto Bonifatio datum sua auctoritate roborauit precipiens ut nullus episcoporum ius sibi aliquod in eodem monasterio uendicaret sed liceret eidem monasterio eiusque rectoribus locis et rebus tam eis quas eo tempore possideret quam quas futuris temporibus iuri ipsius monasterii diuina largitas augere uoluisset ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua frueretur. Supplicauit igitur clementię nostrę memoratus abbas ut paternę atque auitę auctoritati nostram quoque preceptionem iungeremus eorumque donationem nostra quoque donatione et largitate firmaremus. cuius peticioni benigne fauentes et paternam atque auitam benignitatem imitantes per hos nostrę auctoritatis apices precipimus. ut nullus episcoporum uel quislibet ex iudiciaria potestate in predictum monasterium uel in res ad id iuste et legaliter pertinentes ius sibi aliquod uendicare presumat. sed liceat ei rectoribusque illius locis et rebus quas uel nunc possident uel domino largiente possessuri sunt ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firma perfrui stabilitate ita tamen ut decimę ad ęcclesias quas in propriis locis et uillis possident a seruis suis tantum et colonis persoluantur quia susceptio hospitum pauperum et peregrinorum semper apud eos indesinenter habetur. Si autem quispiam huic nostrę auctoritatis precepto repugnare uoluerit sententiam apostolicę districtionis quę in priuilegiis expressa est experiatur. et tamen hoc quod ob amorem dei et uenerationem sancti Petri reuerentiamque paternam et auitam nostra auctoritate firmauimus stabile permaneat manu nostra roboratum et anuli nostri impressione signatum.

840. 6. Mai.

Signum Ludowici inuictissimi imperatoris.

Data .II. non. mai. anno XX°VII° regni eius. Actum in Salzb. curia regia. feliciter amen.

527. Traditio Ludowici imperatoris.

In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. Ludewicus gratia dei Romanorum imperator augustus omnibus suis familiaribus et totius regni fidelibus. Quia nostrę prouidentię esse scimus non solum regni gubernacula sed etiam sanctę ęcclesię moderamina procurare et maxime Christi fidelium necessitatibus deuote inseruire. idcirco ea que pro dei honore et ęternę uitę amore circa ecclesias ac monasteria seruorum dei agimus silentio obtegere non audemus ne ignorantia succedentium ab inportunis quibuslibet infidelibus forte quod absit infringatur et quod nos deo et

---

526. Eb. I, 82a. Ludwig der Fromme war allerdings den 6. Mai 840 zu Salz; s. Böhmer's Regesten; aber wie kommt es, dass Hraban erst so spät einen Immunitätsbrief sich von Ludwig hat ertheilen lassen?

527. Eb. II, 69. Dioec. p. 109. Das Jahr, in welches die Schenkung fällt, ist nicht bekannt. Die Gebeine des h. Venantius wurden von Hraban im Jahre 836 in das von ihm gegründete Kloster auf dem Johannisberge übertragen.

Digitized by Google

sanctis eius conferimus ipsi anferant et per hoc ęternam perdicionem conquirant. Notum ergo facimus fidelitati uestrę quod fidelis secretarius noster Rabanus uenerabilis abbas sanctę fuldensis ęcclesię adiit excellentiam celsitudinis nostrę insinuans nobis curam et sollicitudinem suam quam circa conquirendas sanctorum reliquias habet tam ex romana cinitate quam ex diuersis ciuitatibus ubi plurimi martires tradiderunt corpora sua ad supplicia ut mererentur habere perpetuas in celesti regno coronas. Rogauit igitur excellentiam celsitudinis nostrę idem uir uenerabilis Rabanus abbas ut nostra auctoritate liceret ei legatos suos dirigere ubiuis terrarum et maxime ac praecipue ad romanam ciuitatem et cum litteris nostre auctoritatis exposcere sacratissimos cineres uel sanctorum martirum seu ęterorum orthodoxorum iustorum membra. Cui prestitimus ex nostrę liberalitatis munificentia facultatem ut ex nostrae auctoritatis preceptione scriberet et mitteret ubicunque terrarum uellet propter predictum negotium sanctarum reliquiarum postulationemque tam ab apostolico quam a ęteris fidelibus. Vnde cum labor tantę sedulitatis eius non esset inanis. nuper audiuimus quia corpus sancti Venantii martiris de longinquis terrarum partibus acquisisset et in ęcclesia sancti Iohannis Baptistę honorificentissime collocasset. cuius merita martiris in fuldensi ęcclesia ex testificatione miraculorum facta sunt longe lateque celeberrima. accurrunt enim infirmi et sanantur. demoniosi et liberantur. paralitici et curantur. ceci et illuminantur. et ex omnimoda infirmitate genus humanum per gratiam domini nostri Ihesu Christi ope et intercessione sancti Venantii saluatur. Cuius facti fama nos ex diuina compunctione commoniti gratias agimus deo et sancto eius martiri Venantio qui nostris temporibus in nostris terrarum partibus uisitare dignatus est plebem suam e ex diuersis necessitatibus et angustiis miseris mortalibus dignatur subuenire. Proinde rogatu et peticione predicti secretalis nostri Rabani abbatis offerimus nos deo et sancto Bonifatio sanctoque martiri Venantio in prefato sancti Iohannis Baptistę monasterio quasdam res proprietatis nostrę. hoc est uillam Vrespringen nuncupatam cum omnibus uillulis et uiculis immo cum cunctis appendiciis et pertinentiis suis. id est terris. agris. pratis. siluis. campis. pascuis. curtilibus. areis. domibus. familiis. aquis. hortis. pomeriis. cultis et incultis. mobilibus et inmobilibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. et cum omnibus terminis et finibus suis. totum et integrum tradimus atque donamus traditumque in perpetuum esse uolumus prefato loco pro animę nostrę remedio et pię memorię genitoris nostri Karoli imperatoris et omnium parentum nostrorum. hoc conditionaliter statuentes ut nostri commemoratio inter fratres fuldensis monasterii eo attentius et frequentius fiat. quo nostris oblationibus idem fratres sustentari uidentur. Placuit ergo idem donarium nostrum cum nostrę imperialis dignitatis preceptione munire et sigillo nostrę maiestatis insignire. ex qua preceptione nostręque auctoritatis indictione decernimus ut nullus hominum hoc nostrum statutum atque donarium irritum facere presumat neque aliquis iudex seu quelibet persona prefato loco seu colonis eius aliquam iniuriam seu uiolentiam inferre presumat. Data idus mai. Fuldę.

528. Traditio Ludowici imperatoris.

Ludowicus diuina ordinante prouidentia Romanorum imperator augustus. Si inter mortales mutua beneficiorum collatio gratiam atque amicitiam conciliare solet quanto magis per id quod in sanctorum et iam cum Christo regnantium martyrum in ęlis honorem quislibet de rebus ex diuina largitate concessis conferre curauerit credendum est promereri et sanctos eius patronos

528. Eb. II, 15b. Tr. 446 nach Brower, welcher die Urkunde wahrscheinlich aus Eberhard entlehnt hat.

Digitized by Google

et intercessores fieri. Beati sunt qui hoc deuota mente compleuerint. Quapropter notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum sollercię qualiter nos suggerente uiro uenerabili Rabano abbate uillam proprietatis nostrę uocabulo Mulenheim sitam in pago Sualefelt iuxta fluuium Altmule. quam nos cum alio predio nostro id est cum cella quę Solę uocatur ad fuldensem ęcclesiam pertinentem et Altheim uilla quadam in nostra immunitate habuimus. eo quod locus uenationis antiquorum regum antecessorum nostrorum fuerit. sancto Bonifatio martiri in ius et possessionem sempiternam tradidimus ea uidelicet lege et condicione ut locus ille sempiterna protectione et regulari gubernatione a fuldensi monasterio muniatur. cuius traditionis cartam anuli nostri inpressione munimus et nominis nostri conscripto caractere confirmamus.

529. Traditio Adalberti.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. ego Adalbertus humilis Christi seruus omnibus Christi fidelibus salutem. licet parua sint et exigua quę pro immensis peccatis et debitis meis offero. tamen pius dominus noster Ihesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem animi pensat offerentis. ideoque ego Adalbertus uerus Christi seruulus sana mente sanoque consilio pro peccatis meis ut in futuro mercedem cum Christo inueniam dono atque trado ad monasterium sancti Bonifacii martiris super reliquias eius ubi ipse preciosus Christi martir corporaliter requiescit et ubi uenerabilis Rabanus abbas uenerandę congregationi fratrum preesse uidetur. uidelicet in pago qui dicitur Kunigeshundera in uilla nuncupata Waldaffa aream unam. de ipsa area est habundanter uia publica sumpta. et ipsa area habundanter intrat in aquam ubi ipsa uilla Waldaffa plurimum ualet. in tercio latere eiusdem areę habet dominus imperator quod reliquum est uillae. in ea uero ratione et conditione dono et trado meam proprietatem in ius et dominium sancti Bonifacii et fratrum qui in fuldensi monasterio deo deseruiunt ut mei sint memores apud deum ut particeps esse merear eternorum gaudiorum. et talem ego conditionem facio ut ab hodierno die supradicta beati Bonifacii ęcclesia et rectores illius habeant teneant possideant patrimonium meum in predicta uilla Waldaffa et quicquid inde facere uoluerint liberam habeant potestatem. Donamus autem et in oppido Cobelenze nuncupato quod latine Confluentia dicitur eo quod Mosella fluuius Renum ibi influat sex regales mansos cum uinea ad sex carradas uini cum omnibus quę ad hec pertinent et cum LXVI. mancipiis utriusque sexus. Hęc et cetera quę possidemus in substantia in pecunia in ędificiis in iumentis in pecoribus et in omni apotheca mea trado et confirmo deo omnipotenti et beato martiri Bonifacio et dominis fratribus in perpetuam proprietatem ab hodierno tempore et deinceps. Si quis uero posthac quod fieri non credo. si uel ego ipse quod absit aut aliquis de heredibus meis uel quelibet ulla opposita persona contra hanc traditionem uenire temptauerit aut eam infringere et cassare uoluerit. iram dei omnipotentis incurrens ab omni ęcclesia catholica excommunicatus erit et tamen quod repetit impetrare non ualebit sed presens donatio et cartae huius conscriptio omni tempore firma et stabilis permaneat cum astipulatione testium qui subscripti sunt per ordinem. Signum Adalberti qui hanc donationem fecit.†. Signum Egilberti.†. Signum Ratolfi.†. Signum Tutonis.†. Signum Manegoldi.†. Signum Salmanni.†. Signum Raffoldi.†. Signum Wipoti.†. Signum Franconia.†. Facta est haec traditio temporibus Ludewici imperatoris sub die VI. idus augusti in ipsa supradicta uilla Waldaffa. Ego Starchardus subdiaconus feci hanc cartulam.

---

529. Eb. II, 61 b. Tr. 447.

530. Traditio Dietheri et Egilniu.

Cunctis fidelibus liquet quia mundi istius facultates ad defectum cum ipso mundo magis ac magis inclinantur et hoc solum stabile esse creditur quod ad precium redemptionis animę suę unusquisque in thesauro cęlesti collocauit. propterea ego Dietheri et coniux mea Egilniu pro absolutione peccatorum nostrorum et pro ęternę retributionis augmento donamus traditumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium sancti Bonifacii Fuldae coram Rabano abbate cunctisque fratribus predium nostrum quod situm est in pago Altgewe in meridiana Spera quicquid ibi proprietatis habuimus cum domibus. ędificiis. terris. pratis. siluis. campis. aquis. mancipiis. eo tenore ut fratres monasterii nostri in perpetuum sint memores. facta est tradicio sub imperatore Ludowico qui et confirmauit eam.

531. Traditio Benedictae.

Si aliquid de facultatibus nostris beneuola deliberatione ad loca sanctorum pro remedio animae nostrae conferimus aeternae beatitudinis remunerationem nos procul dubio inde accepturos esse speramus. idcirco ego in dei nomine Benedicta dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis [Hrabanus] abbas multitudini praeest monachorum quicquid proprietatis hodierna die in terminis uillae quae dicitur Chizzichi uisa sum habere quae est in pago Salageuue praeter unam areolam et fugerum unum et duas uirgas de pratis hoc est quod trado in areolis aedificiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus pecoribus iumentis mobilibus rebus et immobilibus mancipiis quorum nomina haec sunt. Uuonatmar Gerlind Himminuilla Theotbald Intaniuuf Gozbald Uuenilo Blidhilt Vodalrat Alahuuar Hruoduuar Perahtun Hruadgis Otburg Irminolf Sigibald Theotuuih Theotgund cum omni eorum supellectili et sumptu. ea tamen ratione praescriptas possessiones in elimosinam meam ad praefatum Christi martyrem trado atque transfundo ut liceat mihi eas per beneficium praedicti uenerabilis abbatis ad uitam meam usufructuario habere augere emeliorare postque obitum meum atque de hac luce discessum tam iste praefatus abbas quam successores eius in omnibus habeant potestatem suisque posteris perpetuo possidenda relinquant absque ullius contradictione. facta est haec traditio in eadem uilla id est in Chizziche anno primo regnante iuniore Ludouuico rege in orientali Francia octauo kalendas martias coram testibus quorum nomina et signa infra annotata sunt. † sign. Benedictae quae hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sig. Ercanberti † sig. Utonis † sig. Adeluuarti † sig. Eginonis † sig. Meginuuarti † sig. Hruadharti † sig. Otprahti † sig. Uuardconis † sig. Antgeri † Suuabrahti † Adalhelmi † Uuaningi † Hunprahti † Ratingi † Uuitgeri † Gunduuigi † Alauuihi † Uuilliprahti † Hungeri † Albuuini † Ercanolfi † Egiluuarti. Theotmarus indignus diaconus hanc traditionis kartam rogatus et iussus scripsit.

---

530. Eb. II, 30b. Tr. 455.
531. P. 481, I, 121. Tr. 449.

Digitized by Google

532. Traditio Rantprahti et Scafhiltae.

Si aliquid de aeternis facultatibus nostris benevola deliberatione ad loca conferimus san- 841, 2. April.
ctorum procul dubio inde nos in aeterna beatitudine remunerandos fore confidimus. idcirco ego Rantpraht et coniux mea Scafhilt tradimus in elimosinam nostram ad sanctum Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini coenobitarum pius praeest pastor hoc est in pago Salageuue in uilla quae dicitur Nutilinga et in illa marca quae ad illam uillam pertinet quicquid proprietatis habemus communibus manibus tradimus id est in areis et aedificiis campis pratis aquis aquarumque decursibus et decem capturas cum omnibus adiacentiis ad nostram proprietatem pertinentibus et mancipium unum nomine Irminbirg et quicquid dici et nominari potest ex mobilibus et immobilibus ea uidelicet ratione ut a die praesente in potestatem supradicti martyris Christi ipsiusque monasterii abbatis redeat ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Acta est haec traditio in supra iam dicto uico Nutilinga quarto nonas aprilis anno II. Ludharii piissimi imperatoris Francorum coram testibus inferius nominatis. † sign. Rantprahti et coniugis eius Scafhiltae qui hanc traditionem fecerunt. † Uuichingi † Stindingi † Frumolti † Uuitolti † Marcolti † Ratolti † Ratfridi † Rumolti † Berolti † Altcarli † Mantoni † Ascrihi † Arahoni † Adalharti † Uuillibrahti † Unaltoni † Uuardeoni † Erpfrungi † Nandprahti † Suabprahti † Hahprahti † Theotharti † Otmunti † Herimannes † Rihmunti † Uuarmunti † Hruoduuigi † Bernuuigi † Balduuigi † Erpharii † Rimigozi. Gerolf indignus presbyter scripsit.

533. Traditio Engilharti.

Ego in dei nomine Engilhart trado atque dono in elimosinam meam ad sanctum Boni- 841, 2. April.
fatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Salageuue infra terminos uillae quae dicitur Nutilinga quicquid ibidem moderno tempore uisus sum habere hoc est areis aedificiis pratis campis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus ea scilicet ratione ut ab hodierna die rector supradicti monasterii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere uoluerit nullo contradicente. facta est haec traditio anno secundo Ludharii gloriosissimi regis Francorum quarto nonas aprilis coram his testibus. † sign. Engilharti traditoris † Uuichingi † Stindingi † Frumolti † Uuitolti † Ratolti † Marcolti † Rumolti † Berolti † Altcarli † Mantoni † Ascrih † Arahoni † Adalharti † Theotharti † Uuillibrahti † Nandrahti † Suabprahti † Hahprahti † Otmunti. Gerolfus indignus presbyter rogatus scripsit et subscripsit.

534. Karta Gundhramni.

Si aliquid de facultatibus nostris locis sanctorum benivola deliberatione conferimus procul 841, 20. Mai.
dubio nobis hoc ad aeternam beatitudinem promerendam firmum confidimus esse solacium. Hac

---

532. P. 483, I, 129. Tr. 450.
533. P. 484, I, 130. Tr. 461.
534. C. 80b, 215. Hd. b. Tr. 452.

Digitized by Google

igitur fide et deuotione ego Gunthram cum coniuge mea Otthruda trado de rebus meis mihi diuinitus collatis sancto Bonifatio martyri qui in monasterio quod uocatur Fuldaha sacro requiescit corpore ubi Hrabanus uenerabilis abbas multitudini monachorum preesse uidetur quicquid moderno tempore iuste et legaliter proprietatis habeo in locis infra nominatis et in terminis eorum hoc est in Rorbah et in Votenbah. in ciuitate Mogontia. et in Tienenheim atque Oppenheim. in Simera quoque et in Chira. in Uuentilesheim et in marca Buggenheimono. totum et integrum de iure meo in ius et dominationem sancti Bonifatii trado atque transfundo in elymosinam meam atque parentum meorum quicquid ut dixi in memoratis locis proprium possideo in areis domibus aedificiis uinetis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus mancipiis utriusque sexus quorum ista sunt nomina. Eggihart et uxor eius Rihsuuind cum manso. Eio cum uxore sua et manso. Hrodaman cum uxore et infantibus tribus et manso. Asolf cum uno mancipio et manso. Engilberaht cum manso. Uuolfgis. Folrat cum uxore et manso. Ratperaht et uxor eius cum infante uno et manso. Starcolf et uxor eius cum infantibus IIII. et manso. Leohauuind cum uno infante et manso. Theotrat cum uno infante et manso. Herisuuind cum infante uno et manso. Blidgart cum infantibus III. et manso. Ratbirg cum infantibus duobus et manso. Theotfrit cum uxore et manso. Benedicta cum infantibus duobus. Egisuualah et uxor eius. Glismot cum infantibus IIII. Haduberaht. Bazmunt et uxor eius cum infantibus VII. et manso. Camerari cum infantibus V. et manso. Uuuinidin cum infantibus V. et manso. Ercanrat cum infantibus IIII. Uuaning cum infantibus IIII. Uuielant cum infantibus tribus. Neriperaht et uxor eius cum infantibus IIII. et area. Adalheid cum infantibus IIII. Leobman et uxor eius cum mancipiis duobus et area. Uuillirat et uxor eius cum infantibus duobus et area. Baldhart cum area. Hadager et uxor eius cum mansa et uineto. Data. Goffo. ea uidelicet condicione haec omnia trado ut per merita et intercessionem sancti martyris Bonifatii apud diuinam clementiam salutem animarum nostrarum consequi mereamur et ut nulli clericorum uel laicorum aliquando res ipsae quas tradidi in beneficium prestentur. sed ad locum quo prefatus martyr corpore quiescit perpetuo deseruiant et fratribus ibidem manentibus ac deo seruientibus ad necessaria humanae uitae procuranda proficiant in augmentis. et ut nos quamdiu uixerimus per cartam prestationis ad sustentaculum humanae uitae usufructuario possideamus soluentes inde censum per singulos annos missis rectorum predicti monasterii IIII. denarios in festiuitate sancti Remigii confessoris ne uideamur eas ex proprio sed iure beneficario possidere. post obitum uero nostrum cum omni augmento et melioratione ad rectores prefati monasterii sine ulla contradictione reuertantur. Si uero euenerit quod uel nos ipsi quod absit uel aliquis ex heredibus nostris aut externis hanc traditionem inmutare aut irritam facere temptauerit non eius preualeat audacia sed cogente rationis ordine legem suam reddere quod sunt XV. solidi eidem domui dei compellatur et quod repetere conatur euindicare [non ualeat] sed haec presens traditionis kartula omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum publice in loco qui uocatur Rorbah anno dominicae incarnationis. DCCCXLI. indictione IIII. regni uero Hlutharii imperatoris anno. II. mense maio. XIII kalendas iunias coram testibus quorum nomina infra notata sunt. sig. Gunthrammi et uxoris eius Otthrudae qui hanc traditionis kartulam fieri rogauerunt. † Rinolti. † Marcrati. † Bernharii. † Engilberti. † Adalungi. † Liuthrammi. † Meginharii. † Bennonis. † Hiltiberti. † Fruotheri. † Berahtolti. † Saluchonis. † Reginharii. † Theganharti. † Hugibaldi. † Helmuuini. † Haduberti. † Lantberti. † Starcharii. † Albrichi. † Hugbrahti. † Tingerati. † Helichonis. † Uuinerati † Uuigharii. † Herhardi. † Albharii. † Feroinis. † Hruodberti. † Hulberti. † Gerolti. † Adaluuini. † Uuaningi. † Helmrichi. † Gisalhelmi. † Nantharii. † Albrichi. † Liuthranti.

Digitized by Google

† Batuchonis. † Lantolti. Ego Hruodolfus indignus presbiter iussus scripsi et notaui diem et tempus quod supra.

535. Precaria Gundhrammi.

In dei nomine ego Hrabanus gratia dei abbas cum consensu et uoluntate fratrum nos- 841, 20. Mai
trorum presto tibi per hanc prestariam fideli nostro Gunthrammo et coniugi tuae Otthrudae quicquid de proprietate tua manu potestatiua in locis subter nominatis hoc est in Rorbah. et in Votenbah. et in Magontia. et in Tienenheim atque Oppenheim. ad Hruna quoque et Chira. et in Uuentilesheim et in Buggenheimono marcu. et in ceteris locis quos karta traditionis tuae continet ad sanctum Bonifatium in elymosinam tuam atque parentum tuorum tradidisti. id est. in areis domibus aedificiis. campis. siluis. pratis. pascuis. aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis utriusque sexus atque aetatis ut habeatis ea usu fructuario ad sustentaculum fragilitatis humanae ad uitam uestram. insuper et de nostro addendo uobis prestamus quicquid in tribus locis hoc est in Sauuuilenheim. et Sulzheim. et in Spirahgeuue possidere uidemur. ut similiter ea habeatis per nostrum beneficium ad uitam uestram. post obitum uero uestrum atque de hac uita discessum nos uel successores nostri omnia meliorata recipiamus ea condicione sicut deprecatus es ut ipsae res nulli laico uel clerico in beneficium prestentur. sed ad ipsum locum ubi sanctus Bonifatius corpore requiescit perpetuo deseruiant. et fratribus ibidem manentibus ac deo deseruientibus ad necessaria humanae uitae prouidenda proficiant. et ut cognoscatur in futurum non ex iure proprio sed ex beneficio nostro uos ipsas res possidere. uolumus ut censum inde missis nostris per annos singulos reddatis IIII. uidelicet denarios in festiuitate sancti Remigii confessoris. et ut haec karta praestaria non sit necesse per singulos annos renouari sed ipsa per se firma omni tempore uitae uestrae uobis permaneat. nominibus nostris atque testium qui hanc traditionem uiderant subter signauimus. facta est haec traditio et kartae istius conscriptio anno domin. incarn. DCCCXLI. mense maio. XIII kalendas iuniae coram his testibus. sig. Hrabani abbatis qui hanc prestariam fieri iussit. sig. Salumari presb. sig. Hruodberti presbit. sig. Suntgisi presbit. sig. Saluchonis diaconi. sig. Hermanni subdiac. † Buobonis monachi † Huttonis mon. † Rinolti. † Marcrati. (u. s. f. dieselben Zeugen welche in der vorhergehenden Urkunde genannt sind.) Ego Asgarius indignus diaconus iussus scripsi et notaui diem et tempus quod supra.

536. Immunitas Hlotharii imperatoris.

In nomine domini nostri Ihesu Christi dei aeterni Hlotharius diuina ordinante proui- 841, 31. Juli.
dentia imperator augustus Cum petitionibus seruorum dei iustis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus superna nos gratia muniri non diffidimus. idcirco notum sit omnium | fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industriae quia uir uenerabilis Rabanus abba ex monasterio sancti Bonefacii martyris quod est situm in loco qui dicitur Fulda in pago Grapfeld obtulit serenitatis nostrae optutibus domini recolendae memoriae genitoris nostri Hludouuici augusti auctoritatem in qua conti|nebatur qualiter ipsum monasterium cum monachis ibidem famulantibus deo et

---

535. C. 81b, 216. Hd. b. Tr. 453.
536. OU. Eb. I, 84b. H. F. II. 132, 18.

Digitized by Google

rebus atque hominibus ad illud pertinentibus sub sua receperit tuitione atque immunitatis defensione rogante uiro uenerabili Ratgario ipsius monasterii abbati Unde memoratus Rabanus nostram deprecatus est clementiam ut paternum | sequentes exemplum excellentiae nostrae immunitatem erga iam dictum sacrae religionis locum fieri iuberemus atque genitoris nostri decretum serenitatis nostrae confirmaremus apicibus Cuius petitioni libenter aurem accommodare placuit et hoc nostrae auctoritatis praeceptum ob amorem dei et uenerationem | sancti Bonefacii martyris tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium fieri iussimus per quod precipimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones praedicti monasterii quas moderno tempore iuste et ratio|nabiliter infra dicionem imperii nostri memoratum tenet uel possidet monasterium uel in ea quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes iniuste distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat sed liceat memorato abbati suisque successoribus res praedicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere et quicquid de predictis rebus ius fisci nostri exigere poterat totum pro aeterna remuneratione praefato monasterio concessimus ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem deo famulantium perenniter proficiat in augmentis Et quando quidem diuina uocatione supradictus abba uel successores eius ab hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi tales inter se inuenire potuerint qui ipsos monachos secundum regulam regere ualeant per hanc nostram auctoritatem et consensum licentiam habeant eligendi abbates Quatenus ipsos monachos qui ibidem deo famulantur pro nobis coniuge proleque nostra atque stabilitate totius imperii nostri a deo nobis concessi eiusque misericordiam per immensum conseruandi iugiter dominum exorare delectet Haec uero auctoritas ut inconuulsam obtineat firmitatem et a fidelibus nostris uerius credatur et diligentius conseruetur manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum (M) Hlotharii serenissimi augusti

Remigius notarius ad uicem Agilmari recognoui et (R S)

Data II kald. august. anno Christo propitio imperii domni Hlotharii pii imperatoris in Italia XXII. et in Francia II. indictione IIII. Actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

537. Praeceptum Hlotharii imperatoris.

841, 20. August.

In nomine domini nostri Ihesu Christi dei aeterni Hlotharius diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Si illius amore cuius munere ceteris mortalibus praelati sumus loca diuino cultui consecrata | congruis munificentiae nostrae beneficiis ad diuinum cultum uberius exsequendum sustollimus digne retributionis praemio nos a domino remunerari fideliter credimus. Itaque omnium fidelium sanctae dei ecclesiae ac nostrorum tam praesentium quam et futurorum industriae notum esse uolumus | quia uir uenerabilis Rabanus et abba monasterii quod nuncupatur Uulda ostendit serenitatis nostrae optutibus auctoritatem domni recolende memoriae genitoris nostri Hludouuici augusti in qua continebatur qualiter uillam cuius est uocabulum Salzhunga in finibus Turingiae | super fluuium Uuisara sitam eidem cœnobio tradiderit et in usibus fratrum ibidem deo

---

537. OU. Eb. II, 42b. Tr. 454. Vind. tab. 5. Von der in der Urkunde erwähnten Schenkung Ludwig's des Frommen ist sonst nichts weiter bekannt.

Digitized by Google

famulantium per praeceptum suum confirmauerit perenniter mansuram sub ea integritate quemadmodum Sigifredus uassallus ipsius iure beneficiario illam dinoscitur habuisse. Unde memoratus | abba nostram petiit pietatem ut memorabile patris nostri donum munificentiae nostrae confirmaremus apicibus et sicut ab illo fuerat sanccitum sic quoque nostra fieret auctoritate roboratum ut per labentia tempora absque alicuius contradictione ecclesiae suae utilitatibus deseruiret. Cuius precibus ob diuini cultus amorem et sapientiae suae reuerentiam libentissime adnuentes has celsitudinis nostrae litteras praecepimus fieri quibus genitoris nostri confirmamus decretum ut sicut in eo continetur nostris seu successorum nostrorum temporibus ratum ac stabile maneat nullusque de iam dicta uilla aliquam memorato monasterio praesumat inferre controuersiam sed cum omnibus ad se iuste et legaliter pertinentibus scilicet cum domibus ceterisque edificiis terris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus molendinis exitibus et regressibus necnon et mancipiis utriusque sexus et etatis ad eam aspicientibus in potestate praefati monasterii ac dominatione consistat sicut in patris nostri promulgatum habetur auctoritate et monachi illic deo famulantes dum suis eam usibus absque cuiuspiam rectractatione uel inquietudine ministrare cognouerint propensius atque alacrius pro nobis coniuge proleque nostra uel stabilitate totius imperii a deo nobis commissi omnipotentis inplorent clementiam. Et ut haec nostrae corroborationis auctoritas nostris ac successorum nostrorum temporibus inuiolabilem uigorem obtineat manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione assignari iussimus.

Signum (M) Hlotharii serenissimi augusti;

Eichardus notarius ad uicem Agilmari recognoui et (R S)

Data XIII kalendas septimbres anno Christo propitio imperii domni Hlotharii piissimi augusti. in Italia XXII. et in Francia II. indictione IIII. Actum Mogontia ciuitate in dei nomine feliciter amen.

538. Kartula Lantgozi de Rinihgeuue.

Ego in dei nomine Lantgoz rogatus pro remedium anime Herirati trado istum seruum nomine Botin ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda cum omnibus suis possessionibus que uidetur habere et in futuro possit elaborare. † Herauuan † Hruodolf † Reginhoh † Suuanager † Hugibald † Hrihhelm † Erhart † sig. Lantgozi qui hanc kartulam traditionis fieri rogauit.

539.

Notitia traditionis Muotanae qualiter illa pro aeterna retributione elaboratum suum tradidit quicquid habuit hoc est inter uaccas et boues XXIIII. porcos LXV. oues XXXIII. bettin III. puluilli V. sedalare III mappae II. manutergia I. bechin I. peluis I. lilahan I. coopertorium I. praesentibus his testibus. Eggihart Engilhart Meginolt Herodhoh Ratboh Haguno Uualtman Burgio Zuadhart.

540.

Notitia traditionis Hruodboten qualiter ille pro aeterna retributione elaboratum suum omne tradidit hoc est porcos LX. naccas VI. oues XII. apiastros XL. Harimuot Fridabelm Altburing Arnbelm Altrat Otacar Gramun Irminolf Ribhart Ercanger Thiotrih Nending.

538. C. 78a. 208. Hd. a.
539. 540. P. 472, I, 93 u. 94.

Digitized by Google

541.

Gerbraht et uxor eius Engilsuuind quicquid proprietatis habuerunt in Unolfeshard ad sanctum Bonifatium tradiderunt III. kal. nouembr.

Ualtrih tradidit ad s. Bonifatium in Grapfelde in Stoghemono marcu XII. iugera.

542. Traditio Arn.

Ego in dei nomine Arn dono atque trado in elimosinam meam ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hrabanus abbas multitudini praeest monachorum hoc est quod trado in pago Grapfelde infra terminos uillae quae dicitur Ibistati huobas nouem de terra arabili et unum ambitum in iuchisero marcu ea scilicet ratione ut ab hodierna die rector et abbas monasterii s. Bonifatii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere uoluerit nullo contradicente. sign. Arn tradentis † Adalfridi † Uuidarolti † Mor † Uuachoni † Irminbrahti † Herimoti † Egolfi † Beboni † Epphoni † Eggibrahti † Hruodbrahti † Germoni. Theotmarus scripsit.

543. Traditio Unlazi.

842, 2. April. In dei nomine ego Unlaz pro remedio animae meae et parentum meorum trado ad monasterium s. Bonifatii quod dicitur Fulda ubi ipse pretiosus martyr corpore requiescit et uenerabilis Hatto abbas praeesse uidetur in uilla quae nuncupatur Uueitaha in pago Tullifeld totum et integrum quod proprietatis habere uisus sum hoc est areis domibus aedificiisque caeteris campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus ea scilicet ratione ut a die praesente redeat in dominium s. Bonifatii et praefati abbatis necnon et successorum eius atque in perpetuum in illa potestate permaneat nullo contradicente. facta est haec traditio in monasterio Fulda anno tertio Hludouuici regis orientalium Francorum mense aprili quarto nonas eiusdem mensis. † sign. Unlazi qui hanc traditionem fecit † sig. Gebarohi † sig. Nebi † sig. Uuanolfi. Gerolfus indignus presbyter iussus scripsit.

544. Traditio Rocholfi.

842, 7. April. In dei nomine ego Rocholf dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium sancti saluatoris quod dicitur Fulda ubi beatus Bonifatius Christi martyr sacro requiescit corpore et ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius praeest pastor hoc est quod trado in pago Grapfelde in uilla Machasbah traditumque in perpetuum esse uolo id est domibus aedificiisque caeteris terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mancipiis quorum nomina haec sunt Franco Ualtrat Erpfuuar Uuinimar Hruodlind. ea scilicet ratione

---

541. P. 498, II, 10.
542. P. 550, II, 175. Tr. 456.
543. P. 559, II, 196. Tr. 459.
544. P. 558, II, 197. Tr. 458.

Digitized by Google

trado haec ut per uestrum beneficium quamdiu in hac praesenti uita uixero illa possideam. post obitum uero meum uos et successores uestri tenendi habendi fruendi in elimosinam meam et utilitatem uestram firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. facta est haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno III. Hludouuici regis orientalium Francorum mense aprili septimo idus eiusdem mensis. † sig. Rocholfi qui hanc traditionem fecit. † sig. Mattoni † Friduhelmi † sig. Thiotrichi † Rihharti † sig. Uuaningi. Gerolf indignus presbyter scripsit.

545. Traditio Eggisuuindae.

In nomine domini ego Eggisuuind dono ad s. Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro 812, 14 Mai. requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini coenobitarum praeesse uidetur atque in elimosinam meam trado quicquid proprietatis habeo in uilla quae dicitur Matolfeshus quae sita est in pago Salageuue cuncta quae ibidem et in uilla supra nominata iure proprietatis uisa sum possidere in areolis aedificiis agris siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mancipiis mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest. mancipiorum autem nomina haec sunt. Batahilt Uuilligis Meginfrid Otsuuind Hiltisuuind Frideuuart Uuolfhart Adallcih Ratheri Hruodhelm Uuiela Amalthrud. ea quoque ratione ut cuncta quae supra memorata sunt per beneficium praefati abbatis et successorum eius quamdiu uixero liceat mihi habere et usibus meis deseruire post obitum uero meum rectores fuldensis coenobii cum integritate et augmentatione habeant atque possideant suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant. facta est haec traditionis karta in monasterio Fulda anno III. Ludouici regis orientalium Francorum mense maio die autem II. idus eiusdem mensis. † Eggisuuindae quae hanc traditionem ad s. Bonifatium fecit. † Thiotbrahti † Hruodfridi † Thiotfridi † Altnomi † Arnhelmi † Phentioni † Uuerianti † Gramanni † Haridoni † Uualtrihi. Uuolfleoz indignus diaconus ad uicem Gerolfi presbyteri scripsit.

546. Traditio Haganoni.

Ego in dei nomine Hagano trado in elimosinam meam ad monasterium s. Bonifatii quod 812, 14. Mai. est constructum in pago Grapfeld super fluuium Fulda ubi uir uenerabilis Hatto abbas turbae monachorum regulariter degentium praeesse uidetur pater hoc est quod trado in pago Salageuue in uilla quae uocatur Tulba uineam unam ea uidelicet ratione ut a die praesente ex mea potestate in supra dicti abbatis et successorum eius redeat dominium et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditionis karta in monasterio Fulda anno III. Ludouici regis orientalium Francorum mense maio die autem II. idus eiusdem mensis. † sig. Haganoni qui hanc traditionem ad s. Bonifatium fecit. † Thiotbrahti † Hruodfridi † Thiotfridi † Altuomi † Arnhelmi † Phentioni † Uuerianti † Gramanni † Haridoni † Uualtrihi. Uuolfleoz indignus diaconus ad uicem Gerolfi presbyteri scripsit.

---

545. P. 485, I, 134. Tr. 461.
546. P. 485, I, 135. Tr. 460.

Digitized by Google

547. Traditio Uuigbaldi et Perahttulpae.

842, 13. October. Dominus ac redemptor noster admonet nos clementer dicens date elimosinam et ecce omnia munda sunt uobis. ideirco ego Uuigbald et coniux mea Perahttulp cogitantes pro remedio animarum nostrarum damus atque tradimus ad monasterium quod dicitur Fulda ubi preciosus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius praeesse pater dignoscitur hoc est quod tradimus in pago Salageuue in uilla quae uocatur Uridorf et in altera uilla quae nominatur Nutilinga et in terminis earum totum et integrum quod proprietatis uisi sumus habere absque auro et argento id est in areis domibus aedificiisque ceteris campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus ac mancipiis quorum nomina haec sunt Reginfrid Muotfrid Liobg̃uuind Folcsuuind Altrih Gunduuin Aba Fridurat Uulfniu Iuncman Hiltifrid Brunhart Liobs̃uuind Baldheri Ruodheid Meginuuart Frahniu Uuolfbero Reginuuih Otuuin Fridumunt Otger Muotliob Uulfbirg Ruodolah Albniu Regindrud Meginolt cum omni supellectili eorum et sumptu eā uidelicet ratione ut cuncta superius comprehensa per beneficium praefati abbatis et successorum eius habere nobis liceat ad sustentaculum humanae uitae quamdiu in hac praesenti uita uiuamus. post obitum quoque amborum atque de hac luce discessum abbas et successores eius firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditionis karta in monasterio Fulda mense octobri tertio idus eiusdem mensis anno III. imperii Ludouici regis orientalium Francorum. † signum Uuigbaldi et Perahttulpae uxoris eius qui hanc traditionem fecerunt coram his testibus.[1])

548. Traditio Erluuini.

847, 17. November. Ego itaque in dei nomine Erluuin trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini praeest monachorum tradituinque in perpetuum esse uolo ob remedium animae Theotrata quicquid illa proprietatis uisa est habere iu uilla quae uocatur Fritirihot et in Uuangheimero marcu in pago Grapfeld id est areis terris domibus aedificiisque caeteris campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus. ea uidelicet ratione cuncta superius comprehensa trado ad praedictum martyrem ut a die praesente rectores praefati monasterii haec omnia teneant possideant et quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. facta est haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCXLII. anno III. Hludouici regis orientalium Francorum mense nouembri decimo quinto kalendas decembris coram his testibus. † sign. Erluuini qui hanc traditionis kartam fecit. † Thruanti † Erolti † Marcuuarti † Albolti † Nidgeri † Lantfridi † Uuomari † Uuigrammi † Eggiolti † Heimoti † Herimanni † Uuilligozi † Nerbingi. Gerolfus indignus presbyter scripsit.

---

547. P. 484, I, 132. Tr. 462. [1]) Die Zeugen fehlen.
548. P. 558, II, 198. Tr. 463.

Digitized by Google

549. Traditio Hagunonis.

Ego in dei nomine Haguno trado in elimosinam meam terram proprietatis meae id est XL. iugera et quatuor mancipia ad s. Bonifatium cuius sacratissimum corpus in monasterio Fulda requiescit ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est inter Horobachorum marcum et Lembirbachorum marcum in pago Grapfeldę. mancipiorum nomina haec sunt . . . . ea scilicet ratione quae supra memorata sunt trado ut quamdiu praesentialiter in hoc seculo uiuam per beneficium praefati abbatis usufructuario illa possideam postque obitum meum atque de hac luce discessum ipse atque successores eius firmam et incontradictam in omnibus obtineant potestatem. facta est haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCXLII. anno tertio Hludouici regis orientalium Francorum mense nouembri decimo quinto kalendas decembris coram his testibus. † sig. Hagunonis qui hanc traditionem fecit † Albuuini † Grundprahti † Unchadi † Uuergoni † Hartnuigi † Snaringi † Beratharii † Regingeri † Hiltigeri † Heririchi † Nerbingi † Uuilligozi. Gerolfus indignus presbyter scripsit. 842, 17. November.

550. Traditio Eggibrahti et Niuuirat.

Ego in dei nomine Eggibraht et coniux mea Niuuirat donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas praeesse uidetur hoc est quod tradimus in pago Salageuue in uilla quae uocatur Nutilinga quicquid proprietatis uisi sumus habere id est areis domibus aedificiisque ceteris campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus et mancipia duo quorum nomina haec sunt Altmuot et . . ea scilicet ratione ut per uestram praestariam hoc quod tradimus possideamus ad uitam nostram ut inde habeamus nutrimentum quanto tempore in hac praesenti uita uiuamus. post obitum uero nostrum atque discessum de hac uita uos et successores uestri firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. scripta est haec traditionis karta in monasterio Fulda anno tertio imperii Hludouici regis orientalium Francorum secundo kal. decembr. † sign. Eggibrahti et uxoris eius Niuuirat qui hanc traditionem fecerunt. isti sunt testes uestitionis. † sig. Adaluuarti † sig. Meginuuarti † sig. Egiluuarti † sig. Geburti † sig. Alauuichi † sig. Berolti † sig. Reginbrahti † sig. Frumolti † sig. Ratolti † sig. Uuitolti † sig. Marcolti † sig. Ratfridi † sig. Altcarli † sig. Buggoni † sig. Uuihingi † sig. Snaringi † sig. Manolti † sig. Uuartheoni † sig. Lutbrahti † sig. Uualtmundi † sig. Romolti † sig. Rantbrahti. Gerolf scripsit. 842, 30. November.

551. Traditio Gerlahi.

Ego in dei nomine Gerlah trado in elimosinam Irmingeri unam ancillam ad s. Bonifatium martyrem Christi nomine Rihburg cum filiis suis ea scilicet ratione ut aliud seruitium 843, 6. März.

---

549. P. 559, II. 199. Tr. 464.
550. P. 484, I, 131. Tr. 465.
551. P. 498, II, 9. Tr. 466.

Digitized by Google

non faciat nisi ut per singulos annos quinque denarios siue pretium eorum in cera persoluat ad ecclesiam s. Bonifatii. facta est autem haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno IIII. Hludouici regis orientalium Francorum sub die II. non. martii. sig. Gerlahi qui hanc kartam traditionis fieri roganit. † sig. Egiolt † sig. Suuidger † sig. Biotuit † sig. Riberi † sig. Theotheri † sig. Gundfrid † sig. Theottag † sign. Hunhart. VI. kal. iulias.

552. Praeceptum Hludouuici regis.

844, 28 October. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex si enim ea quae fideles regni nostri pro eorum oportuni | tatibus inter se commutauerint nostris confirmamus aedictis regiam exercemus consuetudinem et hoc in posmodum iure firmissimo mansurum esse uolumus Ideirco nouerit omnium fidelium | nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria quia nir uenerabilis Hatto abbas ex monasterio sancti Bonefacii ubi preclarissimus martyr corpore requiescit humatus nec non et quidam | uir inluster comis Hessi atque fideles nostri dixerunt nobis eo quod pro ambarum partium oportunitate de quibusdam rebus et mancipiis nuperrimam commutationem fecissent dedit igitur | memoratus abbas ex ratione monasterii sui eidem Hessi comitis ad partem regis tenendum in duabus uillis Bleihueld et Gruonbah nuncupatis atque in terminis earum hobas uiginti quattuor | et mancipia qnadraginta his nominibus: Gozmar. Geruuart. Reginhilt. Perahthilt. Hruoding. Heito. Mahfrid. ótleib. Heidolf. Reginuuar. Sandolf. Gundhart. Hadelung. Albun. Adalmar. Reginolf. Theotsuuind. Odalbirg. Gerleib. Leobman. Theotleib. Hruodrih. Suuárlind. Pliddrud. Uuillibirg. Reginuuar. Uuolfbirin. Gundleih. Bernunig. Uualtrud. Hadubraht. Sigiburg. Leobman. Otrat. Theotmunt. Uuerinheri. Liobun. Gozmar. Gisalolf. Uuolfrat. Et e contra in compensatione huius rei dedit praefatus Hesi comis eidem abbati ad partem monasterii sui in futurum tenendum de rebus beneficii sui quod proprietas regis erat in duabus uillis quae uocantur Quirnaha. et Espinaueld. et in terminis earum hobas uiginti quattuor et mancipia quadraginta quorum haec sunt nomina. Hato. Albrih. Zeizhilt. Adalger. Sigiuuart. Othilt. Uuallo. Uuerinburg. Regindrud. Engilburg. Uuerinbraht. Heririh. Rantolf. Helmuuar. ótrih. Gozuuin. Heriolt. Zeizhilt. Liutger. Sigiflát. Regindrud. Herileih. Uuigbraht. Herisuind. Perahthilt. Uuieldrud. Uuillimunt. Meginolt. Eoliud. Oto. Ratsuuind. Rihbraht. Uuinit. Gotescale. Heribraht. Perahtgund. Uuarolf. Bernhart. Cunibraht. Frumiheri. Unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas ad relegendum nobis ostenderunt sed pro integra firmitate ac securitatis studio petierunt celsitudinem nostram ut easdem commutationes per nostrum mansuetudinis praeceptum confirmare deberemus Quorum petitionem denegare noluimus sed sicut unicuique fidelium nostrorum iuste petentium ita nos illis concessisse atque in omnibus confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo Praecipientes ergo iubemus ut quicquid pars iuste et rationabiliter alteri contulit parti per hanc deinceps nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat ea uidelicet ratione ut res quas Hatto abba dedit in nostra dominatione in futurum permaneant et res quas Hessi comis dedit memorato abbati ad suum monasterium consistant Et ut haec auctoritas concessionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur diligentiusque conseruetur de anulo nostro subter eam iussimus sigillari.

---

552. OU.; bei Eb. II, 117a nicht vollständig. Tr. 469. Nach Böhmer habe ich die Urkunde in das Jahr 844 gesetzt, jedoch stimmt die Indiction nicht.

Digitized by Google

Comeatus notarius ad uicem Radleici recognoui et (R)[1])

Data V kalendas nouembres anno Christo propitio XII. regni domni Hludouuici regis in orientali Francia indictione VIII. actum Reganesburg ciuitate in dei nomine feliciter amen.

553. Traditio Sessae et Hruodhiltae.

Licet parua et exigua sint quae pro immensis peccatorum ponderibus ad consequendam gratiam diuinae misericordiae offerimus tamen aequissimum iudicem scimus non quantitatem munerum sed deuotionem offerentium intueri. ideirco ego Sessa et mater mea Hruodhilt tradimus deo et sancto martyri eius Bonifatio qui in monasterio Fulda precioso corpore quiescit ubi uir uenerabilis Hatto abbas monachorum in coenobio pie conuersantium uenerandus rector et moderator esse uidetur id est in prouincia Grapfeldo in uillis hoc modo nominatis Hoheim Uuesthusen Geruuineshusen quicquid proprietatis moderno tempore uisae sumus habere in areis domibus aedificiis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et mancipiis quorum haec sunt nomina Uuigfrid Uuolfrid Engilbraht Eburmunt Reginboto Altmunt Uuillihilt Filuliub Ruomrat Reginhilt Uuillihilt Thuringer Uuilla Ruotfrid Ruodhilt Madalhilt Uuillimuot Ruodgart cum omni eorum supellectili et sumptu ea scilicet ratione ut a die praesente in potestatem et dominationem sancti dei martyris ac memorati abbatis uel successorum eius integre cedat. Actum publice in uilla Hohheim anno VI. domini Hludouici serenissimi regis orientalium Francorum II. kalendas martii coram testibus istis. sign. Sessae et matris eius Hruodhiltae[2]) quae hanc kartam traditionis fieri rogauerunt. sig. Asolti sig. Erlonis sig. Herimuoti sig. Luitboten sig. Fridurati † Uuidarolti † Guntbrahti sig. Meginharti diaconi qui kartam traditionis iussus scripsit. 845, 28. Februar

554. Commutatio bonorum inter Ludouuicum regem et Hattonem abbatem.

Ludouuicus divina favente gratia rex cunctis fidelibus suis. Si enim ea quę fideles regni nostri pro eorum oportunitatibus nobiscum commutauerint nostris confirmauerimus edictis. regiam exercebimus consuetudinem et hoc in postnodum mansurum esse uolumus. Idcirco nouerit omnium nostrorum tam futurorum quam praesentium scita sollertia. quia nos concessimus ad monasterium sancti Bonifacii ubi uenerabilis abbas Hatto preesse uidetur ad proprium quasdam res proprietatis nostrę. quę sunt in Buchonia. quas Hartwicus uasallus noster per nostrum beneficium habuit in Eitrahafeldon marcha. omnia et ex omnibus quicquid illud est quod Hartwicus habuit tam in mansis quam in mancipiis utriusque sexus et etatis. tam in siluis quam in terris cultis et incultis. totum et integrum ad sanctum Bonifacium martirem perpetualiter tenendum firma proprietate concessimus et de nostro iure in ius et dominationem eiusdem fuldensis monasterii tradidimus ea uidelicet ratione. quia memorabilis Hatto abbas tradidit nobis una cum consensu fratrum in eodem monasterio degentium in recompensatione earundem rerum ad proprium nobis in futurum tempus possidendum de rebus monasterii sui in tribus uillulis quę nuncupantur 845, 18. Juli.

---

[1]) Rechts davon befand sich das Siegel, welches fehlt.

553. P. 487, I, 139. Tr. 467. [2]) P hat hier *Reginhiltae.*

554. Eb. II, 11a. Schannat trad. 470 giebt die von Hatto über den Tausch ausgefertigte Urkunde und zwar nach dem Original, welches nicht mehr vorhanden ist.

Digitized by Google

Zutilinga et Willihereshusen et Tunnaha. omnia et cum omnibus que illic sunt et quicquid in prescriptis marchis et uillis ad easdem commutationes pertinere uidetur preter unum curtilem et in Mechitamulinero marcha de terra curtilem unum. cętera omnia in mansis terris domibus ędificiis mancipiis utriusque sexus et etatis. agris. cultis et incultis. siluis campis pratis pascuis. aquis aquarum decursibus. totum et integrum idem predium nobis ad proprium legaliter tradidit ac reconsignauit. Propterea nos ipsos apices serenitatis nostrę circa ipsum monasterium fieri iussimus. per quos decernimus atque sanctimus. ut quicquid nos ad predictum monasterium condonauimus. ita deinceps per nostram auctoritatem iure firmissimo rectores et ministri sancti Bonifacii pleniter possideant. et res illas quas ipse Hatto denominatus abbas in recompensatione harum rerum nobiscum communauit in nostra potestate et dominatione consistere faciant usque ad diem mortis nostrę et postea simul utrumque possideant. et exinde perpetualiter nostri memoriam fratres deuotę ac studiose faciant. et ex his nostris oblationibus uictum et uestitum et in die commemorationis nostrę sibi caritatem faciant. Et ut hęc auctoritas donationis atque confirmationis firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctę dei ęcclesię uerius credatur atque diligentius conseruetur manu propria nostra subtus kartulam firmauimus et annuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Ludowici regis.

Data XV. kalendas augusti indictione VIII. Actum Franchonofurth palatio regio feliciter in Christo.[1])

555. Traditio Pfentonis.

548,27.Mārz.

Ego in dei nomine Pfenzo trado traditumque in perpetuum esse uolo de iure meo in potestatem et dominationem s. Bonifatii martyris Christi qui in monasterio quod uocatur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudinem regit monachorum totum et integrum quicquid moderno tempore iuste et legaliter proprietatis teneo in pago Ueringeuue et in uilla Altendorf quae sita est in marcu Gruonbahero cum domibus aedificiis campis siluis aquis aquarumque decursibus et mancipiis quorum haec sunt nomina. Muotheri Hruotheri Hartuuin Folcrih Gozheri Ermunt Bruning Otrih Uuinibald Reginfrid Hruadniuui Totdel Reginniuui Uuerinburg Herimuot Ota Berahtheid Meginlind Alblind Uuillicoma Ratburg Uuilliheid Zeizniuui Ellinrat Liohsuuind Adalhilt Uuillihilt Glismuot. ea scilicet conditione ut ego quamdiu uixero beneficium praefati abbatis uel successorum eius ad sustentaculum humanae uitae easdem res usufructuario possideam. post obitum uero meum rectores praefati coenobii cum integritate et augmentatione habeant atque possideant suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant et ut nulli clericorum et laicorum aliquando res ipsae quas tradidi in beneficium praestentur sed ad locum quo praefatus martyr corpore quiescit perpetuo deseruiant et fratribus ibidem manentibus ac deo seruientibus ad necessaria humanae uitae procuranda proficiant in augmentis. Actum publice in uilla Altendorf anno VIIII. regnante Hludouuico gloriosissimo rege Francorum VI. kalendas aprilis coram his testibus. signum Pfentonis qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. † sig. Leidrati aduocati nostri † Altuom Liudo Ratbald Ruoing Thancolf Althoh Voto Pirnicho Unaltger Reginuart Uuitrih Eigilrat Egino Prunicho Alttag. Meginhart indignus acoluthus scripsit.

---

[1]) Bei Schannat ist das Datum vollständiger. »Actum Franconofurt pal. reg. sub die XV. kal. aug. anno Christo propitio XIII. regni domni Hludouuici glor. regis in orientali Francia indict. VIIII. in dei nomine fel. amen.« 555. P. 486, I, 136. Tr. 471.

Digitized by Google

556. Praeceptum Ludowici regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Ludowicus diuina fauente gratia rex Lutolfo Cristano et Hessoni comitibus ceterisque suis fidelibus gratiam et salutem in Christo. Notum sit uobis cunctisque Christi deuotis tam futuris quam presentibus quia nos pro ęternę mercedis aucmento concessimus cuidam fideli clerico oratori et confessori nostro Rudolfo uidelicet monacho qui preest scolaribus in monasterio sancti Bonifacii Fulde colonos qui agros prefati monasterii colunt et ad regiam curiam censum persoluere debent. ut omnem iusticiam quę nobis legitime ab eis debetur et uniuersa debita ad partes nostras pertinentia ad ministerium memorati fratris Rudolfi persoluant. Propterea enim hos apices serenitatis nostrę ei conscribi iussimus quos etiam nostra regali preceptione confirmauimus per quos decernimus atque iubemus. ut nec uos nec ullus legatus noster seu comes uel aduocatus quisquam in regno nostro colonos prefati Rudolfi uel successorum eius scolasticorum sanctę ęcclesię sollicitet aut inquietet uel steoram ab eis aut aliquod debitum ad nos pertinens exigat aut ad iudicia publica eos ire compellat. Nullus igitur ut prefati sumus aut iudex publicus aut aliquis iudiciarię potestatis eosdem colonos nostro fideli clerico concessos conturbare aut constringere audeat uel presumat. Sed liceat illi et successoribus suis colonos suos quieto ordine possidere. siue absque ullo proprietatis iure terram eorum tantum possidentes sint seu proprię hereditatis agros deo et sanctis eius trailitos usu fructuario ut fieri moris est in beneficio tenentes sint. Teneat igitur ex nostrae auctoritatis precepto idem Rudolfus ceterique scolastici sanctę fuldensis ęcclesię omnem utilitatem quę nobis debebatur a colonis prefatę ęcclesię quatenus eo melius delectet eos omni tempore pro nobis et coniuge nostra ac prole domni misericordiam attentius exorare. Et ut hęc auctoritas nostre concessionis et donationis firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur diligentiusque conscruetur. de anulo nostro hanc conscriptionem iussimus sigillari. 849, 27. Ianuar.

Signum domni Ludowici regis.

Ego Chunratus notarius recognoui.

Datum VI. kalendas februarii indictione XII. Actum Fuldae monasterio.

557. Priuilegium Leonis papae.

In nomine domini Leo episcopus seruus seruorum dei Hattoni religioso abbati uenerabilis monasterii domini nostri Ihesu Christi saluatoris et redemptoris omnium cunctisque successo ribus abbatibus eiusdem monasterii in perpetuum salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam concedenda sunt semper quę rationabilibus congruunt desideriis. oportet ut deuotioni conditoris pię constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis quatenus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco qui dicitur Bochonia iuxta ripam fluminis Fultaha situm in quo ipse gloriosissimus Christi martyr Bonifatius corporaliter requiescit priuilegii sedis apostolicę amminiculis decoretur ut sub iuris dicione sanctę nostrę ęcclesię cui deo auctore deseruimus constitutum nullius alterius ęcclesię iuris dicio- 850, 22. Mai.

---

556. Eb. II, 30a mit der Randbemerkung »sigill. fuit.« H. F. I, pag. 56.

557. Dieses Privilegium Leo's IV. findet sich zweimal bei Eberhard, I 4b und 37a. Ich gebe die zweite Abschrift, weil sie vollständiger ist und weil in ihr das hospitale pauperum erwähnt wird, bei dessen Datirung Hatto sich auf das bannum Leonis papae beruft; s. die Urkunde v. 852. Diocc. 237, 6.

Digitized by Google

nibus submittatur. pro qua re piis fauentes desideriis hac nostra auctoritate id quod exposcimur effectui mancipamus. Et ideo omnem sacerdotem cuiuslibet ęcclesię in praefato monasterio fuldensis ęcclesię dicionem quamlibet habere uel auctoritatem preter sedem apostolicam. et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse uidetur. cui licentiam concedimus tantum cum oportunitas consecrandi altaris fuerit. prohibemus ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam presumat omnino celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas augere uoluerit ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. Proinde precipimus sub testificatione Christi et ęcclesię et auctoritate beati Petri apostoli confirmamus ut nullus hominum de rebus et reditibus seu de familiis quę ad stipendia fratrum uel ad hospitale pauperum necnon ad portam hospitum pertinent auferre uel in beneficium suscipere presumat. sed magis sicut constituit beatissimus Christi martir Bonifatius qui in eodem feliciter pausat monasterio omnia regulariter ordinata sint. quę etiam deo propicio inconuulsa permaneant tam hęc quę suo tempore quam quę nostro uel futuro tempore idem monasterium ex decimis et oblationibus fidelium in proprietatem suscepit. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicunque cuiuslibet ęcclesię presul uel quacunque dignitate predita persona haec nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temptauerit temerare anathema sit et iram dei omnipotentis incurrens a cętu omnium sanctorum extorris existat et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

Scriptum per manum Benedicti notarii [atque scriniarii sanctę romanę ęcclesię] mense maio [XI. kal. iunii.] indictione XIII.[1])

558. Praeceptum Hlotharii imperatoris.

850. 1 Iob. In nomine domini nostri Ihesu Christi dei aeterni. Hlotharius diuina ordinante prouidentia imperator augustus. si rationabilibus precibus seruorum dei libenter clementiae nostrae aurem accomodamus misericordiam | diuinam nobis excellentius propitiandam minime diffidimus omnium fidelium nostrorum animos in nostris obsequiis promptiores efficimus. Quapropter omnium fidelium sanctae dei ecclesiae ac nostrorum praesentium uidelicet | et futurorum magnitudo comperiat. quia Hatto uenerabilis abba monasterii beati martyris Bonefacii quod Fulda nuncupatur dum nos et dilectissimus germanus noster Hludouuicus pariter Coloniae essemus et de rebus neces|sariis tractaremus directis fratribus suis optutibus nostris representari fecit auctoritatem domni genitoris nostri Hludouuici piissimi augusti in qua continebatur quod monachi sibi commissi et ad iam dicto | monasterio Christo seruientes maximam sustinerent indumentorum inopiam neque omnino adhipisci ualere unde ablatam monachorum ibi degentium abundantiam uestium prouidere possit | ac propterea supradictorum monachorum suamque indigentiam mansuetudini nostrae innotescens humiliter supplicauit. ut pro dei amore illorum intuentes necessitates potestatem eis concederemus per uniuersum regnum diuino nutu nobis commissum negotiatores proprios destinare et sua negotia

[1]) Die eingeklammerten Worte sind aus dem Datum der ersten Abschrift aufgenommen; in demselben ist aber die Indiction verschrieben, nämlich IIII.

558. OU. Eb. I, 99a. H. F. II, 133, 19.

Digitized by Google

absque telonei uel cuiuslibet persolutionis reditum libere exercere. ut hoc adiumento uestium indiguitatem releuare aliasque necessitates conuenienti ratione supplere possent. Quorum iustis piisque precibus pro amore dei et praefati martyris honorem aurem facile perspicientes hanc seriem magnitudinis nostrae fieri eisque tribuere iussimus per quam statuimus omnimodisque decernimus ut liceat eis per omne regnum nostrum suos negotiatores ubicumque uoluerint transmittere et propria negotia prout melius potuerint exercere nullusque iudex publicus aut quislibet iudiciariae potestatis eis teloneum aut aliquam redibitionem quaerere praesumat sed liceat illis sine alicuius exactione gratia negotiandi tam per terram quam etiam nauibus huc illucque discurrere et cum saluationem de loco ad locum ire uel prout necessitas fuerit commorari quatenus eorum uariae negotiationibus seruorum Christi necessitates sustentari queant et taliter ut in Christi seruitio indesinenter perseuerantes pro nobis ac germani nostri Hludouuici seu coniugum uel prole nostra ac totius regni diuinitus nobis conlati adtentius eos exorare delectet diuinam misericordiam Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas rata ac stabilis per futura maneat tempora de anulo nostro subter iussimus sigillare.

Hruodmundus notarius ad uicem Hilduini recognoui et (R S)

Data kal. iul. Anno Christo propitio imperii domni Hlotharii pii imperatoris. in Italia XXXI et in Francia XI indictione XIII. Actum Coloniae ciuitate in dei nomine feliciter amen.

559. Traditio Gozmari.

Ego in dei nomine Gozmar trado et dono s. Bonifatio qui in monasterio Fulda sacro 850.
requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse dignoscitur traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis habeo in prouincia quam Hessi inhabitant in locis et uillis quae uocantur Affeltra Gilibha Buohloha Fiormenni Scroufi hagini Mehilina et quicquid proprietatis habeo in supra dictis uillis et in cunctis terminis earum totum et integrum trado ad supra dictum sanctum dei in terris domibus aedificiis mancipiis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus rebus exquisitis et exquirendis in totum et integrum sicut a me moderno tempore possessum est ita a rectoribus praefati monasterii liberaliter in perpetuum possideatur. nomina quoque mancipiorum inserere placuit cum omni eorum elaboratu et supellectili. ista sunt nomina. Uualto et uxor eius Helidgund cum filiis suis. Theothart et uxor eius Rihbirg cum filiis suis. Adheri cum filiis suis. Ualtbur. Thanbald. Hunbald et uxor eius Uuizzirat cum filiis suis. Hahger et uxor eius Perahta. Meginleib et uxor eius Fagalind cum filiis suis. Adalgelt et uxor eius Hruoduuar cum filiis suis. Uuillirih et uxor eius Nihburg cum filiis suis. Starcrat et uxor eius Adalsuuind. Hruodheri et uxor eius Goza cum filiis suis. Milo et uxor eius Suuind cum filiis suis. Ratsuuind cum filiis suis. Megilo. ea conditione nimirum ut cuncta quae supra memorata sunt per beneficium praefati abbatis et successorum eius quamdiu uixero liceat mihi easdem res habere et usibus meis deseruire. post obitum uero meum rectores fuldensis coenobii cum integritate et augmentatione habeant atque possideant suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant. Facta est haec traditio in loco qui dicitur Affeltra anno dominicae incarnationis DCCCL. indictione XIII. regni uero Hludouici gloriosissimi regis orientalium Francorum anno X. coram his testibus. Gozmar qui hanc traditionis kartam fieri rogauit. Tettih Uuonamar Uuarmuot

559. P. 486, I, 137. Tr. 472.

Digitized by Google

Marcuuart Heriger Adalolf Liutheri Buobo Theotger Herirat Hadabald Uueringbraht Gerrat Hunratheri Eruuin Nendrih Gerbraht Thiotbraht Hahgrim Amaluuin Betto Anolf Ritant Uuarmunt Eigilbraht Altuuin Gerleib Eigilgoz Adalolf Albtag Hruodo Berngoz Berahtram Helinger Albuuin Hiltuuart Batagelt Hiltiu Eggimunt Sigiuuart Gundhart Hruodleib Uuolfgrim Thancrat. Uuolfleoz indignus diaconus iussus scripsit.

560. Restitutio siluae.

860. Anno dominicae incarnationis DCCCL. factus est conuentus in Lutaraha Mattone praesidente in quo Hruodolt comprehensionem siluae quam iniuste comprehendit Fricconi aduocato Hattonis abbatis reddidit in praesentia testium quorum haec sunt nomina. Matto Fricco Seggi Altbraht Adalbraht Uualah Nending Hruoding Emmo Tagabraht Gundheri Liobman.

561. Traditio Uuanbaldi.

851, 6 April. Ego in dei nomine Uuanbald et uxor mea Burgunt tradimus atque donamus in elimosinam nostram ad s. Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas monachis praeesse uidetur in pago Salageuue et in uicis duobus quae istis nuncupantur nominibus Uridorf et in illa marca quicquid proprietatis habemus et in Adalfrideshusun in Salageuuono marcu in aedificiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et mancipiis quorum haec sunt nomina. Reginbald Uuolfuind Thiotuuart Ratgoz Freukin Hadaburg Sigileib Berethniuui. ea uidelicet ratione ut quamdiu uixerimus totum illud per praestariam supradicti abbatis possideamus post obitum uero nostrum auctum et melioratum ad rectores memorati monasterii reuertatur. Acta traditionis kartula mense aprili die sexto eiusdem mensis anno XII. regnante Ludouuico gloriosissimo rege Francorum et hoc totum factum est coram his testibus. Bathari Egino Hruodhart Happo Nanduuig Uuigbald Toto Berahtger Iuzo Sigiman Uualtbraht Einuig Lantolt Nerbing Gozbraht Thuotmar Ingumar Adalbraht Eigiluuart Recheri.

562. Traditio Rihbrahti.

862. Ego in dei nomine Rihbraht trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse uidetur traditumque in perpetuum esse uolo quicquid in Iuchisono et in Kazahano marcu proprietatis uisus sum habere in terris campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus cum una dimidia captura circa flumen Elmaha et tribus mancipiis quorum haec sunt nomina Gozolt Berta Liobsuuind. ea scilicet ratione ut quamdiu uixero praedicta omnia ad usum humanum per beneficium praefati abbatis possideam et post dis-

---

560. P. 559, II, 202. Tr. 473.
561. P. 485, I, 133. Tr. 475.
562. P. 495, II, 2 und wiederholt 496, 6b. Tr. 474.

Digitized by Google

cessum meum de hac luce ad rectores praedicti monasterii cuncta reuertantur. Facta est haec traditionis kartula anno dominicae incarnationis DCCCLII. regnante Ludouico gloriosissimo rege orientalium Francorum coram his testibus. sig. Rihbrahti qui hanc traditionis kartulam fieri rogauit. sig. Thiotdolti † Uuidarolti † Adalolti † Herimuot † Hartunig † Adaltag † Adalman † Fastman † Folcgeri † Ato † Freibraht † Fridubraht † Uuarmunt † Neirolf † Gouuolf † Nandrat † Helmgoz † Einrat † Altgast † Ecco † Reitger † Harit † Arndeo † Adalbraht.

563. Traditio Apponis.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Appo et uxor mea nomine 855, 24. Februar. Fruohna tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudinem monachorum regere uidetur in pago Grapfeld et in uico Rodahusun et in Ostheim quicquid proprietatis habere uisi sumus in elimosinam nostram et in omnibus finibus eius in campis siluis pratis aquis aquarumque decursibus aedificiis et mancipiis his nominibus nuncupatis Gundhart et uxor eius Liutsuuind Horstuuin Ualtrat Adalgis Uuillihilt Bernfrid Ratfrid Hadubraht Citburg Thiotila Suabpraht Adalburg Ascheri Lantuuin Hruadloug Ruotfrit Hamunt ea uidelicet ratione ut quamdiu uixerimus totum illud per praestariam supradicti abbatis possideamus post obitum uero nostrum auctum et melioratum ad rectores memorati monasterii reuertatur. Acta traditionis kartula sexto kalendas martii anno XVI. regnante Hludouico gloriosissimo rege Francorum coram his testibus. † sig. Uuidarolti † Herimoti † Altprahti † Fridurati † Uuilliboten † Recconi † Theotuuigi † Elli † Suuidgeri † Hungeri † Uuigfridi † Lantfridi † Hruodgeri † Adalfridi † Albuuini † Nidharti † Suuarzalabi. Hermannus indignus diaconus iussus scripsit.

564. Traditio Recconis.

Diuina instigante clementia ego Recco cogitans pro remedio et salute animae meae trado 855, 16. Juni. in elimosinam meam et matris meae Babae omniumque amicorum meorum ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio quod dicitur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum sub regula sancti patris Benedicti militantium pius pater praeesse cernitur id est in prouincia Salagouensium in uilla quae dicitur Urthorpf duas partes unius areae quae iuste et legaliter ad me pertinent et quicquid in finibus illis proprietatis uisus sum habere in campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus ita uidelicet ut a die praesente supra dictus abbas uel successores eius libero perfruantur arbitrio et quicquid inde agere eligunt libera potestate faciant nullo contradicente. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno regni domni Ludouici orientalium Francorum regis XVI. mense iunio die XVI. eiusdem mensis coram testibus istis. † sig. Recconis qui hanc traditionis kartam scribere rogauit. † Heriuuarti presbyteri et monachi † sig. Votoni clerici. † sig. Meginharti diaconi qui hanc traditionem iussus scripsit.

---

563 P. 559, II, 200. Tr. 478.
564. P. 487, I, 138. Tr. 479.

Digitized by Google

565. Concambium inter Hattonem abbatem et Sigihardum comitem.

856, 2. Ianuar.

Iustum est ut ratum et stabile permaneat quod bona fide contractum est et firma possessione teneatur quod pars parti legitima donatione contulerit. Placuit igitur atque conuenit inter uenerabilem uirum Hattonem abbatem fuldensis monasterii ubi sanctus martir Bonifacius corpore quiescit et illustrem uirum Sigihardum comitem. ut pro communi compendio quasdam possessiones rerum suarum inter se iure concambii commutarent. quod et ita fecerunt non tam commutandarum rerum utilitate prouocati quam preteritorum beneficiorum quę inter se sepe mutuo contulerant recordatione illecti. Prius namque Sigihardus comes ab Hattone abbate postulatus beneficium suum apud Hengesfelt quod ad spatium uitę suę si uellet habere potuisset non solum consensit sed etiam regi Ludowico persuasit ut illud partibus sancti Bonifacii quia bonis fuldensis monasterii contiguum erat regio munere conferret. Propterea Sigihardum comitem promptiorem effecit ut de rebus suis bona quęque et locis conuenientia abbati donaret et fratribus. Dedit igitur uir clarissimus Sigihardus comes uiro uenerabili Hattoni abbati et fratribus prefati monasterii in pago Wingarteiba quicquid proprietatis habuit in duabus uillis. id est in Liubegheim et Mensingenheim. cum terminis et omnibus adiacentiis suis ad se iuste et legaliter pertinentibus una cum mancipiis terris domibus campis siluis pratis pascuis aquis aquarum decursibus mobilibus et immobilibus et quicquid eo tempore in ipsis locis proprietatis habuit. E contrario autem in recompensatione illa dedit prefatus abbas Hatto cum consilio fratrum suorum de rebus sancti Bonifacii predicto Sigihardo comiti sicut postulauit in pago Chochingowe in duabus uillis. id est in Rotaha et in Westheim. et in Mulahgowe in uilla uocabulo Alahdorf quicquid in eis et in omnibus adiacentiis earum proprietatis habuit ęcclesia fuldensis in ędificiis in mancipiis terris siluis pratis pascuis aquis piscationibus et omnibus utilitatibus totum et integrum sicut eatenus idem Sigihardus comes easdem res in beneficio prefati abbatis habuit. et per manum aduocati sui Gundalahi tradidit ei proprietatis iure perpetuo possidendum. Et ob hoc duas kartas ambobus conscriptas propter stabilem commutationis firmitatem inter se facere decreuerunt. ut uterque quod ab altero accepit habeat teneat atque possideat suisque posteris iure perpetuo possidendum relinquat et quicquid inde facere uoluerit libero atque firmissimo perfruatur arbitrio. Actum publice in monasterio fuldensi anno XVII. regni Ludowici gloriosissimi regis II. die mensis ianuarii coram ipso rege et cunctis principibus presentibusque idoneis testibus.

Signum Ludowici gloriosissimi regis.

† signum Hattonis abbatis. † signum Gerharti comitis. † signum Sigifridi comitis. † signum Gundalahi aduocati.

566. Traditio Ludowici regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Ludowicus diuina fauente gratia rex. notum sit omnibus fidelibus sanctę dei ecclesię nostrisque familiaribus presentibus scilicet et futuris quia quidam abbas uocabulo Hatto uir religiosus et spiritualis uitę homo de fuldensi monasterio cui speciali deuotione semper ac libenter innitimur propter beatissimi martiris Bonifatii merita gloriosa qui in prefata requiescit ęcclesia serenitatem nostram adiens innotuit auribus nostris qualiter quedam res iuris nostri rebus ipsius ęcclesię coniaceret ac per hoc celsitudinem nostram deprecabatur.

---

565. Eb. II, 130a. Tr. 476.
566. Eb. II, 12a. Tr. 477.

Digitized by Google

ut illud predium nostrum ad prefatum fuldense monasterium conferre decreuissemus. Cuius peticioni ob diuinum amorem et uenerationem eiusdem supradicti abbatis aurem pietatis nostrę accomodantes et assensum prebentes quicquid Sigihardus comes in uilla Heitungesfelden nuncupata beneficii a nobis habuit cum duobus locis uocabulo Roggunstat et Hùchelcheim et sicut nunc ad eadem loca dinoscitur de terra arabili pertinere ubicunque in heitungesfeldo marcha iaceat totum illud et integrum sancto Bonifatio tradimus cum mancipiis et territoriis et eandem siluam in qua Roggunstat sita est ut his omnibus fratres monasterii nunc et in perpetuum feliciter et quiete utantur et consolentur. Hoc itaque sancto Bonifacio et monachis illis qui in fuldensi monasterio deo deseruiunt utenda concedimus cum omni integritate in elimosinam domini et piissimi genitoris nostri. Hec inquam omnia sollempni more tradimus et confirmamus precipientesque iubemus ut quicquid de prefatis rebus rectores fuldensis ęcclesię ab hodierno die et presenti tempore ad utilitatem ipsius loci et seruorum dei qui ibidem deo sanctoque Bonifatio famulantur facere uoluerint liberam in dei nomine potestatem habeant eo tenore et conditione ut per hoc eos melius pro nobis et coniuge proleque nostra et stabilitate regni a deo nobis commissi diuinam clementiam attentius exorare conueniat. Et ut hęc auctoritas donationis et confirmationis nostrę per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem manu propria nostra hanc kartulam firmauimus et annuli nostri impressione atque nominis nostri caractere descripto adsignari precepimus. Quicunque ergo hanc nostram preceptionem et imperialis auctoritatis confirmationem irritam fecerit ex sententia Zacharię papę excommunicandus erit.

Signum domni Ludowici. Ego Reginbertus cancellarius recognoui.

Data pridie idus februarii. Actum Forcheim feliciter.

567. Traditio Altbrahti.

Ego in dei nomine Altbraht et mater mea Ualtdrud cogitantes pro salute et remedio animarum nostrarum tradimus deo et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas multitudini monachorum praeesse uidetur in prouincia Grapfeld in uilla Helmrihesson quicquid proprietatis habemus in areis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus ea scilicet ratione ut a die praesente in dominationem s. martyris et praedicti abbatis et successorum eius ędeat nulla contradicente persona. Actum publice in uilla Helmrichcshusen coram testibus istis. sig. Altprahti et matris eius qui hanc traditionem fecerunt. † Egilmari † Herimuoti † Gerhohi † Uuarmunti † Uuagen † Uuargeri † Uuerdolfi † Voles † Liutheri † Ualtger † Ruodhohi † Nerben † Manolti † Adalolfi † Nordgeri † Nandgeri † Albunini † Adalungi † Guntprahti. signum Meginharti diaconi qui hanc kartam iussus scripsit.

568. Traditio Reginharti.

In dei nomine ego Reginhart et Albuuiz coniux mea tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Hatto abbas

---

567. P. 487, I, 140. Tr. 483.
568. P. 496, II, 5. Tr. 481.

Digitized by Google

pio praeest gregi monachorum sub regula s. Benedicti deo militantium quicquid proprietatis habuimus in Iuchiserono marcu et in uilla Niunbrunni in areis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus mancipiis necnon et omni elaborato excepto auro et argento uestimentoque ea uidelicet ratione ut uterque nostrum quamdiu uiuat iam memoratam traditionem et illud quod nobis praedictus abbas in supra memoratis uillis praestitit per beneficium illius sine ulla contradictione possideat post obitum uero nostrum rectores praefati monasterii utraque beneficia aucta atque meliorata sine ullius personae contradictione suscipiant et quicquid inde agere uoluerint liberam in omnibus habeant potestatem. Facta est haec traditio coram testibus subter signatis. † Uuidarolt † Nerolf † Gauolf † Adaltag † Foleger † Adalman † Ratgast † Fastman † Thiotbraht † Freibraht † Rihibraht † Altgast † Ecco † Ato † Thiothart † Reitger † Hilting † Hagano indignus iussus scripsit.

569. Traditio Albuuini.

Ego Albuuin et duo filii mei Albuuin et Racholf donamus ad s. Bonifatium quicquid proprietatis habere uisi sumus in Lutturu marcu in campis siluis pratis areis aedificiis aquis aquarumue decursibus coram his testibus quorum nomina haec sunt † Hatto abbas Einhart presbyter Uuernheri Uuitger Gerbraht Stareman Sibigelt item Gerbraht Otuuin Meginfrid Engilheri Engilhart Friduuin Seuuolf Snello Gundacar item Friduuin Goteram.

570. Traditio Suuarzalahi.

In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Suuarzalah trado in elimosinam meam ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio quod uocatur Fulda sacro requiescit corpore et uir uenerabilis Hatto abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado unam capturam in pago Grapfelde et in marcu Sundheimono traditumque in perpetuum esse uolo ita ut a die praesente rectores praefati monasterii nulla contradicente persona tenendi fruendi possidendi in omnibus habeant potestatem. Actum publice in monasterio Fuldaha coram his testibus † sig. Mattoni † sig. Thiothari † sig. Hahehoni † sig. Meginfridi † sig. Thiotrichi † sig. Rechoni † sig. Asalachi † sig. Tenoni † sign. Theotbrahti † sig. Geralachi † sign. Tencheili † sig. Gundhari † sig. Hruodolti † sig. Hruoduuini † sig. Engilbaldi. Uuolfleoz indignus diaconus scripsit.

571. Traditio Zazeu.

857, 10 April. In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Zazo trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi uir nobilis et laudabilis Theoto abbas multitudinem pie et iuste degentium regit monachorum hoc est in prouincia Tullifeld in Hoitino marcu in uilla quae dicitur Uuolfmunteshus aream unam et

---

569. P. 497, II, 8. Tr. 482.
570. P. 559, II, 201. Tr. 490.
571. P. 560, II, 203. Tr. 485.

Digitized by Google

duas hobas ea uidelicet ratione ut quamdiu uiuam per beneficium memorati abbatis et successorum eius usu fructuario possideam post obitum uero meum in dominationem s. martyris et praefati abbatis et successorum eius redeat nulla contradicente persona. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLVII. regno uero domini Hludouuici regis XVIII.[1]) quarto idus aprilis coram testibus in praesenti notatis. † sig. Zazen qui hanc traditionem fecit. † Herimuot † Erlo † Heimo † Deno † Egino † Hunger † Elli † Aaito † Albrih † Adalrham † Uuilliboto † Liutolf † Nordloh † sig. Meginharti diaconi qui haec iussus scripsit.

572. Traditio Christani comitis.

Quicunque hominum pro amico suo aliquid spoponderit et in suam fidem acceperit in qua- 857, 27. Iuni.
cunque sit re iustum et congruum reor fore hoc perficiendo explere si apud homines infamiam et coram deo uult periculum declinare. quam ergo infamiam apud homines et hoc periculum coram summo deo ego Christan cupiens deuitare trado deo et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio super ripam fluminis quod dicitur Fulda fundato precioso corpore quiescit ubi uenerabilis Theoto abbas multitudini fuldensium monachorum pie ibi domino nostro Ihesu Christo militantium rectissima norma spiritalis uitae praeest de illa etiam hereditate quam Uuaho meae fidei tradendo commendauit ut duorum electionem habere potuissem ut aut inde loca sanctorum honorarem seu etiam id propria pecunia redimerem hoc est quod trado in prouincia Grapfeldorum in uilla quae Iuchisa uocatur et in terminis eius quicquid ibi de proprio iure in ius et dominationem meam tradidit in domibus aedificiis areis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici uel nominari potest ea uidelicet ratione ut a die praesente in ius et dominationem sancti martyris Bonifatii et memorati abbatis uel successorum eius perpetualiter pertineat. Facta est haec traditio publice in uilla Iuchisa anno ab incarnatione domini DCCCLVII. regni uero domini Hludouuici gloriosissimi regis orientalium Francorum XVIII. mense iunio quinto kalendas iulii coram testibus istis. signum Christani comitis qui hanc traditionem perpetrauit. † sig. Thiotonis abbatis † Hesses comitis † Burgharti comitis † Otuuini † Friconia † Adalolti † Uuargasti † Heimen † Uuahes † Altmares † Reginen † Nidhartes † Otrammes † Thiotoltes † Altprahtes † Egoltes † Albriches † Matten † Eben † Uualtmannes † Ruodhelmes † Folrates † Uualtprahtes † Erlen † Regges † Hagunen. signum Meginharti presbyteri qui hanc kartam iussus scripsit.

573. Traditio Altmuntes.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Altmunt trado in elimosinam Einharti 858, 17. Iuni.
quicquid mihi manu potestatiua commendauit et tradidit deo et sancto Bonifatio qui in monasterio Fulda sacro corpore sancte et uenerande quiescit ubi uir uenerabilis Theoto abbas sanctissimis et honestisaimis monachis praeesse dinoscitur hoc est in prouincia Tullifelde in uilla Uueat. heim et in finibus eiusdem uillae aream unam et de culta terra X. agros et mancipia quorum

[1]) P hat XVII.

572. P. 562, II, 210. Tr. 486.
573. P. 563, II, 211. Tr. 487.

Digitized by Google

quaedam mea quaedam uero meorum propinquorum et mea communia quorum haec sunt nomina Otgis Otger Libolf Uuillifrid Theotburg cum omni eorum supellectili quantum ad me pertinent ea uidelicet conditione ut a die praesente in ius et dominationem pertineant nulla contradicente persona. Actum publice in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLVIII. mense iunio XVII. die eiusdem mensis anno regni domini piissimi regis Hludouuici XVIIII[1]) coram testibus istis. sig. Altmuntes qui hanc traditionem rogatus perfecit. † Ephen † Herileibes † Eecen † Sigiuuartes † † Uuarmuntes † Nordes † Herimuotes † Zazen † Hruodoltes † Siggen † Nebes † Uuigfrides. sig. Meginharti presbyteri qui hanc kartam iussus scripsit.

574. Priuilegium Benedicti papae.

Benedictus episcopus seruus seruorum dei Theotoni religioso abbati uenerabilis monasterii domini saluatoris et per te in eodem uenerabili monasterio successoribusque tuis abbatibus in perpetuum amen. Quoniam semper sunt concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis oportet ut deuotioni conditoris piae constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis quatenus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis Uoldaha priuilegii sedis apostolicae amminiculis decoretur ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus ecclesiae constitutum nullius alterius ecclesiae iuris dicionibus submittatur. Pro qua ré piis desideriis fauentes hae nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem praeter sedem apostolicam. et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium construetum esse uidetur cui licentiam concedimus tantum cum oportunitas conseerandi altaris fuerit prohibemus ita ut nisi [ab] abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam praesumat omnimodo celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicumque cuiuslibet ecclesiae praesul uel quacumque dignitate praedita persona hanc nostram priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit et iram dei incurrens a coetu omnium sanctorum extorris existat. et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa. Scriptum per manum Zachariae notarii et scrinarii sanctae romanae ecclesiae in mense octobrio indictione sexta. Actum X. kalendas nouembrias per manum Theotfolcti secundicerii sanctae sedis apostolicae imperante domno piissimo principe augusto Lhudouuico a deo coronato magno pacifico imperatore anno nono indictione sexta amen [1]).

---

[1]) P hat XVIII.

574. CU. aus dem 11. Jahrhundert; Eb. I, 5b. H. F. II, 134, 20. [1]) Das Datum ist unrichtig. Die Indiction und das Regierungsjahr Ludwig's weisen auf das Jahr 858; aber der Papst Benedict III. war schon am 8. April dieses Jahres gestorben. Daher hat Schannat an beiden Stellen *ind. quinta* geschrieben und die Worte *anno nono* weggelassen.

Digitized by Google

575. Priuilegium Nicolai papae.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Theotoni religioso abbati uenerabilis mona- 850, 12. Iuni.
sterii domini saluatoris et per té in eodem uenerabili monasterio successoribusque tuis abbatibus imperpetuum. Quoniam semper sunt concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis oportet ut deuotioni conditoris pie constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis quatenus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis Fuldaha priuilegii sedis apostolicae amminiculis decoretur. ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus ecclesiae constitutum nullius alterius ecclesiae iuris dicionibus submittatur. Pro qua ré piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui maucipamus et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere [aut] auctoritatem praeter sedem apostolicam et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse uidetur cui licentiam dedimus tantum cum oportunitas consecrandi altaris fuerit prohibemus ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam praesumat omnino celebrare ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Ceterum uero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostrae sollicitudini ecclesiasticae intimetur. qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ecclesiastico studio maucipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis nostrae a norma iustitiae aliquo modo retorqueatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicumque cuiuslibet ecclesiae praesul uel quacumque dignitate praedita persona hanc nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit et iram dei incurrens a coetu omnium sanctorum extorris existat. et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis iudulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa. Scriptum per manum Petri notarii et scrinarii sanctae romanae ecclesiae in mense iunio indictione septima. Bene ualete.

Datum .II. idus iunias per manum Tiberii primicerii sanctae sedis apostolicae imperante domno piissimo principe augusto Lhudouuico a deo coronato magno pacifico imperatore anno decimo. et patricius anno decimo iudictione septima amen [1]).

576. Traditio Engilbraht.

Ego in dei nomine Engilbraht et coniux mea tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi 850, Iuni.
qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi Theoto abbas multitudinem regit monachorum hoc est in regione Salagcuono in uilla Bonlanto quicquid ibidem uisi sumus habere in areis aedificiis pomeriis aquis aquarumque decursibus et omnibus legitime accidentibus et mancipiis XII.

---

575. CU. des 11. Jahrhunderts; Eb. I, 6a und eine zweite abweichende Fassung I, 38a. H. F. II, 135, 21.
[1]) Eb. 2 hat folgenden Schluss: Scriptum per manum *Benedicti* notarii sanctae romanae ecclesiae capellarii atque scriniarii. mense maio XV. kal. iunias. indictione VII.
576. P. 489, I, 146. Tr. 498.

Digitized by Google

quorum haec sunt nomina Sundarheri Hugimunt Ortpraht Hartpraht Uuosago Bahtun Freibirg Reginger Uualtger Adalhart Hehith Hiltimar ea uidelicet ratione ut quamdiu uiuamus usufructuario possideamus post obitum uero nostrum ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius cum omni integritate reuertantur. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno incarnationis domini DCCCLIX. mense iunio coram testibus istis. signum Engilbrahti et uxoris eius qui hanc traditionem fecerunt. † Grindeo † Altuom † Ratolf † Reginhart † Sigibraht † Uuenito † Uuighelm † Othelm † Ratuuin † Sigibraht † Heriger † Hartrat † Folcrat † Murtuuin † Hartuuin † Uuolfgis † Liuthelm † Uuenilo † Uuagheri † Liuthelm † Hahpraht † Vodilbraht † Sigibraht † Liobsun † Ercanbraht † Huoching † Boto † Adalger † Uuagolf † Fruming.

577. Traditio Erpholes comitis.

Haec est traditio comitis Erpholes in Sonesdorfe in Herfiu in Berchohe in Erpfolesstetin in zuuisgen Marahesfeldun in luhhisomthrun in Rore in Hentinge in Fistersdorfe in Asifelde in Uualahure in Helidungom in Altunsteti in Botolfestat in Greifesdorf in zuuisgen Eichesfeldum in Sulzithorfe in Marchereshusum in Othelmeshusum in Birchinafelde. Ad sanctum Kilianum in Quirnahu et in Bleichfeldum in Thuringia in Tungide in Suuabohusum in Zimbrom in Gutorne in Leobah in Thurnilohum in Uuanenreodum in Brustlohum in Saxahu in Tonnahu et quicquid in Thuringia habet et in Grapfeldum. Hi sunt testes. Ruodhart Eggihart Sigifrid Uuahho Gundacar Otacar Tagolf Isanperath Uuerinolt Saluman Nahho Rihperaht Gerrih Nordperaht Erdperaht Heio Arnolt Teneolt Friducho Theotrih Gerolt Uuerinolt Herman Uuiderolt Ratperaht Uualtolf Hahger Nithhacer Ato.

578. Traditio Tacholfi comitis.

In nomine et honore sanctę et indiuiduę trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter domnus Tacgolfus comes de Boemia audiens famam uenerabilissimi loci fuldensis conuentus et quia reges et principes facerent sibi memoriam in monasterio sancti saluatoris et intercessorem sanctissimum Christi martirem Bonifacium uenit et ipse cum summa cordis ac martiris deuotione adorare in domo domini ut inueniret gratiam in conspectu tremendi iudicis. Considerans quoque quod dominus ait ne appareas in conspectu meo uacuus. tactusque diuino ardore intrinsecus obtulit deo et sancto Bonifacio regionem suam. quandam uidelicet prouinciolam sitam iuxta Boemiam Sarówe nuncupatam. quę suę proprietatis et iuris erat. cum omnibus uillulis et compertinentiis suis eo tenore ut plenam fraternitatem tam uiuens quam moriens haberet et sepulturę locum post finem uitę suę in monasterio obtineret. Fecit etiam talem condicionem ut omnis reditus prefatę oblationis in usus fratrum cederet et nullus hominum eandem oblationem ab hac conditione amouere seu permutare posset. amen.

---

577. P. 523, II, 80. (Eb. summ. 39, 81.) Tr. 489. Mit Schannat habe ich diese Schenkung hier eingereiht, da in dem necrologium fuld. unter dem Jahre 860 in *Erpho comes* eingetragen ist. In der von mir benutzten Handschrift ist der Namen *Erpholt* geschrieben, womit die Form bei Pistorius mehr übereinstimmt.

578. Eb. II, 161a. Brower antiquit. fuld. p. 256.

Digitized by Google

Facta est autem haec tradicio sub Karolo glorioso imperatore qui et stabiliuit et confirmauit eam et anulo suo insigniri precepit kartam inde conscriptam anno dominicę incarnationis DCCC. I°. indictione Xa. [1])

579. Traditio Reginbaldi.

Ego in dei nomine Reginbald trado in elimosinam meam meorumque propinquorum deo 867, 6. Mai.
et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado in prouincia Grapfelde in uilla luchisa et in terminis eius quicquid proprietatis uisus sum habere in areis campis pratis aquis aquarumque decursibus ea uidelicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem successoresque eius cum omni integritate pertineat. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXII. mense maio secundo nonas eiusdem mensis coram testibus istis. sig. Reginbaldi qui hanc traditionem fecit. † Adalolt † Uuargast † Uuolfhelm † Helmgoz † Ruodger † Meginhart.

580. Traditio Gerrihhes.

Ego in dei nomine Gerrih trado deo et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio 863, 16. Mai.
Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est in pago Grapfeld in uilla Marehereshusun et in terminis eius quicquid proprietatis uisus sum habere ea uidelicet ratione ut a die praesente in potestate et dominatione memorati s. martyris et praefati abbatis uel successorum eius sine ullius personae contradictione consistat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXIII. regni uero domni Hludouici piissimi regis orientalium Francorum XXIII. mense maio XVI. die eiusdem mensis indictione XI.[1]) coram testibus istis. signum Gerrihhes qui hanc traditionem fecit· † Uualdman † Reginger † Gerhoh † Vodalger † Baldman † Uualdman † Othold Crel Othok (?) † Egizo † Thiotrih † Rihheri † Albuuart † Albolt † Ruoding † Ratbald † Adalbald † Albhart † Gozbraht † Eburheri.

581. Traditio Bruninges.

Ego in dei nomine Bruning trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio 863, 17. Mai.
Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem monachorum regere

---

[1]) Ich habe die Schlussschrift wiedergegeben, wie sie ursprünglich im cod. Eberh. niedergeschrieben war und wie sie noch steht im Copiarium 3, einer im 14. Jahrhundert gemachten Abschrift des Codex; auch Brower las sie noch so. Von einer ganz jungen Hand aber sind folgende Veränderungen gemacht worden: . . . sub *Ludewico* gl. *rege* qui — anno dom. inc. *DCCCLXI*[a], auf welchen Grund hin, habe ich nicht ermitteln können. In das Jahr 861 kann allerdings die Schenkung nicht wohl fallen; in dem Necrologium nämlich wird nur ein Thacolf (oder Tabholf) comes erwähnt und dessen Todestag ist der 1. September 873. An der Schenkung selbst ist nicht zu zweifeln, denn Heinrich II. bestätigt sie in einer Urkunde von 1012.

579. P. 565, II, 219 Tr. 490.

580. P. 564, II, 214. [1]) P hat XIV.

581. P. 488, I, 141. Tr. 491.

Digitized by Google

uidetur hoc est quicquid Lelia manu potestatiua in prouincia Salagoe in uilla Urdorph et in terminis eius meae fidei commendauit deo et s. Bonifatio ad tradendum in areis agris cultis atque incultis et omnibus legitime adiacentiis ea uidelicet ratione ut a die praesente in dominio et potestate martyris praedicti et memorati abbatis uel successorum eius sine ulla controuersia consistat. Actum in monasterio Fulda anno incarnationis domini DCCCLXIII. mense maio sexto kalendas iunii coram testibus istis. signum Bruninges qui hanc traditionem fecit † Thiotrih † Hunger Eburhart Billung Unuuan Ruoding Othart Altger Harit.

582. Traditio Unuuanes Billunges et Baldunges.

863, 15. Iuni. In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Unuuan et Billung una cum Baldunge tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est in regione Grapfelde in finibus Uueterungono et Rugiheimono in captura quae dicitur Steinaha quicquid nobis Rihhilt iure hereditario dereliquit ea uidelicet ratione ut a die praesente in dominio et potestate s. Bonifatii martyris et praefati abbatis uel successorum eius consistat. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXIII. regni uero domni Hludouuici piissimi regis XXIII. mense iunio XV. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Unuuanes Billunges et Baldunges qui hanc traditionem fecerunt. † Thiotrih † Hunger † Eburhart † Hruoding † Othart † Altger † Harit.

583. Traditio Brunichonis et Uerinburgae.

863, 6. September. Ego in dei nomine Brunicho et coniux mea Uuerinburg communi tradimus manu ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Theoto abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse dinoscitur hoc est quod tradimus quicquid in Herphethorpfono marcu et in Starcfrideshusen proprictatis habemus in mancipiis siluis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus. et haec sunt nomina mancipiorum Ellinhart Altbraht Brunhart Otger Rihuuin Marcolf Rihholt Rihhart Albolt Otfrid Ratfrid Berahthelm Otuuih Leobuuiz Hugisuuint Sindrah Reginsuind Adalsuind Ercanloug Otuuih Adaluuiz et filius eius. ea uidelicet ratione ut quamdiu uiuimus per beneficium supra dicti abbatis usufructuario possideamus post obitum quoque amborum nostrum supra dicta cuncta redeant in potestatem s. Bonifatii absque ullius contradictione. Facta est haec traditio anno XXIII.[1]) domini Hludouici orientalium Francorum regis mense septembri sexto die eiusdem mensis. isti sunt testes Engimar Gerhoh Eggi Oftrolt Geboroh Remuing Uuan Adalram Gotaram Salaram Uuigfrid Hiltiboto Gertag Uuolfbraht Gerhart Offo Folcbraht Altbraht Uuerinmunt Meginrat.

---

582. P. 564, II, 215. Tr. 492.
583. P. 563, II, 213. Tr. 496. [1]) Schannat hat XXIIII. geschrieben.

Digitized by Google

584. Traditio Rihbaldes et Engilgeres.

Ego in dei nomine Rihbald et Engilger tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod tradimus in illa captura quae dicitur Rotibah quae iacet in confinibus Grapfeldono et Salageuono quicquid proprietatis uisi sumus habere in areis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus totum et integrum ea scilicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius cum omni integritate consistat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXIII. mense septembri XIIII. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Rihbaldes et Engilgeres qui hanc traditionem fecerunt † Ellinger † Haguno † Liobger † Nandgoz † Suinperaht † Uuago † Heriman † Hahmunt † Benno. 863. 14. September.

585. Traditio Halabinges et Leobguntae.

In dei nomine ego Halabing et uxor mea Leobgunt tradimus deo et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas piorum congregationem regit monachorum hoc est quod tradimus in prouincia Salagoe in uilla quae dicitur Scuntra duas quidem areas unam cum aedificiis et alteram aedificio priuatam. insuper etiam de terra culta XXX. iugera cum pratis ad nos in eadem uilla pertinentibus et mancipia quinque integra quorum nomina haec sunt Sigileih Kristana Ashilt Uuolfbirn Gernand sextum uero dimidium quod nominatur Adalbur ea uidelicet lege ut quamdiu uiuamus usufructuario hoc quod tradimus possideamus post obitum uero nostrum ad praedictum martyrem et rectores memorati monasterii cum omni integritate auctum et melioratum cedat et seruiat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione dominica DCCCLXIII. regni uero domni Hludouici regis XXIII. mense decembri IV. nonas eiusdem mensis coram testibus. † sig. Halabinges et Leobguntae qui hanc traditionem fecerunt † sig. domni Thiotonis abbatis † sig. Adalfridi presb. † Reginbrahti monachi † Egiluuarti monachi † Meginharti presb. et monachi Thacholf Atulo Eburhart Huuger Berunug Heio Uuuileib Uuerinbraht Starcher Folcbraht Halabing Ualtolf Adalhelm Uuillibraht Ebracar Eribo Meginfrid Ualahfrid Richolt Cunibraht Uuerbraht Hruodolt Uuagheri Hruodant Reginolt Lagoz. 863. 2. December.

586. Traditio Uuolfboten.

In nomine domini ego Uuolfboto trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum mancipia quatuor quae mihi loppo manu potestatiua tradendo commendauit supra dicto martyri ad tradendum Siuorobinne uidelicet et eius filiam cum duobus liberis ea scilicet ratione ut a die praesente ad s. Bonifatium et memoratum abbatem sine ullius personae contradictione 863. 13. December.

---

584. P. 565, II, 220. Tr. 493.
585. P. 488, I, 143. Tr. 494.
586. P. 488, I, 142. Tr. 495.

Digitized by Google

cedant et seruiant. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione dominica DCCCLXIII. regni uero domini Hludouici piissimi regis XXIII. mense decembri in idibus eiusdem mensis coram testibus. † sig. Uuolfboten qui hanc traditionem fecit † sig. domini Thiotonis abbatis † Adalfridi presbyteri Uuolfharti presb. Meginharti presb. Reginbrahti monachi Arfridi Leipuuarti Starcfridi Arnolti Liubisi Miloni Badanolfi presbyteri.

587. Traditio Altcarli.

864. Ego in dei nomine Altcarl trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado in prouincia Grapfelde in finibus Hohheimono in eadem uilla Hoheim quicquid proprietatis uisus sum habere in areis agris pratis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus et mancipiis quorum haec sunt nomina Uuelung Uuillibirg Meginhart Baldolf Otheri cum omni eorum supellectili ea uidelicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius cum omni integritate reuertatur. Acta est haec traditio in uilla quae dicitur Kizzicha anno ab incarnatione domini DCCCLXIIII. regni uero domini Hludouici piissimi regis orientalium Francorum . . . . . coram testibus istis. signum Altcarli qui hanc traditionem fecit. nomina testium. Othelm Frohing Eburhart Bern Bernhelm Erkanger Heristalt Gisalram Gozheri Ruoding Ratfrid Haholt Aeboeno Hraban Huohhing Hadumar.

588. Traditio Reginhartes.

865, 20 December. Ego in dei nomine Reginhart trado pro fratribus meis Rihbaldo uidelicet et . . ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudini monachorum praeest hoc est quod trado in prouincia Grapfeld in finibus Geltersheimono in uilla Suuinuurt de terra culta atque arabili agros LIIII. ea uidelicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius cum omni integritate pertineat. Facta est haec traditio in praedicto monasterio anno ab incarnatione domini DCCCLXV. regni uero domini Hludouici regis orientalium Francorum XXVI. mense decembri XX. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Reginhartes qui hanc traditionem fecit. † Fridurih † Friduuuin † Uuibdeo † Helidmunt † Buobo † Uuago † Ruodger. sign. Reginharti presbyteri qui haec scripsit.

589. Traditio Nordmanni.

866, 25. Februar. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Nordman trado deo et sancto Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in prouincia Grapfeldono in uilla

---

587. P. 864, II, 217. Tr. 497.
588. P. 489, I, 144 und 566, II, 221. Tr. 498.
589. P. 565, II, 218. Tr. 499.

Digitized by Google

Hishereshusun Herolfesteti et Adalolfesleiba in finibus earundem uillarum quicquid mihi quondam dominus meus Hessi comes manu potestatiua meae fidei tradendo commendauit ad tradendum s. martyri id est quicquid proprietatis in praedictis locis habuit atque possedit totum et integrum quicquid nominari potest in areis aedificiis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus et mancipiis quorum haec sunt nomina. Nanduuig et uxor eius. Iring et uxor eius cum filiis duobus. Heimo et uxor eius cum filio. Uuolfuuin et uxor eius. Uuagolf et uxor eius cum duobus filiis. Uuielant et filius eius. Uuerinleih et uxor eius cum duobus filiis. Uuarolf et uxor eius cum filia. Uuolfrat et uxor eius cum IIII. filiis. Sintbraht et uxor eius. Adalmunt et uxor eius. Uualtger Hrohing Heidanrih Sigiuuin Irmina Marethrud cum filiis duobus. Thiotlind cum filiis tribus. Skierhilt cum filiis tribus. Gotahelm et uxor eius. Otniuui cum filiis duobus. Frohilt Frenekin Hadumar. cum omni eorum sumptu et supellectili ea uidelicet ratione ut omnia quae supra scripta sunt a tempore praesenti ad praedictum martyrem et memoratum abbatem et successores eius cum omni integritate reuertantur. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVI. regni uero domini Hludouici piissimi regis orientalium Francorum XXVI. mense februario quinto kalendas martii coram testibus. signum Nordmanni qui hanc traditionem fecit. sig. Burgharti comitis † Christan † Bernger † Ercanbald † Sigibraht † Eigiluuart † Cunibraht † Ruadmunt † Naudheri † Sibicho † Ercanbraht † Haholt † Uuinfrid † Adolt † Sigifrid † Uuerinfrid † Adalolt. Isti sunt qui uestitionem uiderunt et audierunt. † Lantheri † Uuargast † Uuigbald † Hahgrim † Hatto † Thiotger † Uualto † Heimolf † Gozhelm † Hemming † Hemmot † Gerbraht † Mahtger † Ernieho † Haholt. de Hishereshusen testes uestitionis Uuargast Hahgrim Voch Ercanbrot Eburolf Burgolf Hemininer Brunger Iungman Frigueho Meginbraht Egimoigo Baldrih Albolt Amalger Albolf Einhart Rihheri Gerfrid Rabanolt Madalrih Riholf Inkrih Sigibraht Norman Folcrih Folcger Sandolf Albrih Thiotbraht. testes de Adalolfesleibu Richolt Ruotger Regino Brunhart Hahbraht Marcolt Uuolgrim Bernhelm Engilbraht Ratheri. signum Meginharti presbyteri qui hanc kartam traditionis iussus scripsit.

590. Traditio Folcbrahtes.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Folcbraht trado deo et sancto Bonifatio see, 18. Iuli. martyri eius in elimosinam meam meorumque propinquorum maximeque pro salute domini mei Theotonis quicquid in Tullifeld in finibus Sundheimono proprietatis uisus sum habere in areis campis et siluis ea uidelicet conditione ut a die praesente ad seruitium praedicti martyris integre pertineat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVI. mense iulio XV. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Folcbrahtes qui hanc traditionem fecit. † Hartrobes † Ruodunges † Hungeres † Orthartes † Brunger † Albrih † Uuago.

---

590. P. 567, II, 225. Tr. 500.

Digitized by Google

591. Traditio Hahinges.

866, 23. October. Ego in dei nomine Hahing trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda saero requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum quicquid proprietatis uisus sum habere in uilla Rohingeshus quae sita est in silua Bochonia in areis domibus campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus ea scilicet ratione ut ego et uxor mea quamdiu uiuam usufructuario possideam post obitum uero nostrum ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius reuertatur. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVI. mense octobri XXIII. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Hahinges qui hanc traditionem fecit. † Engilmar † Salaman † Sigibraht † Himmi † Helmrih † Gerhart † Ascrih † Hiltiboto † Gerhoh † Uuario † Adalolt † Berehtmar † Arnrih † Ortolt † Amanolt † Hahbraht † Engilger † Remuing.

592. Traditio Fridurihes.

867, 3. Januar. Ego in dei nomine Fridurih trado pro Folcgero ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado in prouincia Salagoc in uilla Kizziche et in finibus eius XXXV iugera ea uidelicet ratione ut a die praesente ad supra dictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius sine ullius personae contradictione integre cedat. Facta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. regni uero domini Hludouici regis XXVII. mense ianuario tertio die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Friduriches qui hanc traditionem fecit † Friduuini † Gerlah † Uuago † Helidmunt † Buobo † Ruodger. signum Meginbrahti presbyteri qui haec scripsit.

593. Traditio Siginandi.

867, 15. Mai. In nomine domini dei aeterni ego Siginand trado in elimosinam meam meorumque parentum atque propinquorum ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi largus uir Thioto abbas multitudini monachorum pius pastor praeest hoc est quod trado in finibus Salagoeno unam capturam quae contigua est cella illa quae uocatur Lihtolfes cum dominicali aliisque aedificiis areis campis atque omnibus legitime pertinentibus illuc ea scilicet ratione ut ab hac die ad prefatum martyrem et iam dictum abbatem et successores eius pertineat. Acta est traditio in monasterio [Fulda] anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. mense maio XV. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Siginandi qui hanc traditionem fecit. † Lantpraht † Gundicho † Uuagbrant † Thiotman. Meginhart peccator scripsit.

---

591. P. 566, II, 223. Tr. 501.
592. P. 566, II, 222. Tr. 502.
593. P. 489, I, 145. Tr. 507.

Digitized by Google

594. Traditio Mennisgen et Adalhartes.

Ego in dei nomine Mennisgo et Adnlhart cogitantes pro remedio et salute animae 867, 20. Mai.
nostrae quomodo in hac peregrinatione acquirere possimus ut hereditatem perpetuam quam dominus sibi seruientibus per apostolum suum promisit dicens quod oculus non uidet nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit quae praeparauit deus his qui diligunt eum. et iterum ipse dicit date elimosynam et ecce omnia munda fiunt uobis. idcirco tradimus ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uenerabilis Thioto abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod tradimus in prouincia Grapfeld in captura quae quondam dicitur Aten fuisse et sita est in finibus Sundhemono quicquid ibi proprietatis uisi sumus habere in campis et siluis omnibusque legitime adiacentibus ea scilicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius sine ullius personae contradictione integre pertineat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. regni uero domini Hludouici regis orientalium Francorum XXVII. mense maio XX. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Mennisgen et Adalhartes qui hanc traditionem fecerunt. † Bernacar † Siguuart † Thiotbraht † Brunger.

595. Traditio Betilen.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Betilo cogitans pro remedio et salute 867, 20. Mai.
animae meae trado in elimosinam meam ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerandus Thioto abbas et magister monachorum esse dignoscitur hoc est quod trado in prouincia Grapfelde in finibus Uuetarungono in uilla namque quae dicitur Aschaha LXXX. agros propriae hereditatis ea uero ratione ut a die praesente ad praescriptum martyrem et praedictum abbatem uel successores eius integre cedat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. reg niuero Hludouici piissimi regis XXVII. mense maio XX. die eiusdem mensis coram testibus istis. signum Betilen qui hanc traditionem fecit. † Siginandes † Lantprat † Gundicho † Uuagbrant † Thiotman † Meginhart presbyter scripsit.

596. Traditio Adalolti.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Adalolt cogitans pro remedio et salute 867, 23. Juli.
animae meae trado in elimosinam meam ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uenerandus Thioto abbas multitudini monachorum ibidem deo famulantium rectissima norma regularis disciplinae praeesse uidetur hoc est quod trado in prouincia Grapfelde in finibus uillae quae uocatur Rotmulti unius capturae partem iacentem inter montes qui a quibusdam similes a quibusdam uero Steinberg et Bernberg uocantur illam scilicet partem quae iuste et legaliter ad me pertinere uidebatur ea scilicet ratione ut a die prae-

---

594. P. 566, II, 224. Tr. 503.
595. P. 567, II, 226. Tr. 504.
596. P. 567, II, 227. Tr. 505.

Digitized by Google

sente ad praedictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius sine ullius personae contradictione pertineat. Acta est haec traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. regni uero domini Ludouici piissimi regis orientalium Francorum XXVII. mense iulio decimo kalendas augusti coram testibus istis. signum Adalolti qui hanc traditionem fecit † sig. Uuargasti † Thiodolti † Ruodin † Ruotger † Hatto † Arindeo † Otger † Nilo † Rihbraht † Hahger † Harit † Mennisgo † Adalbraht † Uuilligoz. signum Meginharti qui haec iussus scripsit.

597. Traditio Cunihiltae.

867, 30. August. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Cunihilt trado deo et sancto Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudini monachorum praeesse uidetur hoc est quod trado in prouincia Grapfelde in finibus Uuolfriheshusono in uilla nuncupata Hohireod quicquid mater mea Uualtrat manu potestatiua mihi tradidit in areis domibus aedificiis campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus et omnibus legitime adiacentiis et mancipiis ad eundem locum pertinentibus cum omni eorum elaboratu et supellectili ea scilicet ratione ut a die praesente praedicto martyri et memorato abbati uel successoribus eius fratribusque illic deo famulantibus perpetualiter seruiat nulla contradicente persona. Acta est haec traditio in uilla Hohireod quae a quibusdam Uualtratehus dicitur anno ab incarnatione domini DCCCLXVII. regno uero domini Ludouici regis orientalium Francorum XXVII. mense augusto tertio kalendas septembris coram testibus inferius scriptis. signum Cunihiltae quae hanc traditionem fecit. Eggihart Uuargast Adalolt Thiotolt Suitbot Erlo Sigimar Albrih Ortleib Erdberaht Ruodberaht Uuigfrid Ratpraht Albhart Hadumar Euuih Tagolf Egilolf Vogo Remming Salaman Fredant. isti sunt testes qui uiderunt et audierunt quod Cunihilt potestatiua manu Thiotonem abbatem uestiuit totius hereditatis quam in Hohireode possidebat et haec mancipia in quibus uestiuit Ruodbraht et Ingilhilt filia eius.

Isti sunt testes traditionis prioris quam Cunihilt ad s. Bonifatium ad Uualtratuhusun fecit quam uestitionem aduocatus noster et frater noster Thiotbraht possederunt. signat Engilhelm presbyter Eling presbyter Eggihart comes Uuargast Adalolt Gerholud Huomo Lantrih Lantfrid Thiotheri Thiodolt Altman Huozi Birnicho Reginolt Folcperaht Hiltiuuin Engilhart Albhart Erbo Hatto Gauuuolf Thiotger Gerhoh Arndeo Brunman Heimbraht Ortheri Ortleib Ruodolt Hruotgast Sigiloh Thiothart Adalhoh Erhart Frehant Herimuot Uualahram Hiltuuin Adaluuart Ualtbraht Burchart.

598. Traditio Egilharti.

867. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Egilhart trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro pausat corpore ubi uir uenerabilis largus atque laudabilis Thioto abbas cum summa caritate atque suauitate multitudinem monachorum regere uidetur hoc

---

597. P. 568, II, 228. Tr. 506.
598. P. 495, II, 4 und 597, III, 42. Tr. 508.

Digitized by Google

est quod trado in prouincia Grapfeldono in finibus iuchisono quicquid ibi proprietatis uisus sum habere in areis aedificiis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus et omnibus legitime adiacentiis et mancipiis quorum haec sunt nomina Gotauuin Salucho Unuuan Nending Uunnisuuind. ea scilicet ratione haec omnia trado ut quamdiu uiuam usufructuario possideam. post obitum uero meum omnia quae supra memorata sunt et meliorata deo donante ad praedictum martyrem et memoratum abbatem et successores eius cum omni integritate reuertantur. Acta est haec traditio in monasterio Rore anno ab incarnatione dominica DCCCLXVII. regni uero Ludouici piissimi regis XXVII. coram testibus istis. † Adalolt † Suidboto † Zazo † Herimuot † Ruodung † Alamar † Truogo † Uuiching † Adalman † Nerolf † Uuernolt † Fridurih † Folcbraht † Reginhart † Adalolt [Ortrih Ato Arindeo Ahbo Isanbraht Theotbald Starcolf Uuighart Fastman Vodilger Nerolf Adalman Isanhart Reginhart Adaltag Albigast Freibraht Fridibraht Uuitago Uuiching Uualah Uuagbraht Uuolrat.][1])

599. Traditio Adalhunes.

Ego in dei nomine Adalhun trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio 868, 20 April.
Fulda sacro requiescit corpore ubi Thioto abbas pius monachus praeesse uidetur hoc est in duobus locis Reodon uidelicet et Grimesrode LX. agros ea uidelicet ratione ut ad uitam meam possideam post obitum uero meum ad praedictum martyrem et praefatum abbatem uel successores eius cum omni integritate reuertantur. Actum publice in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXVIII. regni uero domini Ludouuici piissimi regis XXVIII. mense aprili XII. kalendas maii coram testibus istis. signum Adalhunes qui hanc traditionem fecit.

600. Traditio Uuargasti.

Ego in dei nomine Uuargast trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio 868, 25. August
Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas monachorum turbam non modicam regit hoc est quod trado in prouincia Tullifelde in Uuestheimono marcu in una captura quicquid proprietatis habui ea uidelicet ratione ut a die praesente ad s. Bonifatium pertineat. Acta est haec traditionis karta in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCLXVIII. mense augusto octauo kalendas septembres coram istis testibus. signum Uuuargaati qui hanc traditionem fecit. † Albrih † Sundarolt † Adalfrid.

601. Traditio Recconi Uueriufridi Haholti et Huomen.

Notum sit omnibus fidelibus nostris quod nos quatuor germani Recco uidelicet Uuerinfrid Haholt et Huomo aequo animo parique consilio manu communi tradimus tibi Ruotgere 869, März.

---

[1]) Die eingeklammerten Namen setzt die zweite Niederschrift bei P hinzu.

599. P. 569, II, 231. Tr. 510.

600. P. 568, II, 229. Tr. 509.

601. P. 568, II, 230.

Digitized by Google

in fidei tuae manum quicquid proprietatis uisi sumus habere in pago Grapfelde in uilla quae dicitur Uualdbaringi ita ut si Adalfridum germanum nostrum superuixeris ante trigesimum diem obitus sui praedictum locum ad s. Bonifatium martyrem Christi tradas in elimosinam nostram nostrorumque propinquorum tam uiuentium quam et defunctorum ea uidelicet ratione ut ab eo die ratum et stabile permaneat ad priuatum seruitium praedicti martyris et fratrum illic deo seruientium et ut nullius clerici aut laici uel alicuius personae beneficium unquam fiat et si unquam factum sit nos iure haereditario accipiamus praedictum locum uel successores nostri accipiant. Acta est haec traditio in praedicta uilla anno ab incarnatione domini DCCCLXIX. regni uero domini Ludouuici regis XXIX. mense martio coram testibus istis. Seggi Elli Erlo Vodilbraht Gotahelm Ratuuin Ualtheri Altuom Eherco Altmunt Recchco Emmo Uuerin Erphunc Uuerin Eggirih Thiothraht Erpho Sigimunt Erbo Roman Burghart Engilhart.

602. Praeceptum Ludouuici regis de traditione cuiusdam Euerhardi.

In nomine domini Ludowicus diuina fauente clementia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum. Notum sit cunctis fidelibus nostris presentibus et futuris qualiter quidam uir nobilis ac fidelis noster Euerwardus nomine omnes res proprietatis suę quas ex meridiana parte Lippę fluminis habere uisus fuit in pago Øorainsę. totum et integrum ad monasterium sancti Bonifatii Fuldę tradidit atque firmauit et ut deinceps ad idem monasterium perpetua stabilitate donatum permaneat optauit. Porro pro integra firmitate eiusdem donationis petierunt denuo scilicet Dieto uenerabilis eiusdem monasterii abbas atque idem uir religiosus supradictus Euerwardus nomine ut eandem traditionem nostra regali auctoritate firmaremus. Quorum peticioni libenter acquiescentes hanc nostrę auctoritatis cartam inde conscribi iussimus. per quam memoratam tradicionem ad monasterium sancti Bonifacii perpetuo iure firmamus nostroque regali precepto et imperiali decreto communimus ita uidelicet. ut neque ipse Euerwardus nec quelibet persona ullius dignitatis ullo umquam tempore eandem traditionem nostra presentia factam infringere inmutare uel refragare possit. sed ab hodierno tempore ad memoratum monasterium prefati Euerwardi proprietas per hanc nostram auctoritatem confirmata firmiter semper et inmutata consistat. et quicquid rectores eiusdem ęcclesię de eisdem rebus pro utilitate fratrum ibidem deo famulantium facere uoluerint liberam in omnibus domno deo propicio potestatem faciendi habeant. Et ut haec auctoritas tradicionis et confirmationis per futura tempora firmior habeatur ac melius a cunctis fidelibus conseruetur certiusque credatur. hanc cartam nostra preceptione decreuimus conscribi et anuli nostri inpressione consignari ut in perpetuum rata sit et inconuulsa.

Signum domni Ludowici inuictissimi regis.

Adelbertus cancellarius recogn. Data VIIII. kal. april. Dat. Wormacię.

603. Praeceptum Ludouuici regis.

Ludowicus diuina fauente clementia rex omnibus fidelibus Christi salutem. Notum sit omnibus sanctę dei ęcclesię nostrisque fidelibus presentibus scilicet et futuris qualiter uenerabilis

---

602. Eb. II. 29a mit der Randbemerkung »sigill. est.« Tr. 511. Die Urkunde gehört vielleicht in das Jahr 857 oder 859.

603. Eb. II, 13a. Tr. 512. Die Urkunde kann in das Jahr 861 gehören.

Digitized by Google

Dito abbas innotuit celsitudini nostrę quod quidam homo nobilis nomine Ethil uillam proprietatis sue ŏvilah nuncupatam tradidisset ad sanctum Bonifacium martyrem una cum consensu amicorum suorum ea uidelicet ratione ut prefatus uir eandem uillam diebus uitę suę habeat eum omni tranquillitate et quasdam alias res quę ei ex parte sancti Bonifacii date sunt. post obitum uero suum ecclesię res eum omni integritate emelioratę unâ cum prefata uilla ad sancti Bonifacii reuerterentur potestatem. Ideirco ergo memoratus abba Dito deprecatus est celsitudinem nostram ut nostrę auctoritatis preceptum super easdem res facere et cartam de hoc facto inscriptam sigilli nostri inpressione signaremus. Cuius peticioni libenti animo assensum prebentes decreuimus fieri quod petiit. Iussimus igitur ei hoc nostrę auctoritatis preceptum fieri per quod decreuimus atque iubemus ut hec eadem tradicio atque delegatio facta ad sanctum Bonifacium in fuldensi monasterio firma sit et stabilis in perpetuum. Et ut in posterum cunctis fidelibus hoc factum sit notum hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri iussimus inpressione signari.

Signum Ludowiei piissimi regis.

Data VII. kal. novembr. Actum Franchonofurt feliciter.

604. Traditio Gundrahmi.

Ego in dei nomine Gundrahm trado in elimosinam meam meorumque propinquorum deo et sancto Bonifatio martiri eius qui in monasterio supra ripam fluminis quod dicitur Fulda constructo sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudini monachorum preesse uidetur hoc est quod trado in prouincia uuormazfeldono in uilla quae dicitur Apfloa aream unam cum captura et in flauhemmaro mareu aream .I. et ingera .XV. et uineam .I. et in loneshemaro mareu areas tres cum totidem hobis cum captura .I. in Nahgeuue ad Simera areas duas cum captura una. et in Mogontia aream unam. mancipiaque numero LVI. quorum nomina sunt haec. Hiltolf. Adalhilt. Uuolfuuolt. Ebanleoh. Reginbald. Uuerda. Ruodbirg. Sigiram. Theotlant. Uuillibald. Uuolfgis. Reginuuar. Theotrih. Hohgis. Adalgis. Ratmunt. Ualburg. Hitto. Herilind. Liobolf. Liobsuuind. Berehthilt. Ratsuuind. Erllolf. Beretrun. item Ratsuuind. Ratheid. Folcheid. Liutsuuind. Adalger. Gisalpraht. Berehtgart cum duobus natis. Liutrun cum infante I. Rihpraht. Uuillisuuind. Starcheri. Anno. Theotlind. Reginbald. Adalbirg. item Uuolfheid. Hartolf. Vodalheri. Irminrat. Alahtrud. item Irminrat. Sigibald. Albsuuind cum infantibus IIII. item Liobsuuind. Ampo cum infantibus IIII. Ualtheid cum infante I. cum omni eorum suppellectili et sumptu ea uidelicet ratione ut quamdiu uiuam usu fructuario possideam post obitum meum uero omnia quae supra memorauimus aucta et meliorata ad predictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius cum omni integritate sine ullius personae contradictione reuertantur.

605. Traditio Albribes et Siguuartes.

Unusquisque hominum dum in hac peregrinatione degit praeuidere debet quomodo per bona opera et studia elimosinarumque largitatem peccatorum suorum ueniam a deo accipere mere-

---

604. C. 82b, 218. Hd d. Tr. 484.
605. P. 562, II, 209. Tr. 513.

Digitized by Google

atur et regnum coeleste quod primus parens per inobedientiam perdidit obediendo crucem Christi portando suaque omnia relinquendo acquirere possit. idcirco ego Albrih et Siguuuart hoc pertractantes tradimus in elimosinam nostram nostrorumque parentum deo et s. Bonifatio martyri eius qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi uir nobilis laudabilis et largus Thioto abbas coenobio fuldensium monachorum rectissima norma piae uitae antecedit quicquid proprietatis habemus in regione Grapfeldorum in finibus Uuestheimono in uilla quae dicitur Elisba id est in campo et silua et omnibus rebus iure ad nos pertinentibus. insuper etiam ego Siguuuart trado in prouincia Tullifeldono in eadem marca in uilla quae uocatur Rubenhus unam aream dimidiam et in captura quae dicitur Clingison de inculta terra hobam unam ea itaque conditione ut a die praesente in potestatem s. Bonifatii martyris et praedicti abbatis integre cedat. Facta est haec traditio in monasterio Fulda mense decembri idibus eiusdem coram testibus inferius scriptis. signum Alberihes et Siguuuart qui hanc traditionem fecerunt. sig. Uuicfrides et Mildeo presbyteri Adalfrid diaconus Egirih diaconus Meginbald presbyter Catan subdiaconus Bernolt subdiaconus.

606. Traditio Suuarzalohes.

Ego in dei nomine Suuarzaloh trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum hoc quod trado in prouincia Grapfelde in finibus Thiodorfono medietatem unius capturae quae ad me iure pertinere uidetur ea scilicet ratione ut a die praesente ad praedictum martyrem et praefatum abbatem uel successores eius integre cedat. Facta est haec traditio in monasterio Fulda mense maio die XV. eiusdem mensis coram testibus istis. signum Suuarzalohes qui hanc traditionem fecit. † Sundarolti presbyteri † sig. Hartrati presbyteri † Meginharti presbyteri † Gozmar † Reginbrahtes monachi † Emichen scolastici † Gerbraht scolastici † Sigibraht scolastici † Helmpraht scolastici.

607. Traditio Minnae et Geborolti.

In dei nomine ego Minna et filius meus Geborolt tradimus ad s. Bonifatium quicquid propriae haereditatis in uilla quae uocatur Friehus habemus in comitatu Kristani id est domibus aedificiis pratis agris aquis pascuis mobilibus et immobilibus siluis campis et haec mancipia tradebamus nuncupata his nominibus Bereleih et uxor eius cum filiis. Reginolf Albuuar Otuuar Bereleih Albloug Librat cum omni eorum supellectili ita tamen ut ea cuncta ad uitam meam usufructuario possideam et ut mihi per singulos annos aut unum sagum aut frisgung uel aliquid consolationis a magistro qui scolasticos procurat absque dilatione ulla detur. signum Truogo † Thiothart Halmuot Huoz Otuuin Helmrih Reginbald Nanzo Reitger Ratger Rathelm Gerhelm Lantuuart Rotolt Fridahelm.

---

606. P. 564, II, 216. Tr. 511.
607. P. 496, II, 6a. Tr. 515.

Digitized by Google

608. Traditiones Uerinbrahti et Sigiuuini.

Uuerinbraht tradidit tria iugera terrae arabilis in Untargeuuono marcu ad s. Bonifatium. Sigiuuin et mater eius communibus manibus tradiderunt duo iugera in eadem marca cuius rei testes sunt Gundakar Nebi Eberis Meginfrid Hadafrid Hartuuin Uuigfrid Arnolf Ercanbot.

609. Traditio Hludouuici regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex oportet igitur nos qui diuino sumus munere quodammodo prae ceteris mortalibus [1]) sublimati eius in omnibus|parere praeceptis cuius clementia praelati sumus atque cuius praecellimus munere loca utique sibi sacrata per appetitiones fidelium nostrorum nostro releuari iuuamine atque regali tueri munimine | quum id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam. et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium | scilicet et futurorum sollertia qualiter Sigahardus uenerabilis abbas deprecatus est celsitudinem nostram ut ob mercedis nostrae augmentum quasdam res proprietatis nostrae consistentes in Bochonia in loco | qui dicitur Hartrateshus ad sanctum Bonifacium fuldensis monasterii concederemus per nostrae auctoritatis praeceptum. Cuius petitioni ob amorem domini nostri Ihesu Christi libenti animo assensum praebentes decreuimus ita fieri. Et iussimus fieri hoc nostrae auctoritatis praeceptum per quod decernimus atque iubemus ut praefatae res in Bochonia consistentes in loco qui dicitur Hartrateshus cum silua illuc pertinentem omnibusque appendiciis in terris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem sancti Bonifacii fuldensis monasterii tradimus atque transfundimus. Ea uidelicet ratione ut ab hodierna die et deinceps per hoc nostrae auctoritatis praeceptum plenius in dei nomine confirmatum nullo inquietante sed deo auxiliante perpetuis temporibus praefatae res ad praescriptum monasterium permaneant absque ulla contradictione. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris uerius credatur et diligentius obseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus. et anuli nostri inpressione assignare iussimus. 871, 15. Juni.

Signum (M) domni Hludouuici serenissimi regis

Hebarhardus cancellarius ad uicem Liutberti archicappellani recognoui et (R S)

Data XVII kal. iul. anno Christo propitio XXXI regni domni Hludouuici serenissimi regis in orientali Francia regnante indictione quarta Actum Tiburias in dei nomine feliciter amen.

610. Ludouuici regis confirmatio decimarum.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi Ludeuuicus propiciante clementia dei rex. si ea quae predecessores nostri Pipinus Karolus Ludeuuicus superna dignatione 874, 18. Mai.

---

608. P. 563, II, 212.

609. OU. Eb. II, 10a. Schannat trad. 516 giebt die Urkunde »ex veteri apographo«, welches nicht unbedeutende Abweichungen enthält. [1]) Das Wort steht in der Urkunde zweimal.

610. OU. (?) Eb. II, 38a, jedoch nur die zweite Hälfte, da das vorhergehende Blatt, auf welchem die erste Hälfte stand, herausgerissen ist. Ferner Eb. II. 57b in sehr abgekürzter Form, abgedruckt in meinen tradi-

Digitized by Google

illuminati ac suorum fidelium deuotis admonitionibus | instigati pro statu et felicitate aecclesiarum siue seruorum dei statuere decreuerunt nostris confirmamus edictis. hoc nobis procul dubio ad eternam beatitudinem regnique nostri tutelam profuturum esse credimus. atque exinde dominum retributorem in posterum habere | credimus. Igitur notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae et nostris fidelibus qualiter nostris temporibus oborta est questio inter Liuperdum Mogontine sedis primatem et Sigehardum fuldensis caenobii abbatem de decimis | .....[1]) et quia tale negotium nisi in nostri presentia determinari non potuit. euocauimus ..... in nostram scilicet curtem Ingilunhem. ubi maiores regni conuenerunt. episcopi. abbates. comites. nobiles|que quam plurimi. idonei fautores. testes ac iudices huiuscemodi causae determinandae. quos hic nominatim assignare precepimus. Liuperdus mogontinae ciuitatis metropolitanus et archicapellanus. Williberdus coloniensis antistes. Arn wirciburgensis episcopus. Adalhelmus nuormacensis episcopus. Gebehardus spirensis episcopus. comites uero Erluuin aulicus preses. Liuthere comes. Friderat comes. ôdalrih comes. Manegolt comes. Kristan comes. Christo igitur propicio ac mediatore qui pacis et karitatis amator ac largitor est. in nostri presentia concordantibus predictis episcopis. comitibus omnique conuentu nobilium personarum ipso etiam Lyutperdo pro timore dei et amore iusticie in id ipsum consentiente. cum sacramento iurisiurandi eedem decimae ..... prouincia confirmatae sunt ad sanctum Bonifatium Christi martirem in locis ac uillis subter annotatis a ueracibus testibus. aduocatis scilicet prefati monasterii quorum hec sunt nomina. Gumbrat. Wolfhere. Madalrih. Moroch. Lyutolf. Angildeo. Engilbalt. Krappoto. Atto. Gelarat. Hartrat. Folcnant. Adalhelm. Gerrat. Reginhart. Waltbrat. Ru..... Uuerdant. locorum autem et uillarum nomina hec sunt. Friemmari. Kintiléba. Busileba. Mulinhus. item Mulinhus. Baringe. Vaneri. item Vaneri. Tunnaha. item Tunnaha. Tungidi. Tullinestat. Thachebah. Ansoltesleha. item Vaneri. Sumeridi. item Sumeridi. Nordhusa. Arolfeshusa Bitbahe. Berolfesstaht. Odestat. Zuzestat. Zimbra. Berstat. Holzhusa. Atamannesthorph. Busileba. Fargelaha. Brantbah. Sueherbrunno. Hastinesleba. Ród. Hadebrantesrod. Alarici. Elerina. Uuizanbrunno. Hago. Furari. Tricusti. Gundesleba. Holzsuozara. Beneleba. Bezzinga. Crichi. Gruzzi. Bolestat. Felichide. Tiodorf. Heldron. Bruslohon. Folcgereshusun. Katonbure. Snelmunteshusa. Gahesteti. Uuiderolteshusun. Eberolfesrod. Slethem. Hurbah. Burihtridi. Thuringohus. Zotanestat. Neuiri. Nelibi. Heringa. Ratingesstat. Gebenstat. Golherestat. Skidingi. Thriburi. Otumbah. Suabah. Bilinga. Heltrunga. Unoteneshusa. Mannestat. Frumiherestorph. Duenestat. Eberstat. Buotestat. Fugelesbure. Istat. Ypanenhusa. Herimotestat. Obiminestorpf. Heuuibah. Kezzilari. Denesteti. Meiskestorph. Oterestorph. Laharessteti. Almunsteti. Sulzbah. Romastat. Vnfridestat. Lantahesstat. Suabohusa. Nemannestorph. Trehunestorph. Wonisestorph. Moinuuinida. Finichestorph. Turuifelt. Rottorph. Vmpredi. Calo. Zitemorotenstenni. Helidingi. item Helidingi. Ingridi. item Ingridi. Kessinentorph. Trumbestorph. Zutileba. Buffileba. Madaha Nezemannestorph. Eodem ordine et in ceteris regionibus in nostri presentia in predicta curte Ingi-

---

tiones c. 35. Sch. dioec. 239, 8. Ich halte die Urkunde nicht für das Original, schon wegen der Schrift, welche gänzlich abweicht von der in andern Urkunden aus dieser Zeit. Ferner stimmt die Schreibung einzelner Eigennamen nicht mit der in jener Zeit üblichen überein. Endlich hat das noch vorhandene Bruchstück des Siegels keine Aehnlichkeit mit den andern bekannten Siegeln Ludwigs des Deutschen. [1]) Die sämmtlichen Lücken sind in der Urkunde radirt.

Digitized by Google

lunhem decimae ad sanctum Bonifatium confirmatae sunt. in Wormacense et Renense ab Adalhelmo aduocato. in Uuetreiba a Geltrato. Werdanto et Hararato. in Monihgouue a Folcnando. in Loganaha a Walcherdo. in Hassis a Gerhardo. in Salegouue a Reginhardo. in Graphelt a Ryuggero. Prenominatus autem abbas Sygehardus deprecatus est clementiam nostram ut et nos antecessorum nostrorum piam erga sancta dei loca deuotionem imitantes hoc nostrę confirmationis preceptum ei fieri iubemus ne inter eum et predictum archiepiscopum Lyutperdum uel successores eorum huiusmodi contentio ulterius oriretur. Unde decernimus atque iubemus per hoc nostrae auctoritatis preceptum ut prefato Sigehardo abbati eiusque successoribus abbatibus in perpetuum in regionibus et uillis supra determinatis nullo inquietante sed deo auxiliante absque ullius contradicentis obstaculo reddantur decimę fidelium. Et ut heo confirmatio decimarum stabilis et inconuulsa permaneat. hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Ludeuici serenissimi regis (M) filii Ludeuici imperatoris.

Hebarhardus cancellarius ad uicem Liutberdi archicapellani recognoui et[2]) (R) (S)

Datum anno domini DCCCLXXIIII. indictione VII. Regni uero domini Ludeuuici serenissimi regis in orientali Francia regnantis XXXVI.[3]) sub die XV. kal. iun. Actum in palacio Ingilunhem in dei nomine Amen.

611. Traditio Cunihiltae.

Si facultates nostras propter amorem dei et remissionem peccatorum ad loca sanctorum 874.
beneuola mente deferimus procul dubio in aeterna beatitudine remunerationem accipere credimus, idcirco ego Cunihilt sana mente salubrique consilio cogitans pro remedio animae meae et parentum meorum dono atque trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Sigihart abbas multitudini monachorum pius pastor praeesse dignoscitur traditumque in perpetuum esse uolo quicquid proprietatis habere uisa sum in pago Grapfelde in comitatu Kristani comitis in uillis uidelicet et terminis earum his nominibus nuncupatis Grinstat Suallunga Smalacalta Uuasunga Kazaha Heripha Gerratehus Uualtratehus Hibistat Sala Helidunga Glismuoteshusun Tanbah Botoluestat Gisanheim. Kristan comes illius loci iussor. cum mansis et mancipiis. nomina corum haec sunt Albung et uxor eius Hadugast et filii eorum. Albrat Uualtrat Herifrid Ellinsuuind Ata Lantsuuind Uuerinheri Benno et uxor eius Rihhilt et filii eorum. Thiotgelt Egillind Albuuin Berhart et filii eius. Ruodolt Haholt Berhart Heribrant Ratolt Scrot et uxor eius Brunhilt et filii eorum. Thiotman Ludimunt Uuilliger et uxor eius Uuielsuuind et filii eorum. Uuilliger Reginfrid Francrih et uxor eius Uuilliburg et filii eorum. Engilger Albun Reginsuuind Engilger et uxor eius Alblind et filii eorum. Hahger Hiltiburg Meginsuuind Ruodger et sorores eius. Heriuuih Hiltun Thiotburg

---

[2]) Das Wort et und das Recognitionszeichen stehen über den Worten ad uic. Liut. arch. Von dem Siegel ist nur ein kleines Stück übrig, auf dem man ein Büschel von fliegenden Haaren erkennt. Von der Umschrift sind die letzten fünf Buchstaben erhalten: ICVS I. [3]) Das Datum ist wahrscheinlich in neuerer Zeit verändert worden; in der Indictionszahl ist ein Einer, in der Zahl der Regierungsjahre dagegen sind zwei Einer ausgekratzt. Eberhard schreibt hier richtig: ind. VII. und anno regni — XXXVI; in dem Summarium weicht er ab; s. meine Anmerkung dort. Die Aenderungen in den Ortsnamen bei Eberhard finden sich in dem Summarium c. 46, welches mit der Urkunde zu vergleichen ist.

611. P. 569, II, 283 und wiederholt 574, II, 243. Tr. 517.

Digitized by Google

Engila Seliuuib et filii eius. Thiotger Thiothed Irminsuuind Megingoz Gernand et uxor eius Helida et filii eorum. Sindgoz Gernand Rata Nendilo Hiltibirg Adalbraht Adalo Liutger Bilihilt et filii eius. Gerolf Adala Reginheri Baugolf Ashilt Gozmunt Uuerindrud Uuoluolt Mahtsuuind Hitta Totta Uuerindrud Gozmunt Liobuuiz Adaluuiz Uuihmuot Etta Folcolt Liomann. ea tamen ratione ut quamdiu ego uixero ad usus humanos tam istam traditionem quam etiam beneficium a rectoribus monasterii s. Bonifatii mihi praestitum possideam. post obitum uero meum cuncta aucta atque meliorata ad praedictum martyrem Christi et ad rectores eiusdem monasterii reuertantur. Praeterea rogo atque obsecro ut traditio haec quam ego deo et s. Bonifatio tradidi post discessum meum de hoc seculo intemerata permaneat ita ut nulli hominum in beneficium praestetur sed ad generales usus fratrum in eodem loco sub regula et abbate diu noctuque militantium perpetualiter deseruiat. Huoggi presbyter et monachus scripsit.[1]) Facta est haec traditionis kartula anno dominicae incarnationis DCCCLXXIIII. indictione VII. regni autem Hludouuici gloriosissimi regis anno XXXIIII. coram his testibus. signum Kristani comitis. Ruodger Uualdman Uuerinfrid Haholt Maraholt Albrih Erlebraht Galaman Ruodolt Helphirih Ruotger Truogo Geberoh Zazo Herimuot Gerolt Ostrolf Uualdman Meginolf Baldrih Uuarto Milo Arndeo Otger Etih Otmar Hiltuuin Haicho Otleib Goteram Thiothraht Embrico Engilbraht Seggi Bern Erluuin Uuenibraht.

612. Traditio Elli Ermanolti et Baldes.

878, 14. Februar.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego Elli Ermanolt et Bald tradimus potestatiua manu ad monasterium Fuldam ubi egregius martyr Christi Bonifatius sacro corpore requiescit et uir honorabilis Sigihart abbas turbae monachorum pius probatur praeesse pastor quicquid nobis Haholt tradidit in suam elimosinam et parentum suorum ad supradictum martyrem tradendum id est in uilla quae uocatur Hostheim in pago Grapfelde in comitatu Kristani comitis quicquid ibi iure haereditario proprietatis moderno tempore habuit in terris cultis et incultis domibus aedificiis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus pecoribus id est oues XL. aucae XVIII. pululli II. capones II. mobilibus et immobilibus et ea cuncta quae in praefato loco proprio elaboratu et in his terminis possedit et XXVI. mancipia quorum nomina inferius sunt scripta. Helmtag et filii eius duo. Liutran Uualdhart Albger et uxor eius Burguuih et filius eius. Uualtheri Albrih Libbraht Reginheri et uxor eius Liobbilt et filii eius duo. Ruoduuin Starcman Cunisuuind quae habet filios quatuor. Berehtgis Thrasamuot et uxor eius Uuillirat quae habet unum filium. Reginlind. cum omni supellectili eorum et sumptu ea uidelicet ratione ut a die praesente praefatus abbas eiusque successores firmam et incontradictam in omnibus habeant potestatem ac deinceps suis posteris ad possidendum perpetuo relinquant. Acta est haec kartula traditionis in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCLXXVI. indictione VIIII. anno XXXVI. Hludouici imperatoris mense februario die XIIII. mensis eiusdem his testibus subscriptis. Elli Ermanolt Bald Amalheri presbyter Meginbraht presbyter Albrih Zazo Adalolt Marahbald Seggi Folcram Reginhart Albuuin Uuaho Selomuot Vogo Muoto.

---

[1]) In der zweiten Niederschrift steht am Schlusse nach den Zeugen: »*Huoggi* presbyter et monachus primiscriniusque relegit.

612. P. 570, II, 234 und der Anfang wiederholt 575, 244. Tr. 519.

Digitized by Google

613. Traditio Ruotgeres.

Non incognitum fieri omnibus fidelibus nostris desideramus quod nos quatuor germani 876, 23 Juli.
Recco uidelicet Uuerinfrid Haholt et Huomo aequo animo parique consilio communi manu tradimus tibi Ruotgere in fidei tuae manum quicquid proprietatis uisi sumus habere in pago Grapfelde in uilla quae dicitur Uualdbariugi ut ad monasterium sancti saluatoris in quo egregius martyr Christi Bonifatius sacro pausat corpore in elimosinam nostram nostrorumque propinquorum tam uiuentium quam defunctorum tradas ubi eximius uir Sigihart abbas multorum gregem monachorum pius pastor sub norma regularis uitae regendo praeesse uidetur tam terris quam siluis pratis pascuis aedificiis sepibus aquis molendinis aquarum cursibus quicquid dici uel nominari potest ea uidelicet ratione ut a die praesente ratum et stabile permaneat ad priuatum praedicti martyris seruitium et fratrum illic deo seruientium et ut nullius clerici uel laici aut alicuius personae beneficium umquam fiat et si unquam factum fiat nos iure hereditario praedictum locum accipiamus uel successores nostri accipiant. Facta est haec traditionis kartula in monasterio Fulda anno dominicae incarnationis DCCCLXXVI. indictione octaua [1]) anno XXXVI. Hludouuici imperatoris mense iulio die XXIII. eiusdem mensis his testibus praesenti astantibus. signum Ruotgeres qui hanc traditionem potestatiua manu quatuor supra memoratorum germanorum rogatu fecit. † Huomen † Albrih † Embrichen † Grimoltes † Liuthartes † Seeges † Meginhartes † Erphrates † Helpfuuines † Engilbraht † Baben † Gerhartes † Uuenibrahtes † Suuanagen. Gozmar diaconus scripsit.

614. Praeceptum Ludouuici regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Ludowicus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus Christi fidelibus sanctę dei ęcclesię filiis nostrisque familiaribus tam presentibus quam et futuris. qualiter Sigihardus uenerabilis abbas fuldensis monasterii obtulit obtutibus nostris quoddam preceptum [1]) quod domnus auus noster Karolus imperator bonę memorię fieri iussit Ratgerio uenerabili abbati eiusdem fuldensis monasterii ubi domnus Bonifacius martir Christi precioeus corporaliter requiescit. quod constructum est infra uastam solitudinem Bochonię in quo scilicet precepto conscripto continebatur insertum. ut de uillis ęcclesię sancti Bonifacii. seruis etiam et colonis in illis uillis manentibus. quas moderno tempore habere uidetur uel quas deinceps in iure ipsius sancti loci diuina pietas uoluerit amplificare. habeat predictus abbas Ratgerius et successores eius potestatem decimas accipiendi propter ędificia perficienda uel restauranda quę dilapsa sunt luminariaque ecclesiarum conquirenda. et ut sibi fidelibusque suis pauperibus quoque et peregrinis tempore susceptionis usus necessarios possint prebere secundum id quod sanctę regulę preceptum iubet monachos in susceptione hospitum pauperumque semper esse paratos. Et illud preceptum quod domnus Karolus auus noster confirmauit et nos confirmamus ac roboramus. Idcirco enim prenominatus abbas Sigihardus deprecatus est clementiam nostram ut et nos hoc auctoritatis preceptum ei fieri iuberemus. fecimus ergo deuote quod rogauit precipientes regali decreto. ut sicut domnus auus noster eis concessit ita et per hoc nostrę auctoritatis preceptum plenius in dei nomine

---

613. P. 571, II, 285. Tr. 518. Vergleiche Nr. 601. [1]) Lies nona.

614. Eb. I, 103a mit der Randbemerkung »sigill. est,« und wiederholt 104a mit einigen unbedeutenden Abweichungen, jedoch wird Carl immer *proauus* statt *auus* genannt. [1]) s. Nr. 247.

Digitized by Google

confirmatum nullo inquietante sed deo auxiliante firmum et stabile permaneat absque ulla contradictione. Et ut hęc auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus uerius credatur et diligentius obseruetur manu propria subter signum fecimus et anuli nostri inpressione confirmauimus.

Signum domni Ludowici pii regis.

615. Praeceptum Ludouuici imperatoris.

Lŏdowicus Romanorum imperator augustus. Quoniam quidem diuino munere cęteris mortalibus presumus. restat ut peticionibus fidelium ob diuinum cultum sublimandum aurem clementię nostrę libenter accomodemus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum sollertia qualiter Sigehardus abbas fuldensis monasterii adiens celsitudinem nostram conquestus est nobis quoddam bonum suo monasterio a nostris parentibus contraditum sed a quibusdam pestilentibus Saxonię tyrannis iniuste pregrauatum Gerstungen uocabulo situm in terminis Thuringię. rogauitque ut nostra illud preceptione liberaremus et imperiali tuitione muniremus. quod et fecimus et faciemus. Iussimus ergo hanc preceptionis nostre cartam inde conscribi precipientes. ut nullus hominum eundem locum a patre meo Karolo sancto Bonifacio contraditum a fuldensi monasterio auferre audeat uel inuadere presumat sed sit locus ille cum omnibus appendiciis suis in perpetuum subsidium fratrum constitutus atque a nobis et ab omnibus regibus uel imperatoribus perpetua defensione munitus.

616. Praeceptum Ludouuici imperatoris.

In nomine sancte et indiuiduc trinitatis Ludewicus Romanorum imperator augustus. Quoniam ea quę monasterii locis deo dicatis a fidelibus sanctę dei ecclesię iure traduntur nostra auctoritate corroborari debentur. idcirco notum esse uolumus omnibus nostris Christique fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter ob peticionem fidelis nostri Sigehardi fuldensis abbatis tradimus et confirmamus eidem fuldensi monasterio loca quedam a nostris parentibus Pippino et Carlomanno contradita hoc est Cellingen. Recibah. Totdelbach. et Huntesfelt. cum omnibus appendiciis et compertinentiis suis traditaque et confirmata ea in perpetuum esse decernimus. Iussimus ergo presentem cartam inde conscribi et nostrę auctoritatis precepto eam confirmari per quod iubemus firmiterque mandamus ut predictus abbas de his locis firmam habeat potestatem quicquid utilitatis suę ęcclesię exigit inde faciendi sine ullius contradictionis obstaculo. Et ut hęc tradicio firmiorem in dei nomine postmodum obtineat stabilitatem manu nostra subter firmauimus anuloque nostro signiri iussimus.

Signum domni Ludowici gloriosissimi imperatoris augusti.

617. Traditio Erluuini.

376. Ego in dei nomine Erluuin trado ad s. Bonifatium qui in monasterio fuldensi sacro quiescit corpore ubi uenerabilis abbas Sigihart monachis praeesse uidetur traditumque in perpetuum

---

615. Eb. II, 68a. Diese und die folgende Urkunde scheinen sehr verändert worden zu sein. Die Bezeichnung patre bei Karolo ist offenbar unrichtig; von der Schenkung selbst durch Carl ist nichts bekannt.

616. Eb. II, 68b.

617. P. 569, II, 232.

Digitized by Google

esse uolo in elimosinam meam et uxoris meae quicquid proprietatis habeo in uilla quae dicitur Munrichesstat hoc est areas duas et mansas duas molendinum unum cum caeteris adiacentiis siluis pratis pascuis aquis ea ratione ut quamdiu uixero et uxor mea totum illud per praestariam supradicti abbatis possideamus singulisque annis detur mihi uestimentum lineum unum post duos annos laneum post annos tres pallium sicque post obitum nostri auctum et melioratum ad rectores monasterii memoratae res reuertantur. Acta traditio anno XXXVI. regnante Hludouico gloriosissimo rege orientalium Francorum coram his testibus. signum Erluuini traditoris † Sigiharti abbatis † Engilheri presbyteri † Haichoni presbyteri † Uuilloni presbyteri † Ratolfi presbyteri † Adalfridi presbyteri † Geroh † Uuignand † Sandrat † Reginhart † Amalung † Adalfrid. Heiurich indignus subdiaconus scripsit.

618. Priuilegium Iohannis papae.

Iohannes episcopus seruus seruorum dei Sigihardo religioso abbati uenerabilis mona- 876, 3. Octosterii domini saluatoris et per te in eodem uenerabili monasterio successoribusque tuis abbatibus imperpetuum. Quoniam semper sunt concedenda quae rationabilibus congruunt desideriis oportet ut deuotioni conditoris pie constructionis auctoritas in priuilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis quatenus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis Fuldaha priuilegii sedis apostolicę amminiculis decoretur ut sub iuris dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus aecclesiae constitutum nullius alterius aecclesiae iuris dicionibus submittatur Pro qua re piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet aecclesiae sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere [aut] auctoritatem praeter sedem apostolicam et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse uidetur cui licentiam concedimus tantum cum oportunitas consecrandi altaris fuerit prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam praesumat omnino celebrare ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. Ceterum uero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostrae sollicitudini aecclesiasticę intimetur qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti aecclesiastico studio mancipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrae a norma iustitiae aliquo modo retorqueatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicumque cuiuslibet aecclesiae praesul uel quacumque dignitate praedita persona hanc nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit et iram dei incurrens a coetu omnium sanctorum extorris existat et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa. Scriptum per manum Pauli notarii et scriniarii sanctae romanae aecclesiae in mense octobrio indictione nona. Bene ualete. Datum quinta nonas octobrias per manum Gregorii nomencimissi

---

618. Von dieser Schirmbulle sind zwei Copien vorhanden, aus dem 10. und 11. Jahrhundert; ferner steht sie bei Eb. I, 7a und mit einem Zusatze vermehrt 39a. Schannat Dioec. 238, 7 setzt sie in das Jahr 873, indem er das Datum, welches in allen vier Abschriften ganz gleichlautend ist, geändert hat.

Digitized by Google

et apocrisiarii sanctae sedis apostolicae regnante imperatore domno Ihesu Christo anno pontificatus domni Iohannis summi pontificis et uniuersalis papę et episcopi [1]) indictione NONA.

619. Immunitas Hludouuici regis.

875,10 April. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus diuina fauente gratia rex. Constat nos diuina dispensante gratia caeteris mortalibus supereminere unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. quapropter conperiat | industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum quia uir uenerabilis Sigahardus abba ex monasterio quod dicitur Fulda quod est in pago Grapfelt constructum in honore sancti Bonifacii martyris ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit | adiens excellentiam culminis nostri optulit nobis quandam auctoritatem immunitatis domni et genitoris nostri Hludouuici gloriosi regis in qua continebatur qualiter idem clarissimus princeps praefatum monasterium cum monachis ibidem domino militantibus et cum rebus uel hominibus ad se | iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisset defensione et immunitatis tuitione. Obsecrauit namque praescriptus abba ut similiter ipsum monasterium cum monachis ibidem deo famulantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinentibus sub nostra constitueremus defensione et paternae auctoritati | nostram iungeremus auctoritatem Cuius petitionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus libenter accommodauimus et beneficio quod postulauit assensum praebuimus. Et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et ueneration em ipsius sancti loci tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus. per quam in futurum sanccimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uillas loca uel agros [1]) possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis concessum praefatum possidet monasterium uel quae deinceps in ius ipsius loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas iudiciario more audiendas uel freda undecumque exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt exigere presumat. sed liceat praefato abbati suisque successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi subiectis sub immunitatis nostrae defensione possidere et nostro fideliter parere imperio. Et quicquid de praedictis rebus ius fisci exigere poterat pro aeterna remuneratione praefato monasterio et monachis concessimus. Et si quando diuina uocatione iam fatus abba uel successores eius de hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire possint qui ipsam congregationem secundum regulam pii patris Benedicti regere ualeant per hanc nostram auctoritatem consensum et licentiam habeant eligendi abbates. Haec uero auctoritas ut plenior em in dei nomine optineat firmitatem manu propria subter eam firmauimus et anulo nostro sigillare iussimus.

---

[1]) Schannat hat hinter dieses Wort, welches abgekürzt epī geschrieben ist, *primo* eingeschoben vermuthlich deshalb, weil bei anno die Zahl fehlt, und ausserdem hat er an beiden Stellen die Indictionszahl geändert und *sexta* geschrieben.

619. OU. Eb. I, 86a. H. F. II, 136, 22. Vindic. tab. 6. [1]) Es fehlen hier die Worte seu reliquas; m. v. den Immunitätsbrief Ludwig's II. vom J. 834 Nr. 486; ebenso fehlen sie in den folgenden Wiederholungen dieses Briefes.

Digitized by Google

Signum Hludouuici (M) serenissimi regis Uuolfherius cancellarius ad uicem Liutberti archicappellani recognoui et (R S)

Data .IIII. id. apr. Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVII. [2]) indictione XI. Anno secundo regni Hludouuici serenissimi regis in orientali Francia regnantis. Actum Salz uilla regia in dei nomine feliciter amen.

620. Traditio Hludouuici regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouuicus diuina fauente gratia rex. si 880, 24. Juli.
locis deo dicatis quiddam nostrae regine potestatis impenderimus ad profectum seruitorum dei hoc nobis | ad aeternae retributionis premia capessenda profuturum indubitanter credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum iudustria qualiter nos | ob amorem domini nec non et pro nostrae mercedis augmento ad monasterium quod dicitur Fulda situm in silua Bochonia et est constructum in honore sancti Bonifacii martyris Christi cui uenerabilis abba Sigahardus praeesse | uidetur. quasdam res proprietatis nostrae concessimus. hoc est in pago noncupato Muselahgeuui in comitatu Adalhardi. uillam quandam quae dicitur Berge. quod et ipsum auus noster Hludouuicus ad iam dictum | monasterium tradidit sed quod non rationabiliter confirmatum ab ipso est quorundam interpellatione interceptum est. Nos autem ob amorem domini nostri Ihesu Christi pios antecessorum nostrorum affectus erga sancta dei loca imitantes iteratam traditionem praedictarum rerum fieri uoluimus ad praefatum monasterium. uillam scilicet praenominatam in proprietatem et dominationem Sigahardi abbatis et successorum eius nec non et fratrum in iam dicto loco domino seruientium condonauimus. cum omnibus appenditiis. cum domibus. aedificiis. mancipiis. campis. agris. pratis. pascuis. siluis. cultis et incultis. aquis aquarumque decursibus. uiis et inuiis accessibus et adiacentiis finibus exitibus et regressibus. ut de his nunc et deinceps omni tempore liberam in omnibus habeant potestatem faciendi quicquid eis libuerit. quatinos eos pro nobis. coniuge. proleque nostra. domini misericordiam melius exorare delectet. Et ut haec nostrae concessionis et iteratae traditionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris melius credatur et diligentius obseruetur. manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Hludouuici (M) serenissimi regis. Arnolfus cancellarius ad uicem Liutberti archicappellani recognoui et (R) (S)

Data .VIIII. kal. aug. Anno dominicae incarnationis DCCC. LXXX. indictione XIII. Anno IIII^to regni Hludouuici serenissimi regis. Actum Fulda monasterio in dei nomine feliciter amen.

621. Traditio Adalolti.

Diuinae sanctionis penitus fidem gerens qua dictum est date elimosinam et omnia munda 880.
erunt sicut aqua. quapropter ego Adalolt indignus presbyter dono atque trado in elimosinam meam parentumque meorum ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in loco qui dicitur Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerabilis Sigihart multitudini praeesse dignoscitur monachorum quic-

---

[2]) Es fehlt an der Zahl ein Einer, welchen Schannat ohne alle Bemerkung auch hinzugesetzt hat.

620. OU. Tr. 520.

621. P. 490, I, 148. Tr. 521.

Digitized by Google

quid iure proprietatis uisus sum habere in locis nuncupatis in pago Folcfelde in uilla quae dicitur Brunnonstetin et Uuigriheshusun et in Speozesheim et in Greezzesstat quicquid in praedictis locis possideo in quibuscunque rebus mobilibus et immobilibus aedificiis septis locis cultis et incultis campis siluis pratis pascuis aquis aquarum decursibus mancipiis equis domitis et indomitis et omni supellectili intrinsecus et exterinsecus ea scilicet ratione ut ad dies uitae meae cum rebus a praenominato monasterio in beneficium mihi concessis frui licitum sit et post dies uitae meae nullo contradicente cohaeredum meorum in praedicti martyris propria seruitute permaneat et si quis huius traditionis contradictor quod minime reor existat eius malitia in se ipsum retorqueatur et quod uelit perficere nequeat. Facta haec traditio anno dominicae incarnationis DCCCLXXX.

622. Immunitas Karoli imperatoris.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Karolus diuina fauente clementia imperator augustus. Constat nos diuina dispensante gratia caeteris mortalibus supereminere unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeremus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum quia uir uenerabilis Sigahardus abba ex monasterio quod dicitur Fulda quod est | situm in pago Grapfelt, constructum in honore sancti Bonifacii martyris Christi ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit, adiens excellentiam culminis nostri obtulit nobis quandam auctoritatem immunitatem [1]) fratris nostri Hludouuici piissimi regis in qua continebatur qualiter | idem clarissimus princeps praefatum monasterium cum monachis ibidem domino militantibus, et cum rebus, uel hominibus, ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus, sub sua constituisset defensione et immunitatis tuitione. Obsecrauit namque praescriptus abba ut similiter ipsum monaste|rium cum monachis ibidem [deo] famulantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinentibus sub nostra constitueremus defensione et fraternae auctoritati nostram iungeremus auctoritatem. Cuius petitionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus [2]) et beneficio quod postulauit assensum praebuimus. Et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et ueneration em ipsius sancti loci tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus, per quam in futurum sanccimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uillas loca uel agros [3]) possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis concessum praefatum possidet monasterium uel quae deinceps in ius ipsius loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas iudiciario more audiendas uel freda undecunque exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt exigere praesumat sed liceat praefato abbati suisque successoribus res eiusdem monasterii cum omnibus sibi subiectis sub immunitatis nostrae defensione possidere et nostro fideliter parere imperio. Et quicquid de predictis rebus ius fisci exigere poterat pro aeterna remuneratione praefato monasterio et monachis concessimus. Et si quando diuina uocatione iam fatus abba uel successores eius de hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire possint qui

---

622. OU. Eb. 1, 87b. H. F. II, 137, 23. Vind lab. VI. [1]) L. *immunitatis*. [2]) Es fehlen die Worte *libenter accommodauimus*, welche Eberhard am Rande hinzugesetzt hat. [3]) Vergl. Anm. 1 zur Nr. 618.

Digitized by Google

ipsam congregationem secundum regulam pii patris nostri Benedicti regere ualeant per hanc nostram auctoritatem consensum et licentiam habeant eligendi abbates. Haec uero auctoritas ut pleniorem in dei nomine optineat firmitatem manu propria subter eam firmauimus et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni (M) Karoli serenissimi imperatoris

Uualdo cancellarius ad uicem Liutuuardi archicancellarii recognoui [4]) (S) [Data per manum Liutuuardi .II. idus Mai. Anno .IIII. regni Karoli inuictissimi regis.] [5])

623. Traditio Karoli regis.

Karolus rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum. Si peticiones nostrorum fidelium sanctę dei ęcclesię iusta et rationabilia petentium ad effectum perduxerimus. hoc nobis procul dubio ad ęternę remunerationis premia capessenda profuturum esse liquido credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria. qualiter Sigehardus uenerabilis abbas una cum turba monachorum nostram adiens serenitatem postulauit ut quasdam res proprietatis nostrę pro dei timore et reuerentia sancti Bonifacii martiris necnon et remedio animę nostrę et parentum nostrorum in ius et proprietatem fuldensis ęcclesię traderemus. Quorum peticionibus aures nostrę mansuetudinis accomodantes decreuimus pro dei amore et reuerentia sancti Bonifacii martiris et pro remedio animę nostrę ac parentum nostrorum ita fieri. Dedimus itaque ad prefatum locum de rebus nostrę proprietatis in Wetereiba in comitatu Adalhardi ad Rosbach uocato loco mansos VIII. cum mancipiis his nominibus. Werenhere et uxor eius. Anstrat cum duobus filiis. et Adalberto et uxore eius. Eberolt et uxor eius. Mahthilt cum filio. Adulhoh et uxor eius. Liutsuint cum filiis suis. Ervvin et uxor eius. Osanna cum filiis suis. et omnibus ad se iuste et legaliter pertinentibus. mansis pratis terris siluis cultis et incultis aquis aquarumue decursibus uiis et inuiis necnon et cum omnibus adiacentiis et finibus suis. Hęc omnia superius nominata ad prefatum fuldense monasterium donamus et tradimus perpetualiter possidendum eo scilicet rationis tenore ut ad luminaria eiusdem sancti loci habeantur. Et ut hec auctoritas nostrę concessionis et donationis pleniorem in dei nomine obtineat firmitatem et per futura tempora cunctis nostris fidelibus uerius credatur et diligentius obseruetur. manu propria subter confirmauimus et anuli nostri impressione insigniri iussimus. 881, 7. April.

Signum domni Karoli serenissimi augusti regis.

Ego Sygowinus ad uicem Liuthardi cancellarii recognoui.

Datum VII. idus apriles anno dominicę incarnationis DCCC. LXXX. IIII. indict. II.

---

[4]) Das Recognitionszeichen fehlt; das Siegel ist über der Zeile angebracht. [5]) In der Urkunde fehlt das Datum; wahrscheinlich stand es am untern Rande und ist weggeschnitten worden. Das in Klammern hinzugefügte findet sich bei Eberhard; dasselbe ist jedoch unvollständig und es bleibt unentschieden, welches Jahr gemeint sei; auf jeden Fall hat Abt Sigihard sich diesen Immunitätsbrief erst nach dem Tode Ludwig's des Jüngern geben lassen.

623. Eb. II, 25a. Tr. 522.

Digitized by Google

624. Traditio Karoli imperatoris.

883, 23 September.

[In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Karolus diuina fauente clementia imperator augustus. Si ad loca quę diuino cultui sunt mancipata] liberalitas nostra aliquod emolumentum | prebuerit procul dubio deum nobis pro hoc placabiliorem ac nos prolixius regnaturos liquido credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque presentium scilicet et futurorum sollertia | qualiter placuit nobis quasdam nostrae iuris res in uilla que uocatur Pechstat [1]) id est quicquid Meginuuard uassallus noster ibi in beneficium habere uidebatur pro amore dei et remedio anime nostrae | sancto Bonefatio qui in monasterio quod nuncupatur Fuldam requiescere dinoscitur concedere. eo uero tenore ut per singulos annos in annuali nostrae consecrationis die hoc est epiphania domini | et postea in annuali nostri transitus die memoriale nostrum sacris orationibus recitetur. ac fratres in eodem monasterio commanentes eadem die inde reficiantur. Jussimus autem hoc nostrae auctoritatis preceptum inde conscribi per quod decernimus atque iubemus. ut haec eadem supradictae res id est quicquid Meginuuart in uilla que uocatur Pechstat henefitialio iure habere uidebatur deinceps ad praefatum uenerabilem monasterium Fuldam cum omnibus sibi adiacenciis pertineant. hoc est aedificiis. custiş. [2]) campis. siluis. pratis. aquis. aquarumquo decursibus. uiis et inuiis. et cum omnibus ad eundem locum pertinentibus perpetualiter fratribus ad seruiendum permaneat. Et ut haec nostrae auctoritatis concessio nostris futurisque temporibus inuiolabilem obtineat uigorem. manu propria subter eam firmauimus. et anuli nostri inpressione sigillari iussimus.

Signum (M) domni Karoli serenissimi imperatoris.

Salomon cancellarius ad uicem Liutuuardi archicancellarii recognoui et (R) [3])

Data VIIII kal. octob. anno ab incarnationis domini nostri Ihesu Christi DCCCLXXXV. indictione III. anno uero regni domni Karoli piissimi imperatoris VIIII. imperii eius V. actum in palatio Franchenefurd. in dei nomine feliciter.

625. Concambium inter Sigihardum abbatem et Gotesdeu.

867, 16 April

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus. qualiter ego humilis Christi famulus Gotesdeu cogitans pro ęternę remunerationis obtentu proprietatem meam ad fuldense monasterium ubi sanctissimus Christi martir Bonifacius corpore quiescit humatus et ubi uenerabilis abbas Sigihardus fratribus preesse uidetur tradidi per manus Lutolfi et Ruthardi quicquid proprietatis habui in pago Badnegêwe in comitatu Eginonis in loco qui dicitur Tuęglenhusen in domibus aedificiis mancipiis campis agris pratis pascuis siluis cultis et incultis uiis et inuiis aquis aquarum decursibus et omnibus utilitatibus humani cultus. Contra hęc accepi per concambium in pago Graphelt in comitatu Heinrici in loco qui dicitur Munrichestat a prefato abbate cum consensu fratrum de rebus sancti Bonifacii quicquid in predicto loco habuit, ęcclesiam uidelicet cum domibus edificiis mancipiis campis agris pratis pascuis siluis cultis

---

624. OU. Eb. II, 36a. Tr. 523. Die eingeklammerten Worte der ersten Zeile sind in der Urkunde ausgekratzt; ich habe sie aus Eberhard ergänzt. [1]) In diesem Namen ist an beiden Stellen mit anderer Dinte das *e* in *r* verändert worden und bei Eb. steht *Berstat*. Auf der Rückseite der Urkunde steht jedoch von einer sehr alten Hand: *De hehesteti Karoli imp.* [2]) So steht in der Urkunde; Eb. hat *cultis;* Schannat *curtis*. Die übrigen Schreibfehler der Urkunde sind leicht zu verbessern. [3]) Das Siegel fehlt.

625. Eb. II, 124b. Tr. 524.

Digitized by Google

et incultis uiis et inuiis aquis aquarum desursibus eo scilicet rationis tenore ut quicquid dedit et quicquid recepit diebus uitę suę habeat et usu fructuario teneat atque possideat. post eius uero decessum res ipsę nominatę sed undique melioratę ad sanctum Bonifacium reuertantur et annis singulis de argento ad missam sancti Bonifacii unciam unam persoluant. Huius rei testes sunt Boppo comes. Adelbraht. Arnolt. et alii.

Acta sunt hęc tempore Karoli imperatoris anno dominicae incarnationis DCCC. LXXXVII. XVI. kal. mai. indictione XIII. [1])

626. Traditio Sigisteines in pago grapfeldono.

Ego in dei nomine Sigistein trado in elimosinam meam meorumque propinquorum deo et sancto Bonifatio martyre Christi qui in monasterio super ripam fluminis quod dicitur Fulda sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Sigihart abbas multitudini monachorum preesse uidetur quicquid proprii habeo in hengisth[illegible]ono marcu coram his testibus Sigistein. Meginfrid. Uualtbraht. Ruotger. Uualtbraht. Citerih. Sigiboto. Ebermunt. Alhuuart diaconus. Tagabraht. Geralah. Asmar. Bobbo. Asmar. Fregibraht. Otrih. Ebermuot. Ludamar. Ebermunt. Facta est traditio anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVII. indictione V. X kalendas iunias. 887, 23. Mai.

627. Immunitas Arnolfi regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Constat nos diuina disponente clementia caeteris supereminere mortalibus unde oportet ut cuius pręcellimus munere eius studeamus modis | omnibus parere uoluntati. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria quis uir uenerabilis Sigihardus abba ex monasterio quod Fulta uocatur. quod situm est in pago Grabfeld constructum in honore sancti | Bonifacii martyris Christi ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit adiens culminis nostri excellentiam obtulit nobis quandam Caroli imperatoris augusti piissimi [1]) immunitatis auctoritatem in qua continebatur qualiter idem clarissimus princeps | praefatum monasterium cum monachis ibidem domino militantibus et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisset defensione et cum immunitatis tuitione. Obsecrauit namque praescriptus abba ut similiter | ipsum monasterium cum monachis illic deo famulantibus et cum rebus et hominibus sibi subiectis sub nostra constitueremus defensione et imperiali auctoritati regiam nostram iungeremus auctoritatem. Cuius petitionem quia iustam immo ratio|nabilem esse iudicauimus et beneficio quod postulauit libentissime assensum praebuimus. Et ideo hanc serenitatis nostrae auctoritatem ob dei amorem ipsiusque sancti loci uenerationem et tranquillitatem fratrum ibidem consistentium circa idem monasterium fieri decreuimus per quam in futurum sancimus atque iubemus. ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uillas loca uel agros possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis collatum praefatum possidet monasterium uel quae deinceps in ius ipsius loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas iudiciario 887, 11. December.

---

[1]) Die Indiction ist falsch.

626. C. 83a, 219. Hd. e. Tr. 525.

627. OU. Eb. I, 89a. H. F. II, 138, 24. [1]) Die vier Worte *Car. imp. aug. piis.* sind radiert und mit anderer Dinte geschrieben als der übrige Context.

Digitized by Google

more audiendas uel freda undecumque exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram illius commanentes distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt exigere praesumat. sed liceat praefato abbati suisque successoribus eiusdem cenobii cum omnibus sibimet subditis sub immunitatis nostrae protectione quiete possidere et absque omni perturbatione diuinum exercere obsequium nostroque fideliter parere imperio. Quicquid enim de predictis rebus ius fisci exigere poterat pro aeterna remuneratione iam suprascripto cenobio et monachorum congregationi sub regulari disciplina in eo commoranti concessimus. Et si quando superna uocatione iam fatus abba uel successores eius de luce huius uitae migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire possint qui eandem congregationem secundum regulam pii patris sancti Benedicti regere ualeant. per hanc nostram auctoritatem plenius in Christi nomine roboratam in aeuum consensum et licentiam habeant eligendi abbates. Haec uero auctoritas ut pleniorem perpetuis temporibus obtineat firmitatem manu propria nostra subtus eam confirmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (M) gloriosissimi regis

Engilpero notarius ad uicem Theotmari archicappellani recognoui et (R) (S)

Data .III. ID. DEC. Anno dominicae incarnationis DCCC. LXXX. VII. indictione. VI. Anno .I. regni domni Arnolfi piissimi regis. Actum Forhheim curte regia in dei nomine feliciter amen.

628. Traditio Martini.

Isti sunt testes qui uiderunt et audierunt quod quidam presbiter nomine Martinus cum consensu sui domini Bohhonis tradidit ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis uisus est habere in loco qui dicitur Buribah et in Einharteshuson illisque capturis quae illis interiacent locis in pago Graphelde in nordhemero marca in comitatu Adalberti. in aedificiis in areis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus et omnibus iure ad eum pertinentibus. ea uidelicet ratione ut quamdiu uixerit ea possideat. sique ei placuerit saeculum omittere quatinus ei et alio quem uoluerit in monasterio Fulda una oportuna adhibeatur mansio cum duobus stipendiis fratrum. et tamen possideat quae tradidit usque ad exitum suum. postea in ius et dominium praefati Christi martyris totum et integrum accipiatur. Ratolf diaconus et monachus. Egino presb. et mon. Matto presb. et mon. Regingoz presb. et mon. Liutalah presb. et mon. Haicho diac. et mon. Egizo diac. et mon. Helphrih subdiac. et mon. Liuthraht subdiac. et mon. Bobbo comes. Adalbraht. Bobbo. filii eius. Dagolf. Volrat. Vuago. Erkenger. Thietger.

629. Traditio Arnolfi regis.

880, 9. February

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Si ea quae superna dispensatione nobis in praesenti collata sunt largiter cum fidelibus quibuslibet nostris par-

---

628. C. 83b 221. Hd. e. Tr. 526. Die Urkunde ist undatirt. Graf Boppo erscheint als Zeuge in Nr. 625.

629. OU. Buch. 380. Obschon diese Urkunde mit Fulda in keiner Beziehung steht, so habe ich sie aufgenommen, da das Original hier aufbewahrt wird.

Digitized by Google

timur | ad aeternae salutis profectum id nobis esse profuturum liquido credimus. Quapropter nouerit omnium sancte dei aecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet et futurorum sollertia. qualiter nos | ob mercedis nostrae augmentum et pro merito hone fidelitatis et seruitutis cuidam neptis nostrae Hiltigardae. nassallo nomine Uuigant. quasdam res proprietatis nostrae in Franciae partibus | consistentes. quas quidam homines. Deotrih. uidelicet et Gozuuin. antea in beneficio habuerant in pago Puohunna dicto in comitatu filiorum Heimrici comitis in loco Taftaha nuncupato perpetuo iure | in proprium concessimus. id est curtem cum casa aliisque edificiis cum mansis et mancipiis. campis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. uiis et inuiis. molendinis. piscationibus. uineis. cultis et incultis. quesitis et inquisitis. mobilibus et immobilibus. accessibus et adiacentiis. finibus. exitibus et regressibus. et cum omnibus illuc iure ac legitime respicientibus. Haec itaque uniuersa memorato Uuigando dedimus atque de nostro iure sibi in ius et dominationem tradidimus atque contulimus. ea uidelicet ratione ut ex hodierno die et deinceps de his omnibus liberam habeat potestatem. tenendi. donandi. uendendi. comutandi. uel quicquid sibi exinde libuerit faciendi. nullo inquietante sed deo auxiliante hec donatio nostra perpetuis temporibus hoc nostri culminis praecepto roborata stabilis et inconuulsa permaneat. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris melius credatur et diligentius obseruetur. manu propria nostra subter eam firmauimus. et anuli nostri inpressione subter eam sigillare iussimus.

Signum Arnolfi (M) piissimi regis

Aspertus cancellarius ad uicem Theotmari archicapellani recognoui et (R) [1])

Data .V. id. Febr. indicione. VI. Anno dominice incarnationis. DCCC. LXXXVIII. Anno I. regni Arnolfi piissimi regis. Actum Regina ciuitate. In dei nomine feliciter. amen.

630. Traditio Gramani.

Ego in dei nomine Graman trado deo et s. Bonifacio ad monasterium quod dicitur Fulda 889. Januar.
ubi uenerabilis abbas Sigihart multitudinem regit monachorum quicquid ego et frater meus Saluman proprietatis habemus infra terminos illius uillae quae dicitur Cellinga praeter IV. iugera terris siluis pascuis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest totum et integrum transfundo ad praefatum locum perpetualiter possidendum et in monachorum ibidem deo famulantium usus uertendum. Acta haec traditio anno domin. incarnationis DCCCLXXXIX. mense ianuario coram his testibus. Sigihart abbas presbyter et monachus. Huogi presbyter et monachus. Thiotmar diaconus et monachus. Fridurih presbyter et monachus. Uuanger presbyter et monachus. Thioto presbyter et monachus. Lietolf presbyter et monachus.

631. Conçambium inter Sigihardum abbatem et Meginfridum.

Nouerit cunctorum sagacitas fidelium quod quidam uir nomine Meginfrid proprietatem 889. 20. Mai.
sibi traditam a Ludonico rege in loco qui dicitur Beinerestat et ab his locis legitimis captam

---

[1]) Das Siegel ist herausgeschnitten.

630. P. 490, I, 150. Tr. 527.

631. P. 491, I, 153. Tr. 528.

Digitized by Google

capturam in Drossestat quam etiam iniuste praepeditam sibi postea coram imperatore Carolo in suam requisiuit potestatem uolens tradere ad s. Bonifatium Christi martyrem almificum ut econtra aliquid suae proprietatis acciperet. sed uenerandus abbas Sigihartus sua fruens prudentia recusauit cum eo concambire nisi in praesentia serenissimi regis Arnolfi contigerit. Interea regali iussu uenerunt omnes principes regni eius ad palatium Francofurt ad regales tractandum causas et iste iam dictus uir petens praesentiam regis postulauit ut cum ipsi liceret suo iussu et consensu iam dictam proprietatem cum tota captura in ius tradere s. Bonifatii. Iste autem rex suum proferens consilium iussit istum istam proprietatem tradere in sua praesentia Gebeharto comiti ut ipsa concambitio quam inire uoluerit firmior esset. Fecit ergo ut iussus est et Gebehartus comes regale adimplens consilium et consensum imo iussum tradidit statim ad s. Bonifatium quicquid Ludouicus rex proprietatis habuit et Meginfrido gessit in Beinreatetono marcu in pago Grapfelde in comitatu Adalbrahtes iam dicto in loco Beinreatat et in captura Drosseatat totum et integrum in areis et aedificiis campis siluis pascuis pratis aquis aquarumque decursibus uiis et inuiis reditibus et exitibus terminis et capturis in ius et dominium transfudit praefati Christi martyris. Abbas uero contra dedit Meginfrido quicquid Christi martyr Bonifatius proprietatis habuit in Gunnissiu in pago Lagenahe. uestitura quoque totius concambii coram rege acta est anno dominicae incarnationis DCCCLXXXIX. indictione VII. mense maio die XX. coram istis testibus. Hattho episcopus. Adalbertus episcopus. Duato episcopus et ceteri. Uualah comes. Cuonrat comes. Liutfrid comes. Eberhard comes. Ruoccheri comes. Burchart comes. Erholf comes et ceteri. Heimo Uuinidheri Hartman Unignand Ratbald Gerhart Uuerdant Rehholf Hadaleih Uuarmunt Altuuin Unan Ruotbraht Gerlah Alarih Adalolf Adalung Germunt Albarih Folcnand Gunzo Hartrat Engilrih Embricho Ualto Leggi Bald Cunibraht Suuarzalah Sigfrid Erlabraht Uuargast Liutbraht Uuolmund Fricco Cunibraht Asuuin Adalman Hadabraht Zazo qui hanc traditionem et uestituram cum abbate accepit et cum suo nuncio Thangmaro monacho in ius s. Bonifatii consedendo quaesiuit.

632. Traditio Sigimunti.

889, Mai. Ego in dei nomine Sigimunt trado ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore quod situm est in pago Grapfeldon ubi uir uenerabilis Sigihart monachorum pius pater esse dignoscitur quatuor huobas in pago Salageuue et areolas quinque et quicquid ad easdem huobas pertinet in aedificiis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus mancipiis XII. quorum haec sunt nomina. Sigibraht Hruoding Gerhelm Berahthilt cum filiis quinque. Libhilt cum filia. Merisuuint Freuuihilt cum duobus filiis. Albhilt. ea uidelicet ratione ut quamdiu ego et coniunx mea uixerit utendum possideamus omnia praedicta post obitum uero meum et coniugis meae totum et integrum absque ullius contradictione a procuratoribus monasterii s. Bonifatii possideatur. Haec traditionis cartula facta est anno DCCCLXXXIX. mense maio iussu domini Sigihardi abbatis a Uuangario presbytero.

---

632. P. 491, I, 151. Tr. 529.

Digitized by Google

633. Traditio Arnolfi regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia rex. Si [1]) erga 889, 21. Juli.
loca diuinis cultibus mancipata curam gerimus et terreni honoris commodo donoque regali more ea | sublimando amplificare aatagimus. sempiternae remunerationis compendia nos inde adepturos esse manifestissime credimus. Qua de re omnium sanctae dei aecclesię fidelium praesentium scilicet ac futurorum | patescat agnitioni. qualiter nos pro aeterna parentum nostrorum commemoratione nec non prò animae nostrae remedio per quorundam procerum nostrorum admonitionem [2]) uidelicet Pobbonis et Deotpoldi quasdam iuris nostri causas | in pago qui uocatur Uuormazfelda in comitatu Megingaudi consistentes. id est ecclesiam unam cum appenditiis suis quae constructa est in uilla Dedichestein [3]) apellata ad sanctissimum dei martirem Bonifacium | qui infra ecclesiam fultensem corporaliter quiescere dinoscitur perpetuo iure in proprietatem concessimus. cum curtibus et aedificiis familiis ac mancipiis utriusque sexus agris terris cultis et incultis decimis uineis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus uiis et inuiis accessibus et regressibus molinis piscationibus quaesitis et inquirendis mobilibus et immobilibus et cum omnibus iure et legitime ad iam dictam basilicam respicientibus. Iussimus quoque hos nostrae auctoritatis apices inde conscribi per quos decernimus firmiterque iubemus ut memorata donationis noatrae ecclesia ab hodierna die et deinceps perpetuis temporibus cum omni integritate sua ad antedicti [4]) martyria Christi monasterium ad usus fratrum regulariter domino ibidem famulantium pro nostra parentumque nostrorum elemosina inuiolabiliter [5]) redeat atque pertineat. Et ut rectores eiusdem coenobii aicut et de caeteris rebus quae simili modo illuc disponente Christo collatae sunt habeant potestatem haec omnia quieto tenore possidere et iuxta utilitatem suam disponere. quatinus eosdem fratres [6]) tam pro nobis quam etiam pro antecessoribus nostris deuotius misericordiam dei implorare delectet. Et ut haec auctoritas nostra inuiolabilem in dei nomine per omnia tempora obtineat stabilitatem manu nostra subter eam roborantes anulo nostro iussimus insigniri.

Signum domni Arnolfi (M) serenissimi regis.

Aspertus cancellarius ad uicem Theotmari archicappellani recognoui (R) (S)

Data. XII. kal. aug. Anno dominicae incarnationis DCCC. LXXX. VIIII. indict. VII. Anno uero regni domni ARNOLFI piissimi regis. II. Actum Fulte [7]) in dei nomine feliciter amen.

634. Traditio Isanbrahti.

Si aliquid de terrenis facultatibus nostris benenola deliberatione ad loca conferimus 889.
sanctorum procul dubio inde nos in aeterna beatitudine remunerandos fore confidimus. idcirco ego Isanbraht trado in elimosinam meam ad s. Bonifatium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore ubi uir uenerandus abbas Sigihard pius est pastor domin. gregis quicquid proprietatis habeo

---

633. Von dieser OU. ist eine doppelte Ausfertigung vorhanden. Ich habe diejenige abgedruckt, welche auch Tr. 581 steht; die andere (B) ist im Eb. II, 33a copirt; die Abweichungen derselben habe ich angegeben. [1]) B *Si petitionibus fidelium nostrorum sanctae dei aecclesiae iusta et rationabilia petentium ad effectum perduxerimus hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda manif. cred.* [2]) *admonitionem Sigihardi scilicet uenerabilis abbatis nec non et Pobbonis et Thiotboldi comitum quasdam res iuris nostri in pago.* [3]) *Dedichesstein.* [4]) *ad iam dicti.* [5]) *inuiolabiliter pertineat.* [6]) *eisdem fratribus.* [7]) *Fulda.*

634. P. 491, I, 152. Tr. 582.

Digitized by Google

in pago Ueringeuue in uilla quae dicitur Binuzfeld et in illa marca quae ad praefatam pertinet uillam in aedificiis et areis campis pratis siluis uineis excepta una parnula quam filio meo tradidi pascuis quoque et aquis aquarumque decursibus et omnibus adiacentibus iure pertinentibus ad meam proprietatem tam mancipiis quam etiam omnibus quae dici uel nominari possunt ea uidelicet ratione ut id ipsum ob beneficium praefati abbatis et aliud inde acceptum cum annosa pecunia quam condiximus ad meam possideam uitam et postea ad praedicti monasterii dominium redeat firma et incontradicta alicuius potestate. Acta est kartula haec traditionis anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVIIII. indictione VII. [1]) regnante Karolo [2]) piissimo imperatore. Traditio autem ista eodem anno acta est in comitatu qui dicitur Gozfelda coram his testibus. Herman Uuiderolt Gundheri Ratolf Karcholf Geruuic Beretrih Meginrih Uuillolf Fruming Aldrod Brunihho Reginuuart Sigiman Erkenbald Sindihho Engilbraht Meribald Eltibraht Uualtheri Merling Stur Icho Ruodhoh Garrat Brunhart Sigihart Thanguuart Isinhart Egilolf Anulo Ruodlant Bald Folcuuart Ruodung Uuarolf Adalolt Herimuot Radboto Hartroh Adalman Ruodheri Folcger Lunimunt Berolt Gerhelm Alberih Irminhart Ratger Ratuuin Uuolfuuin Erphungmancipiisque sic nominatis Bliding Helmerih Hugifrid Egizo Gezo Uuillihilt Uuillibold Facco Liutfrid Ruotfrid Libdrud Ercanbold.

635. Traditio Ratheres.

890, 17. Februar. Ego in dei nomine Ratheri indignus presbiter trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi qui in fuldensi monasterio sacro quiescit corpore ubi uir uenerabilis Sigihart abbas monachicam regit in presenti tempore uitam. quicquid proprietatis habeo in comitatu Uualahes in Cruttero marcu et in Fisgobah. excepta una area traditumque in perpetuum esse uolo nulla obsistente persona. ea ratione ut quamdiu uiuam usu fructuario possideam illud et hoc quod e contrario mihi donatum est a prefato abbate inuiolabilem teneat firmitatem. post obitum ergo meum ex toto ad predictum martyrem et memoratum abbatem uel successores eius perpetua reuertatur auctum bene et melioratum. facta est autem haec traditio anno ab incarnatione domini DCCCXC regnante gloriosissimo rege Arnolfo III° regni eius anno feliciter XIII kal. martias coram testibus his. † sig. Uuillibrahtes † sig. Liutgeres † sig. Reccheres † sig. Folcnandes † sig. Rihbaldes † sig. Mioroltes † sig. Albbrahtes † sig. Gisalhelmes † sig. Hiltigastes † sig. Erluuines † sig. Hatten † sig. Helituuines † sig. Ruoduuines † sig. Ratheres presbiteri qui hanc confirmationem fieri postulauit. Ego indignus diaconus Uuigo et bibliothecarius iussus scripsi.

636. Traditio Arnolfi regis.

890, 15. Juli. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia imperator augustus. Notum sit omnium fidelium sanctę dei ęcclesię nostrorumque scilicet presentium ac futurorum magnitudini. qualiter Hatto [1]) fidelis noster abbas fuldensis ęcclesię adiens culmen

---

[1]) P hat III. [2]) So steht bei P für Arnolfo; Schannat hat *Arnulpho Carolo*.

635. C. 83a, 220. Hd c. Tr. 533.

636. Eb. II, 25b. Tr. 534. [1]) Der Name ist falsch; Schannat hat daher, jedoch ohne weitere Bemerkung,

Digitized by Google

serenitatis nostrę. rogans ut quasdam res proprietatis nostre sibi suęque ęcclesię id est monasterio sancti Bonifacii in proprium concederemus. nos uero assensum ei prebentes ita fieri decreuimus. Dedimus namque in pago qui uocatur Falaha in comitatu Otgozi in uilla que uocatur Logena hubas. LXX. et dimidiam cum curtilibus. ędificiis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarum decursibus. molendinis. piscationibus. terris. cultis et incultis. uiis et inuiis. quesitis et inquirendis. et cum omnibus ad prefatam uillam iuste legitimeque pertinentibus. Vnde placuit celsitudini excellentię nostrę ut hoc nostrę auctoritatis preceptum edici atque conscribi iuberemus. ut prefatas res proprietatis nostrę quas tam ego quam parentes mei predecessores. reges et imperatores deo saluatori nostro et sancto Bonifacio tradidimus et confirmauimus. nullus hominum in posterum audeat uel presumat impedire. Iussimus ergo presentem cartam inde conscribi et nostrę auctoritatis precepto eam confirmari. per quod uolumus firmiterque iubemus. ut predictus abbas Hatto suique successores de his omnibus rebus quas deo et sancto Bonifacio tradidimus. firmissimam habeant potestatem habendi potestatique sue subdendi et incolendi et ad utilitatem sui monasterii fratrumque suorum redigendi uel quicquid utilitas sue exigit necessitatis inde faciendi sine ullius contradicentis obstaculo. Et hęc traditio nostre liberalitatis ut firmiorem in dei nomine postmodum obtineat stabilitatem. manu nostra propria eam subter firmauimus anuloque nostro eam sigillari iussimus.

Signum domni Arnolfi imperatoris pii.

Ego Aspertus cancellarius recognoui.

Datum idus iulii indict. VIII. in dei nomine feliciter.

637. Traditio Egilharti.

Ego in dei nomine Egilhart trado ad s. Bonifatium ubi uir uenerabilis Sigihart abbas esse uidetur quicquid habeo proprietatis in pago Salageuue in uilla Kizicha hoc est duas areas et inter campum et siluas huobas V. pro remedio animae meae ea uidelicet ratione quatenus mihi et sorori meae ad uitam nostram nobis concessum sit et praeterea absque ullius contradictione firmum maneat ad seruitium praefati sancti. Isti sunt qui ibi praesentes fuerunt. sig. Egilharti. Ruodung Albhart Hunger Urolf Uuotan Hiberin Ratolt Uuigger Ruodheri.

638. Traditio Eggiharti comitis.

Dominus ac redemptor noster dei filius salubriter admonet nos dicens date elimosinam et ecce omnia munda sunt uobis. ego quidem Eggihart illius dominicae sententiae memor cogitans pro remedio animae meae atque progenitorum meorum et ideo placuit mihi quicquid habere uisus sum in uillis nuncupatis hoc est in Cellinga et Rosthorf Duesta Ruomfeld. [1]) totum id dono atque trado in elimosinam meam ad coenobium s. Bonifatii martyris quod dicitur Fulda in

---

an beiden Stellen den Namen verändert und *Sigahardus* geschrieben. Und allerdings kann nur Abt Sigihard gemeint sein, wenn anders das Datum richtig ist; denn Sigihard resignirt erst im Jahre 891.

637. P. 489, I, 147. Tr. 535.

638. P. 490, I, 149. Tr. 539. [1]) Die beiden letzten Namen gehören zusammen und bilden nur einen; Eberh. summ. 5,161 hat richtig *Uesterenfeld* und so hat auch Schannat geschrieben.

Digitized by Google

silua Boconia in pago Grapfeld consitum et ubi uir uenerabilis Sigihart abbas pio moderamine multitudini monachorum praeesse uidetur quicquid in numeratis uillulis possedi atque habui tam in terris quam domibus mancipiis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus ceterisque rebus quae dici et nominari possunt ea scilicet ratione ut deinceps pro aeterna requie animae meae ad seruitium monachorum absque ullius contradictione personae propinquorum meorum dei misericordia cum stipulatione subnixa in perpetuum remaneat coram testibus inferius nominatis. sig. Eggiharti comitis qui hanc traditionem manu potestatiua fecit. † Erolf † Zotan † Ruadolt † Hiltiger † Truago † Liutheri † Liobsuint † Ratuuin † Sandrat † Irminhart † Sindicho † Ratbraht † Albrih † Huozzi † Liutbraht † Uualdrih † Berahtrih † Geltraht † Hartbraht † Hartbold † Folcnand † Helpfrih † Uuicnand † Friduuuin † Vago † Brunicho † Uuenibraht † Gerhart † Ratheri † Erlebraht.

639. Traditio Hiltingi.

Ego in dei nomine Hilting dono atque trado in elimosinam meam in coenobium s. Bonifatii martiris quod dicitur Fulda ubi Sigihart abbas multitudini monachorum praeesse uidetur quicquid proprietatis habeo in Iuchisino marcu hoc est iugera XC et unum hominem Marcolt coram his testibus qui hic infra annotati sunt. Sigihart † Milone presbytero † Otuuino presbytero † Adalger diacono † Adalraban presbytero † Ortrih † Adaldag † Neriolf † Bubucho † Berolf † Isanhart † Fridubraht † Cunibraht † Embricho † Tugolf.

640. Traditio Altmari et Liobuuizae.

Ego in dei nomine Altmar et Liobuuiz mea mater tradimus in Dahbehhu in Marahesfeldono marcu quicquid ibi proprietatis habemus ad s. Bonifatium martyrem Christi ubi Sigihart abbas multitudini praeest monachorum in elimosinam nostram. isti sunt testes. Gerolt Adalung Unno Uuaning Freuuibraht Liutbraht Ratbraht Uuinibald Folcger.

641. Commutatio Ditmari cum abbate Sigehardo.

642. Privilegium Stephani papae Huoggi abbati concessum.

891, 29. Mai. Stephanus seruus seruorum domini Huoggi religioso abbati uenerabilis monasterii domini saluatoris et per eum in eodem uenerabili monasterio successoribusque suis abbatibus in

---

639. P. 496, II, 7. Tr. 537.

640. P. 571, II, 236. Tr. 536.

641. S. Eberh. summ. 38, 306. Tr. 538.

642. Eb. I, 7b. Eine zweite Fassung steht bei Eb. I, 40a, welche mit dem in der Handschrift unmittelbar vorhergehenden Privilegium des Papstes Johannes VIII. an Abt Sigihard (s. Nr. 618.) wörtlich übereinstimmt. Der Schluss lautet ganz kurz: Data mense maio. ind. VIIII. per manum Gregorii scriniarii romanae ecclesiae.

Digitized by Google

perpetuum. Summam gerentes sollicitudinem omnium uenerabilium locorum quantum ex diuino adiutorio possibilitas datur de eorum stabilitate satagere studemus. Hoc namque studio et diuina placatur clementia et laus ęcclesię Christi procuratur. nam potiori et nos fiducia pro impetranda uenia delictorum ęternam pietatem audemus implorare. Et ideo reuerentia tua postulauit a nobis. quatinus iam dictum uenerabile monasterium domini saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis Fulda priuilegii sedis apostolicę munimine decoretur. ut sub iuris ditione sanctę nostrę cui deo auctore deseruimus ęcclesię constitutum nullius alterius ęcclesię iuris ditionibus summittatur. De qua re piis desideriis tuis fauentes hac nostra apostolica auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus secundum priuilegii seriem quod ab antecessore nostro beatę memorię Marino [1]) huius almę sedis presule inibi perpetualiter statutum nobis ostendere satagisti. Et ideo omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem in prefato uenerabili monasterio ditionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam. et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse dinoscitur. cui licentiam concedimus tantum cum oportunitas consecrandi altaris fuerit. prohibemus ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam presumat omnimodo celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat. locis etiam et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. Cęterum uero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostrę sollicitudini ęcclesiasticę intimetur. qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ęcclesiastico studio mancipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrę a norma iusticię aliquo modo retorqueatur. et neque regi neque episcopo cuilibet uel comiti uel alii magnę paruęque personę licitum sit quamlibet uim inferre siue aliquam controuersiam facere in rebus uel familiis eiusdem sepe dicti uenerabilis monasterii. Statuentes apostolica censura decernimus per huius decreti nostri paginam ut quicunque cuiuslibet ęcclesię antistes uel quacumque predita persona dignitate hanc priuilegii nostri auctoritatem quam prerogatiua principis apostolorum firmamus temerare presumpserit nec cito resipiscat. anathema sit et iram dei incurrens a cętu omnium sanctorum extorris exsistat et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos exstiterit benedictionem et gratiam a domino consequatur.

Scriptum per manum Gregorii scriniarii sanctę romanę ęcclesię in mense maio indictione VIIII. Bene ualete. Datum IIII. kal. iunii per manum Stephani secundicerii sanctę sedis apostolicę anno deo propicio pontificatus domni nostri Stephani summi pontificis et uniuersalis papę in sacratissima sede beati Petri apostoli. VI.° indictione. VIIII.

643. Immunitas Arnolfi regis.

In nomine . . . . . quia uir uenerabilis Huoki nomine ex monasterio 882, 10. Mai.
quod Fulta uocatur. . . . . obtulit nobis quandam immunitatis auctoritatem.

---

[1]) Ein solches Privilegium ist sonst nicht bekannt.

643. OU. Eb. I, 90b. H. F. II. 139, 25. Der Immunitätsbrief ist dem an Abt Sigihard ertheilten (s. Nr. 627.) gleich; ich habe deshalb nur die abweichenden Stellen mit der Schlussschrift mitgetheilt.

Digitized by Google

quam iam antecessori suo Sigiharto uenerabili abbati nostrae largitionis munere donauimus. in qua continebatur qualiter nos praefatum monasterium cum monachis ibidem domino militantibus . . . . . sub nostra constituissemus defensione et immunitatis tuitione. Obsecrauit . . . . . constitueremus defensione et antecessorum nostrorum auctoritati regiam . . . . . subtus eam firmauimus anuloque nostro sigillari iussimus.

Signum domni Arnolfi (M) inuictissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem Asperti archicancellarii recognoui et (R) [1])

Data VI id. mai. Anno domini DCCCXCII. indict. X. Anno .V. regni Arnolfi piissimi regis. Actum Forhheim curte regia in dei nomine feliciter amen.

644. Traditio Bossonis.

893. Quicquid a uenerabilibus uiris ad sacra traditum fuerit loca credimus sine dubio aeternae remunerationis praemio retribui. idcirco ego Bosso pro remedio meae animae trado ad monasterium sancti saluatoris quod situm est in pago Grapfeld in Uuetareibono marcu super ripam fluminis Fuldae ubi s. martyr Bonifatius sacro quiescit corpore et uir uenerabilis Huoggi abbas multitudini regulariter degentium praeest monachorum quicquid mihi gloriosus rex donauit Arnolfus in pago Hasageuue et in Uuetarungu marcu id est mancipiis aedificiis agris siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus quicquid dici et nominari potest totum et integrum trado ad praefatum Christi martyrem ea scilicet ratione ut post meae et coniugis uitae terminum perpetua illuc seruitute sine alicuius contradictione famuletur. Isti sunt testes qui hanc ipsam traditionem uiderunt et audierunt. † Ascrih † Othart † Berolt † Hunger † Erphung † Gerhelm † Uuihing † Meginhart † Blitger † Uuerinbraht † Thietleih † Adalrih † Gozuuin † Ato † Reginhart † Bernhart † Meginolt. ista mancipiorum nomina in Uuetarungu. Alberih et uxor eius Rihlind cum filiis septem. Baldman et uxor eius Reginhilt cum filiis quatuor. Hamarolf et uxor eius Rihheit cum filiis quatuor. Amalbraht et uxor eius Albuuih cum filiis duobus. Uualdman et uxor eius Hiltimuot cum filio uno. Denihilt cum filiis quinque. Alauuar cum filiis duobus. Alahart Thiotolf Luto. Acta est autem haec traditionis kartula anno ab incarnatione domini DCCCXCV. [1]) regnante serenissimo ac piissimo rege Arnolfo anno regni eius octauo. Ego Rihhart indignus diaconus iussus scripsi.

645. Praeceptum Arnolfi imperatoris de concambio inter Cunradum comitem et Huoggi abbatem facto.

897, 28. Ianuar. In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia imperator augustus. Si fidelium nostrorum peticionibus clementer annuimus. eos etiam fideliores in nostro

---

[1]) Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

644. P. 571, II, 237. Tr. 540. [1]) Bei P steht im Texte DCCCXCII; aber am Rande hat schon Pistorius ganz richtig die Zahl 893 angegeben.

645. Eb. II, 116a. Tr. 541.

Digitized by Google

credimus permanere obsequio. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum industria. quia Huki fuldensis abbas uenit una cum Chunrado dilecto comite nostro per interuentum Hattonis archiepiscopi atque Ottonis fidelis marchionis nostri precatusque est clementiam nostram ut quasdam res de beneficio ipsius Chunradi in pago Eichesfelden in comitatu Ottonis sitas ad fuldensis monasterii necessitatem et utilitatem et oportunitatem concederemus. ea ratione ut alteras res ipsius monasterii longius inde remotas ipse Chunradus in suis comitatibus. id est Angraria et Hessa sitas sibi in proprium ob hoc acciperet. Quorum petitionibus libenter annuentes ita fieri decreuimus. Dedimus namque ad ipsum monasterium in prenominato pago quicquid ipse Chunradus beneficii nostri infra terminum uillarum Ambraha et Kermara dictarum et in locis Lengenfelt. Emilinhusen. Ditdorf et Dâchreda dictis tenuit. cum curtilibus. ędificiis. agris. mancipiis. censibus. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarum decursibus. molendinis. piscationibus. uenationibus. quesitis et inquirendis omnibusque rebus mobilibus et immobilibus iuste ac legaliter ad ipsa loca respicientibus in eam uidelicet rationem ut ipse ex hoc beneficio non utatur sed ex fuldensi monasterio in predictis comitatibus locum Rospach uocatum cum omnibus rebus ad ipsum locum pertinentibus perenniter in proprium accipiat cum curtilibus. ędificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis atque omnibus usibus. et insuper in locis sibi compendiosis tantum ex eodem ęgnobio percipiat quousque restituatur ei totum quod in locis sui beneficii concessum sit et habitatum. quicquid uero in his desertum et incultum sit. hoc concambio superhabundans pro remedio animę nostrę simili modo ad ipsum monasterium in honore sancti Bonifacii perenniter possidendum consistat. Et ideo hoc preceptum nostrum inde sanccimus et decernimus nostra regali auctoritate. ut prefatus Chunradus de rebus a fuldensi monasterio perceptis faciat quodcunque sibi placeat fratresque sancti Bonifatii de beneficio a Chunrado percepto quicquid libuerit faciant sine alicuius hominum contradictione. Ut autem utrumque concambium firmum sit et stabile. manu nostra cartam hanc firmauimus et sigilli nostri inpressione insigniri iussimus ut ratum sit omne quod facimus.

Signum domni Arnolfi regis. Ego Ernustus cancellarius recognoui.

Datum .V. kal. febr. indict. XV. Anno domin. incarnationis DCCC. XC. VII. Actum Ratisbone in dei nomine.

646. Immunitas Ludowici regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Ludowicus diuina fauente gratia rex. Constat igitur nos diuina prouidente clementia ęteris quodammodo mortalibus preferri. unde oportere censemus ut cuius precellimus munere illi omnino pareamus operatione. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria. quia uir uenerabilis fuldensis ęgnobii abbas Huggi adiens serenitatem nostram interuenientibus Adalherone episcopo et Chunrado comite nobis obtulit quoddam diuę memorię genitoris nostri preceptum Arnolfi uidelicet prestantissimi imperatoris. in quo etiam continebatur qualiter idem clarissimus princeps prefatum monasterium ubi preciosi martiris Christi Bonifacii sacrum corpus uenerabiliter reconditum est cum rebus et hominibus ad se iuste pertinentibus sub sua constituisset defensione et immunitatis tuicione. Obsecrauit namque predictus abbas ut similiter ipsum monasterium sancti Bonifacii martyris quod in pago Graphelt situm est cum monachis illic deo famulantibus ac rebus et hominibus sibi subiectis sub nostra constitueremus defensione et immunitatis ratione nostręque aucto- 900, 13. April.

646. Eb. I, 92a.

Digitized by Google

ritatis edicto pii patris nostri roboraremus auctoritatem. Huius itaque peticioni pro ueneratione beatissimi Bonifacii archiepiscopi et martiris libentissime annuentes decreuimus ita fieri. Et ideo hanc serenitatis nostrę auctoritatem ob dei amorem eiusdemque sacrosancti loci reuerentiam immo etiam pro tranquillitate uitę regularis fratrumque ibidem degentium firmanda securitate circa idem monasterium fieri concessimus per quam in futurum sanccimus atque omnino iubemus ut nullus iudex [1]) . . . . . .
sub immunitatis nostrę protectione et quiete degere et supradicta omnia secure possidere . . .
. . . . . .
per hanc nostram auctoritatem licentiam perenniter habeant de propria congregatione eligendi abbates qui sibi conueniant. Haec uero auctoritas . . . . . .

Signum domni Hludowici gloriosi regis Romanorum.

Ego Engelbero notarius ad uicem Ditmari archicapellani recognoui.

Datum id. April. anno dominicae incarnationis DCCCC. [2]) indict. III. anno I^o regni Ludowici. Actum Aquisgrani feliciter amen.

647. Praeceptum Ludowici regis de concambio inter Stephanum comitem et Huoggi abbatem facto.

900, October.

In nomine domini Ludowicus dei gratia rex omnibus Christi fidelibus gratiam et salutem. Non decet inter familiares siue externos cum propriarum uel ęcclesiarum commutationem facere uolucrint rerum ut uicissim soli sine testificatione et auctoritate maiorum tradendo alterutrum committant. Vnde precipimus et regia nostra auctoritate decernimus ut omnes tradiciones seu commutationes sub presentibus idoneis testibus fiant et quelibet persona siue tradens seu accipiens sibi legitimam faciat confirmationem regiamque perducat ad noticiam ne ea quae utrimque tradita fuerint irrita fiant sed in posterum firma stabilitate permaneant. Igitur notum sit omnium fidelium sagacitati tamque presentium quam subsequentium commemorationi. qualiter nobilis comes Stefan nomine cum uenerando abbate fuldensis cęnobii uidelicet Hûggi coram me sibi placitum concambium secundum consilium principum inierit. quod etiam cum consensu germani sui scilicet Walahonis [1]) uiri religiosi et aeque deum timentis idem prefatus comes faccre non omisit. qui se ipsum in regio palacio quod est Tribure de subnotatis locis si in eis aliquid proprietatis haberet uel habere debuisset fecit extraneum. quatinus idem prefatus comes Stefan nomine potestatem liberam haberet de suis bonis tradendi uel commutandi seu quicquid de his placuisset faciendi. Quapropter sepe dictus comes tradidit ad sanctum Bonifacium Christi martirem qui in fuldensi monasterio corporaliter requiescit locum qui consistit in regione Wetereiba nomine Salzaha omniaque ad illum pertinentia loca. quesita et inquirenda. in domibus ędificiis areis agris campis siluis pratis pascuis molendinis aquis aquarum decursibus exitibus et reditibus et omnibus legitime adiacentibus. hoc est ubi Brahtaha fluit in Kincicha et inde sursum iuxta Brahtaha usque in

---

[1]) Die ausgelassenen Stellen sind wiederholt aus der Urkunde 627. [2]) In Eberhard's Handschrift und der Copie derselben steht DCCCC. LXXX., was offenbar unrichtig ist. Da die Indiction und das erste Regierungsjahr Ludwig's des Kindes übereinstimmen und auf das Jahr 900 hinweisen, so habe ich dieses als das richtige angenommen.

647. Eb. I, 105a. Tr. 543. Der Tauschvertrag selbst steht bei Eb. II, 118a. P. 572, II, 239. Tr. 542; derselbe ist jedoch seinem ganzen Inhalte nach in den Bestätigungsbrief aufgenommen.

[1]) P in dem Tauschvertrage *Vualahes*.

Digitized by Google

Richenbah indeque usque in Uolenbach et deinde usque in Cresaenbach. inde quoque in Steinaha et de Steinaha usque in Kiucicha. Et ab ecclesia fuldense abbate Huggi mediante recepit idem Stefau comes locum qui dicitur Criechesfeld cum omnibus iure ad eum pertinentibus. Factum est autem hoc concambium cum consensu fratrum fuldensis monasterii inter abbatem et comitem ea condicione ut ex utraque parte sine ulla ambiguitate seu mutabilitate firmum atque munitum sempiterno tempore permaneat. Et ut firmior ac stabilior hec traditio utrimque in posterum permaneat. placuit nobis eam sigillo regiae maiestatis insigniri.

Acta est autem hęc traditio et ex utraque parte legitima commutatio presente rege et cunctis regni principibus ipsoque regę precipiente facta est huius conscriptionis cartula anno dominicę incarnationis nongentesimo. indictione tertia. anno uero primo Ludewici serenissimi regis in loco qui dicitur Tribure scientibus et annuentibus atque fauentibus cunctis qui aderant principibus. Hi sunt igitur testes qui affuere ex utraque parte collecti uiri religiosi ueraces et deum timentes quorum nomina sunt haec. Hartmann. Brunicho. Giltiug. Tacholf. Uuęuilo. Arnolf. Marcuuart. Sigeloh [1]) Ruodolf. Engilscalc. Gunzo. Hadelger. Gerhart. Gundecar. Berhthimil. [2]) Uuenito. Babo. Gerhart. Alberich. Ratolf. Arnhelm. Uuerdant. Berenger. Woluant. [3]) Folcnant. Herrat. [4]) Hartroh. Berolt. Otacar. item Otacar.

648. Concambium inter Huoggi abbatem et Adalhun.

Nouerit omnium ueritatis amatorum prouida sagacitas qualiter Adalhune concambium 901, 8 Mai.
inire complacuit cum uenerabili abbate uidelicet Huogge. tradidit itaque iam dictus Adalhun ad s. Bonifatium in Gerratuhuson VIIII. familias et in Ibisteti duas familias cum filiis suis et omni supellectili eorum et quicquid ipse uel uxor eius Gunelhilt sociusque eius Adalliub in praefatis locis subnotatisque terminis proprietatis habuerunt quorum unus in Sundheimono marcu et in Hoitinheimouo marcu situs est alter uero in Ibistetino marcu in pago Grapfelde et Tullifelde in comitatu Adalhrahtes in areis aedificiis familiis mancipiis pratis campis siluis aquis molinis aquarumque decursibus pascuis uiis et inuiis exitibus et reditibus et quicquid dici uel nominari potest totum et integrum in ius ac dominium almi Bonifatii famulantiumque sibi transfusum est et uestitione firmatum a praenotato Adalhune. quia ipse econtra accepit a praefato abbate cum consensu fratrum et consiliarii iussu serenissimi regis Ludouici quicquid sanctus Bonifatius proprietatis habuit in Uiscbach excepta dimidia silua et una familia cum filiis ac huoba et omni supellectili sua ea uidelicet ratione ut utrumque concambium sine ullius personae contradictione amplius firmiter maneat sicut inuicem complacuit.

Actum est hoc concambium in regio palatio Dribure anno dominicae incarnationis DCCCCI. indictione IIII. octauo idus maii regnante et illud consentiente Ludouico praeclaro rege istis testibus uidentibus et audientibus. testes Embricho Zazzo Uuolfmund Ruodolt Uualto Suarzaloh Sigifrid Zazzo Erlebraht Critbraht Recco Uuigo Alberih Engilbald Uuonatheri Alberih Fridurih Gerbraht Albirih Eggi Egilbraht Albirih Abbo Lantfrid Engilmar Glia Othart Leggi Bald Anthad Ruotger Asco Uncluuin Ruot-

[1]) P *Sigolf.* [2]) *Berethelm.* [3]) *Uuonat.* [4]) *Hartrat.*

647. P. 573, II, 240; etwas verändert bei Eb. II, 131a und daraus Tr. 844, mit folgendem Schluss, worin ein offenbarer Fehler enthalten ist: Anno dom. inc. DCCCCIIII. indict. XI. his testibus hoc confirmantibus. † sig. *Hattonis* archiepiscopi † sig. *Hermanni* episcopi † sig. *Cunradi* comitis † sig. *Gebehardi* comitis.

Digitized by Google

frid Ualman Folcrih Aserih Uuillihelm Brunger Hiltibraht Brunger Reginung Salram Haholt Ratolt Engilrih Meginrat Adalman Alholt Gerhoh Fricco Galaman.

649. Privilegium Benedicti papae Hûggi abbati concessum.

901, 18. Mai. Benedictus seruus seruorum dei Hâggi abbati uenerabilis monasterii domini saluatoris et per eum in eodem uenerabili monasterio successoribusque suis abbatibus in perpetuum. Summam gerentes sollicitudinem omnium uenerabilium locorum quantum ex diuino adiutorio possibilitas datur de eorum stabilitate satagere studemus. Hoc namque studio et diuina placatur clementia et laus ecclesiae Christi procuratur. Nam potiori et nos fiducia pro impetranda uenia delictorum eternam pietatem audemus implorare. Et ideo reuerentia tua postulauit a nobis, quatenus iam dictum uenerabile monasterium domini saluatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco Boconia erga ripam fluminis Fulda priuilegii sedis apostolicę munimine decoretur, ut sub iuris dicione sanctę nostrę cui deo auctore deseruimus ecclesię constitutum nullius alterius ecclesię iuris dicionibus submittatur. De qua re piis desideriis fauentes hac nostra apostolica auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus secundum priuilegii seriem quod ab antecessore nostro bonae memoriae Marino huius almę sedis presule inibi perpetualiter factum nobis ostendere sategisti. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesię sacerdotem in prefato uenerabili monasterio dicionem quamlibet habere auctoritatem preter sedem apostolicam, et episcopum in cuius diocesi idem uenerabile monasterium constructum esse dinoscitur, cui licentiam concedimus tantum cum opportunitas consecrandi altaris fuerit, prohibemus ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam presumat omnino celebrare, ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locisque ac rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruntur. Ceterum uero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostrę sollicitudini ecclesiasticę intimetur, qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ecclesiastico ritu mancipetur, ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrę a norma iusticię aliquo modo retorqueatur. Et neque regi neque episcopo cuilibet uel comiti uel alii magnę paruęque personę licitum sit quamlibet uim inferre siue aliquam controuersiam facere in rebus uel familiis eiusdem sępe dicti uenerabilis monasterii.[1] Et auctoritate nostra interdicimus ut nulla femina inibi ingredi umquam presumat. Nemo in eodem monasterio uenerabili uel in ęcteris eius locis placitum habeat. Nemo seruos uel colonos ad aliquod seruitium constringat illis tantum exceptis personis quibus abbas ad utilitatem suę necessitatis assensum prebuerit. Eligendi sibi abbatem quando opus fuerit fratres inter se potestatem omnimodis habeant secundum regulam sancti Benedicti sine ullius personę contradictione. Et tibi fili dilecte Hâggi, quia te bene eruditum et eloquentem uirum esse nouimus, uerbum dei predicare auctoritate sancti Petri et concedimus et precipimus. Igitur statuentes apostolica eum decernimus per huius decreti nostri paginam ut quicunque cuiuslibet ęcclesię antistes uel quecunque dignitate predita persona hanc priuilegii nostri auctoritatem quam prerogatiua principis apostolorum firmamus temerare presumpserit nisi cito resipiscat anathema sit et iram dei incurrens a ętu

---

619. Eb. I, 8b.

Digitized by Google

sanctorum omnium extorris existat et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta permaneat. Qui autem custos extiterit benedictionem et gratiam a domino consequatur.

Scriptum per manum Leonis scriniarii sancte romane ecclesie in mense maio indictione .IIII. Bene valete. Datum quinta Xa. kal. iunias per manum Anastasii primicerii defensorum sancte sedis apostolice imperante domno piissimo augusto Ludeuuigo a deo coronato magno imperatore anno .I.

650. Praeceptum Ludowici regis de concambio inter Adalhardum comitem et Huoggi abbatem.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi ego Ludowicus dei gratia rex Romanorum. Condecet inter fideles et familiares cum propriarum uel ecclesiarum dei commutationem facere uoluerint rerum uicissim et tradendi alterutrum commutent quod utrimque equali compendio placuerit ut sub presentia et testificatione idoneorum testium sibi idoneam faciant confirmationem ne ea quae utrique tradita fuerint irrita uideantur sed firma stabilitate perpetualiter perseuerent. Igitur notum sit omnium sagacitati fidelium tam presentium quam futurorum. qualiter nobilissimus comes Adalhardus noster fidelis ac familiaris cum uenerabili abbate fuldensis monasterii Huggi nobis placitum iniit concambium. Tradidit itaque ad sanctum Bonifacium dignissimum Christi martirem qui in fuldensi monasterio corporaliter quiescit hec loca. Gremistorf. Hohstet. Ezzelenkireken. Adalhartesuuiuiden. Zaphendorf. Uunfurten. Knezegowe. cetera quoque loca ad hec pertinentia cum omnibus utilitatibus et facultatibus. locis terris uicis uiculis uillis mansionibus noualibus campis siluis agris pascuis cultis et incultis domibus edificiis aquis aquarum decursibus molendinis piscationibus uenationibus et cum omnibus adiacentiis et appendiciis suis mobilibus et immobilibus. econtra recepit idem fidelis noster Adalhardus comes a predicto abbate cum consensu fratrum fuldensium quinque loca in pago Gollagewe. Steinah. Horabah. Larbah. Scheim. Wolenbach. Sed quia prefati comitis res et donationes multo plures et preciosiores sunt. quicquid superfuerit compari concambio totum et ad integrum firmissima traditione dono ad sanctissimum Christi martirem Bonifacium ea scilicet ratione ut utraque tradicio sine ullius hominis contradictione atque mutabilitate firma ac munita permaneat et ut memoria nostra et parentum nostrorum commendata sit apud fratres in eterna benedictione. Amen. Et ut hec nostre preceptionis et conscriptionis auctoritas rata et inconuulsa permaneat manu nostra sigillari et confirmari eam precipimus.

Facta est autem huius traditionis et conuentionis cartula anno dominicae incarnationis DCCCC. IIII. indict. VIII. Forheim in aula regia iubente ac mediante serenissimo rege Ludewico anno regni eius IIII. [1]) coram his testibus probatis et electis quorum hec sunt nomina. Hatto archiepiscopus. Adelbero episcopus. Erkenbold episcopus. Tuto episcopus. Rudolf episcopus. Einhart episcopus. Ditelah episc. Cunrat comes. Gebehart comes. Burchart comes. Adalbraht comes. Ernust comes. Lutolf comes. Liutfrid comes. Hessi comes. Egino comes. Burchart comes. Meginuuart comes.

Signum domini Ludowici pii et inuictissimi regis Francorum.

---

650. Eb. tl., 121b. Tr. 545. [1]) Die sämmtlichen Zahlen stimmen nicht zusammen. Schannat hat die erste geändert und DCCCCV geschrieben; dazu passen jedoch die Regierungsjahre nicht. Da der Monat und Tag der Ausstellung nicht angegeben ist, so bleibt es unentschieden, in welches Jahr diese Urkunde zu setzen sei. Ich vermuthe das Jahr 906.

Digitized by Google

651. Concambium Adalberti comitis et Huoggi abbatis.

903, 28. April. Concambium Adalberti comitis strenuissimi et uenerabilis fuldensis coenobii abbatis Huoggeri. conuentione itaque inter se de concambio facta rogatu ante dicti comitis cum scientia et licentia gloriosi Francorum regis Ludouuici iunioris anno regni eius VII. tradidit uero praefatus uenerabilis abbas quod in Stocheim habuit in dominium regis. hanc traditionem accepit ipse comes et ipsius uasallus Fricco eiusdem loci exactor. comes autem Adalbertus quicquid in uilla . . in regis potestate habuit in termino Milizicensis totum ex integro tradidit ad s. Bonifatium. hanc traditionem accepit Uuolfmunt aduocatus abbatis Albuuin monachus et . . . uillicus et consederunt in dominium s. Bonifatii. Factae sunt ergo hae traditiones in uilla [1]) Adalberti comitis Ruodsuuinduhusen IIII. kal. maii firma stipulatione istis sub testibus. Herimar presbyter Eggiuuin presbyter Otfrid Fricco Emicho Sigiloh Bodanolf Geruuin Elis Ruart Egilhart Bebo Richeri Ruotger Druent Ebur Ridant Ramuolt Zazo Uuanno Suuarzaloh Otger Regino Graunolf Uuinigo Herimot Zazo Rimis Sigifrid Matto Gundbraht Uuicfrid Drodolf Einrat Ruoding Ercanheri Reginbrath Liutfrid.

652. Praeceptum Hludouuici regis quo traditionem Arnulfi imperatoris confirmat.

900, 30. Mai. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente clementia rex. dignum et iustum esse censemus ut omnium fidelium nostrorum iustis petitionibus annuamus. presertim tamen his quae pro augendis diuinis cultibus | efficiuntur. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria. quia Huoggi, vir uenerabilis et abba fultensis coenobii. in pago Folcfelda [2]) in comitatu Popponis. sub honore sancti | Bonefacii martyris Christi constructi. cum quibusdam fratribus eiusdem coenobii quoddam preceptum in nostram presentiam attulit. in quo continebatur qualiter bonę memorię pius genitor noster Arnulfus. imperator augustus. ad ipsum | monasterium pro remedio animę suę haec loca perpetualiter in proprium cum mancipiis et omnibus rebus ad eadem loca rite pertinentibus condonauit. [3]) id est Folchaa superior et iuferior. Fvgalespurc cum capella et decimis. | Aachiveld. Lilliveld. ôstheim. Bonopahc. Eginihusa et Kerolteshoua. deprecans ut eandem donationem nostrę auctoritatis scripto roboraremus. Nos quoque illius iusto precatui qui nobis semper fideliter deseruiuit crebrisque donis non solum nos sed etiam nostros in nostro obsequio laborantes accumulauit et adhuc sedulo accumulat. ob dei amorem et sancti Bonefacii libenter annuimus. et consultu fidelium nostrorum Hathonis uidelicet et Adalperonis uenerabilium episcoporum ęterorumque fidelium nostrorum qui ibi affuere quia nulli alii hęc loca prius ab antecessoribus nostris in proprium fuere concessa. hoc preceptum nostri muniminis conscribi iussimus. per quod prelibati genitoris nostri ante notatam largitionem per omnia et in omnibus confirmamus. statuentes et decernentes vt supra scripta loca cum omnibus pertinentiis suis. curtilibus. aedificiis. agris. pratis. uinctis. campis. pascuis. siluis. aquis aquarumue decursibus. molinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus ac reditibus. quesitis et inquirendis. magnis ac paruis. ad ante dictum monasterium perpe-

---

651. P. 560, II, 205. Tr. 548. [1]) P am Rande: »non poterant legi in manuscripto. nos substituimus *uilla*.«

652. OU. Eb. II, 14b. Tr. 546. [2]) So hat die Urkunde und Eb., was wahrscheinlich nur ein Schreibfehler ist; Schannat hat die Worte *in pago F. in com. P.* hinter *constructi* gestellt; damit ist aber nichts gewonnen; [3]) Diese Schenkung ist nicht weiter bekannt.

Digitized by Google

tualiter possidenda consistant. Et iuxta prioris precepti tenorem nullus comes aut iudex sev quęlibet iudiciaria persona potestatem habeat in his locis quicquid corrigendi. sed haec sola potestas abbati eiusdem loci sibique subiectis sit concessa. Et vt hoc confirmationis nostrae preceptum firmum stabileque consistat. manu nostra illud firmauimus et sigillo nostro consignari iussimus.

Signum domni Hludouuici (M) serenissimi regis.

Ernustus cancellarius ad uicem Thiotmari archicappellani recognouit et (R) (S)

Data .III. kal. iun. Anno incarnationis domini. DCCC. XC.[1]) indict. VIIII. Anno autem regni domni Hludouuici .VII. Actum Triburias feliciter in dei nomine AMEN.[2])

653. Praeceptum Hludouuici regis de concambio inter Huoki abbatem et Regiuharium abbatem facto.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludouuicus diuina fauente clementia rex. 907, 19 März. omni collegio christianę religionis notum fieri cupimus praesenti scilicet et futuro. quia Huoki fultensis coenobii uenerabilis abba. in honore sancti | Bonefatii martiris Christi constructi. et missus Reginharii religiosi comitis et abbatis coenobii Eftirnacha dicti. in honore sancti Uuillibrordi aedificati. per suegestionem fidelium nostrorum. Hatthonis uidelicet. Erchanbaldi. Ruodolfi. et Tutonis uenerabilium | episcoporum. comitum uero. Kebeharti. Liutpoldi. Burcharti. Eginonis. Liutfredi. Iringi et Cunpoldi. praecati sunt clementiam nostram. ut causa compendii utriusque loci quoddam concambium inter ipsa monasteria per nostram traditionem fecissemus. et illud | nostrae auctoritatis scripto ob redemptionem animae nostrae roboraremus. Nam loca haec. id est in pago Nitihgouue. Perc. et in Musalachgouue. Rotinbach. prius ad Fuldam pertinentia. longe autem inde posita. et coenobio sancti Uuillibrordi contigua | ad ipsum coenobium. e contra autem loca prius ad Eftirnacham pertinentia. in pagis Salagouue. et Uueringouue sita quorum uocabula haec sunt. Fafunhusa. Phusestat. Urdorf. Gozzinesheim. Gronhaa. ad Pruninges. ad Uuigbrahtes. | ad Kizicha. inde longe semota. oportuna autem rebus Bonefacii ad ipsum monasterium. pro remedio bonae memoriae animae pii genitoris nostri Arnolfi. ac deinde nostrae parentumque nostrorum perpetualiter in proprium iuxta eorum petitionem consentientibus in hoc fratribus utriusque loci tradidimus et donauimus. Iussimus quoque commutationis nostrae praeceptum inde conscribi. per quod uolumus firmiterquo iubemus. ut utraeque res. sicuti modo per nostram traditionem et dispositionem ipsis monasteriis collatae sunt. ad ipsa aeternaliter possidendae pertineant, sine alicuius personae obstaculo. Et ut haec pagina concambii et decreti nostri firma stabilisque permaneat. manu nostra illa confirmauimus et sigillo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Hludouuici (M) serenissimi regis.

Ernustus cancellarius ad uicem Diotmari archicappellani recognoui et (R) (S)

Data XIIII. kal. april. Anno incarnationis domini DCCCC. VII. Anno uero regni Hludouuici regis VIII. indictione X. Actum in loco Furt dicto in dei nomine feliciter amen.

---

[1]) So steht in der Urkunde geschrieben; bei Eb. fehlen die Worte *anno inc. dom.* mit der Zahl; Schannat hat *D C C . . .* gegeben gleichsam als wäre die Zahl nicht leserlich. Die Indiction und das Regierungsjahr stimmen zusammen und geben das Jahr 906 an. [2]) Das Wort ist mit griechischen Uncialen geschrieben.

653. OU. Eb. II, 126a. Tr. 547.

Digitized by Google

654. Traditio Hattonis archiepiscopi.

910, 6. April. Sanctarum auctoritate paginarum et diuinarum monitis scripturarum fidelium aurem multimodis admonitionibus pulsantur. ut huius peregrinationis tempore omni uirtute satagant elaborare. ut bonis operibus et elemosinarum largitate uitam mansuram acquirant. Multum enim est felix et laudabile commercium dum de uilibus et perituris rebus ęternę uitę gaudium comparatur. magna etenim pietas largitoris quę nos docet spretis terrenis ęclestem patriam thesaurizare. Vnde ego Hatto dei gratia et misericordia dispensante mogontiacę ęcclesię archiepiscopus regnante domno Ludowico gloriosissimo rege et residente in palacio triburensi cum reuerentissimo abbate Hugge fuldensis monasterii ęterisque eiusdem monasterii fratribus et clericis ad eorum omnium presentiam quicquid proprietatis habui in massenheimere marca. et in wiccrino marca. et in ruwenheimere marca. et in geraha marca. et in lichsamene marca. hoc totum in manus Gerhardi comitis et Chunradi comitis dedi ea ratione. ut cum omni integritate ad sepulcrum preciosissimi Christi martiris Bonifacii in monasterio fuldensi contraderent. quarum rerum traditiones legitime in presentia gloriosissimi Ludowici regis peractas deprecor et obtestor ipsum abbatem omnemque sancti Bonifacii congregationem per ineffabilem sanctam trinitatem sanctorumque amorem et reuerentiam ut nunquam alicui hominum inbeneficientur sed ad generales usus fratrum perpetuo conseruentur. Si uero aliquis successorum meorum contra has res aliquam generare calumpniam presumpserit. primo iram dei omnipotentis incurrat et quod repetit nullatenus euindicet. sed quicunque litem uel controuersiam aliquam intulerit. auri libras XII. argenti XXXVI. libras coactus regiae maiestatis reus exsoluat.

Datum palatio triburensi coram rege Ludouuico qui et conscribi et sigillo suo insigniri iussit. anno dominicae incarnationis DCCCC.X. indict. XIII. anno uero domni Ludouuici serenissimi regis XI. VIII. idus apriles. Ego in dei nomine Hatto archiepiscopus et cancellarius has litteras iussu meo scriptas recoguoui et manu propria subscripsi. † sig. Gebehardi et Cunradi comitum qui easdem traditiones rerum fideli manu susceperunt et hoc coram rege iurauerunt ut eas sancto Bonifacio martyri fideliter delegarent et precepto regio confirmarent. † sig. Ditolfi wormacensis episcopi. † sig. Einharti spirensis episcopi. † sig. Uuerinheri comitis. † sig. Liutfridi comitis. † sig. Gotdankes comitis. † sig. Hartmanni comitis. † sig. Ratoltes † sig. Geroltes. et aliorum plurium.

Signum domni Ludouuici gloriosissimi regis.

655. Praeceptum Ludowici regis.

In nomine domini dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Ludowicus diuina repropiciante clementia imperator augustus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus gratiam et salutem eternam. Cum perfectionibus seruorum dei rationabilibus quas maiestatis nostrae auribus insinuauerint diuini cultus amore faueamus. illius misericordiam nobis propensius conciliandam omnino confidimus. Notum igitur uolumus esse cunctis fidelibus sanctae dei ęcclesię filiis et nostris omnibus familiaribus tam presentibus quam futuris. qualiter uenerabilis frater noster Huggi abbas

---

654. Eb. II, 128. Tr. 549.

655. Eb. I, 106b; eine zweite etwas veränderte Fassung steht II, 34, welche Schannat trad. 550. abgedruckt hat.

Digitized by Google

sacrique palacii nostri notariorum summus nostrę innotescere studuit maiestati quod predecessor suus Rabanus abbas fuldenais monasterii necnon et Boppo comes quandam suo tempore commutationem [1]) pro utriusque partis utilitate et profectu ęcclesię fuldensis fecissent. expetens ut eandem commutationem nostra auctoritate roborare et confirmare uelimus. Cuius peticionibus annuere placuit nostrę maiestati eo quod rationabilis uideretur et utilis. Dederat itaque memoratus Rabanus abbas ex rebus prefati monasterii predicto comiti Boppoui ad partem sui comitatus res istas in pago Ualtsatio in uilla uocata Tharchedingen [2]) id est mansos XI. cum mancipiis desuper commanentibus et in eadem uilla consistentibus. Et e contra ad recompensationem ęcclesię s. Bonifatii dedit prefatus Boppo ex rebus comitatus sui ex uilla scilicet Rameningen [3]) Rabano abbati ad partem monasterii sui in eodem pago et foresto uocabulo Spehteshart quandam portionem silue quę ab his terminis circumdatur. id est ab illo loco ubi Chunangesbah [4]) consurgit. per decursum eius usque quo in Moyn influit. deinde ad locum qui dicitur Chumarcha. inde ad locum qui dicitur Grintila et heristraza. inde ad erlenbrunnen. inde ad locum qui dicitur Wachenbach. inde ad Steinbach. inde ad locum qui dicitur Trûtberc. inde ad locum dictum Fifbach et steinenhauc. inde per uiam publicam usque ad quoddam biuium. inde ad marcam monasterii uocabulo Niunstat. inde usque ad prenominatum locum ubi memoratus Chuningesbach consurgit. Vnde et super hanc commutationem hoc nostrę auctoritatis preceptum fieri iussimus per quod precipimus atque iubemus. ut quicquid pars iuste et rationabiliter alteri contulit parti deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat et quicquid exinde facere uoluerit libero in omnibus potiatur arbitrio. Et ut hęc nostrę confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem de anulo nostro subter firmauimus et nominis nostri auctoritate sigillauimus.

Data. VIIII. iul. anno Christo propitio XXV. imperii domni Hludowici piissimi augusti. indict. II. [5]) Actum Cruciniaco palatio. felicitер amen.

656. Immunitas Cuonradi regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Cvonradus diuina fauente clementia rex Con- 912, 12 April.
stat nos diuina dispensante gratia ceteris mortalibus supereminere unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus | modis omnibus parere uoluntati. Quapropter comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum quia uir uenerabilis Hvoggi abba ex monasterio quod dicitur Fulda quod est situm in pago Grapfelt constructum in honore sancti Boni|facii martyris Christi ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit adiens excellentiam

---

[1]) Dieser Tauschvertrag ist nicht weiter bekannt. Einige Orte werden angeführt unter den Besitzungen der Propstei Holzkirchen. Eb. summ. c. 28. [2]) E. 2 *Barchedingen*; es ist *Derdingen*. [3]) E. 2 *Romeningas*; es ist *Remlingen*. [4]) E. 2 *Chuninger bach*. [5]) Das Datum enthält offenbare Fehler. Ludwig das Kind regierte nicht 25 Jahre und die zweite Indiction fällt nicht in seine Regierungszeit. Von ganz junger Hand ist aus der Zahl VIIII. gemacht worden *VI. non.* und in dem Regierungsjahre sind die Zahlzeichen XV durchstrichen, so dass nur die erste X stehen geblieben ist. Die zweite Abschrift Eberhard's hat folgendes Datum ohne Angabe des Orts der Ausstellung: Data non. iulii. anno ch. pr. XVo. imp. Lud. aug. imperatoris. indictione secunda. Schannat hat das stillschweigend geändert und geschrieben: anno Ch. pr. X imperii — indictione XIII. Das Wahre wird wohl schwer zu ermitteln sein. Sollte nicht etwa der Name des Abts verschrieben sein und dieser Bestätigungsbrief gar nicht von Ludwig IV. herrühren?

656. OU. Eb. I, 93b. H. F. II, 140, 26.

Digitized by Google

culminis nostri obtulit nobis quandam auctoritatem Hludouuici piissimi regis in qua continebatur qualiter idem clarissimus princeps praefatum monasterium cum | monachis ibidem domino militantibus et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisset defensione et immunitatis tuitione. Obsecrauit namque praescriptus abba ut similiter ipsum monasterium cum monachis ibidem deo | famulantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinentibus sub nostra constitueremus defensione et praefati regis auctoritati nostram iungeremus auctoritatem. Cuius petitionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus. et beneficio quod postulauit assensum praebuimus. et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et uenerationem ipsius sancti loci tranquillitatem [que] fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus. per quam in futurum sancimus atque iubemus ut nullus iudex publicus aut quilibet [1])

. . . . . .

ad causas iudiciario more aliquando audiendas . . . . . .

sed liceat memorato abbati suisque successoribus eiusdem monasterii cum sibi subiectis sub immunitatis . . . . . .

pro aeterna remuneratione praefato monasterio concessimus. Praecipimus etiam ut de uillis aecclesiae sancti Bonifacii seruis etiam et colonis in illis manentibus quas moderno tempore habere uidetur uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci diuina pietas uoluerit amplificare habeat praedictus abbas successoresque eius potestatem decimas accipiendas propter aedificia perficienda uel restauranda luminariaque ecclesiarum renouanda. Et ut sibi fidelibusque suis pauperibus quoque et peregrinis tempore susceptiouis usus necessarios possint praebere. secundum id quod sanctae regulae propositum atque mandatum iubet monachos in susceptione hospitum pauperumque semper esse paratos. Et si quando uocatione diuina iam fatus abba successoresque eius de hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi inter se tales inuenire possint qui ipsam congregationem secundum regulam pii patris Benedicti regere ualeant. per hanc nostram auctoritatem consensum et licentiam habeant eligendi abbates. haec uero auctoritas ut pleniorem in dei nomine optineat firmitatem manu propria eam subter firmauimus et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Chuonradi (M) serenissimi regis.

Ödalfridus notarius ad uicem Piligrimi archicappellani recognoui et (R) (S)

Data .II. [2]) id. april. Anno incarnationis domini. DCCCC. XII. indictionum XV. Anno uero regni inuictissimi regis Chuonradi .I. Actum ad monasterium fuldense. in dei nomine feliciter amen. [3])

657. Traditio Chuonradi regis.

912.12 April. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Cognoscat deuotio omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam absentium. quod in primo

---

[1]) Der ausgelassene Text lautet wie in der Urkunde Ludwig's von 878 Nr. 619. [2]) Eb. VIII. idus. [3]) Bei Eb. I, 95a steht unmittelbar nach diesem Immunitätsbriefe ein zweiter mit demselben Datum (jedoch auch VIII. idus april.), aber in ganz veränderter und abweichender Fassung. Ich führe aus demselben nur zwei, wegen ihres Inhalts auffallende Stellen an. — locumque et ipsum sanctum *staffol* sub nostra defensione et immunitatis tuitione constitueremus. — ad causas audiendas uel freda exigenda uel expensas aut susceptiones uel *parauerédes* requirendos aut fideiussores tollendos. —

657. OU. Eb. II, 16a mit verändertem Eingang und Schluss. Tr. 551.

Digitized by Google

anno regni nostri sub die | pridie iduum aprilium ad monasterium fultense. pro salute animae nostrae. et uisitatione fidelium monachorum ibidem deo famulantium uenerimus. ibique honorifice benigneque suscepti sumus. Quapropter | cogitantes pro remedio futurae uitae et memoria nostra. simul et antecessorum nostrorum serenissimorum uidelicet principum. quasdam res iuris nostri in pago Grapfeld nuncupato. in loco qui uocatur | Helmericheahusa tres hobas regales. necnon in marca quae dicitur Hengistdorf. quicquid Ramuolt quondam uassallus noster ibidem in beneficium habuit. cum curtilibus. aedificiis. mancipiis. terris cultis | et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus ac reditibus. quaesitis et inquirendis. omnibusque rebus ad praedictas res rite conspicientibus. ad sanctum Bonifacium praetiosum martirem Christi qui in supra nominato monasterio corpore requiescit. pro augendis dininis cultibus. et consolatione eorundem fratrum. in perpetuam proprietatem donauimus. Iussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi. per quod uolumus firmiterque iubemus. quatenus uir uenerabilis Huoggi abba eiusdem coenobii successoresque illius talem inde ulterius habeant potestatem. sicut et de aliis rebus quae antiquis temporibus ad praefatum sanctum monasterium pertinere uidebantur. Et ut hoc largitionis nostrae praeceptum a nullo umquam successore nostro uioletur aev uiolari incipiatur sed firmum ac stabile per succedentium temporum curricula consistat. manu nostra propria subtus illud roborantes confirmauimus anulique nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum domni Chuonradi (M) serenissimi regis.

Ôdalfridus notarius ad uicem Piligrimi archicappellani recognoui et (R) (S)

Data .II. id. april. Anno incarnationis domini. DCCCC.XII. indictionum XV. Regnante gloriosissimo rege Chuonrado anno .I. Actum ad locum fultensem in Christi nomine feliciter amen.

658. Traditio Chuonradi regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Si 912, 1. Juli.
loca sanctorum diuino cultui consecrata. in quibus redemptori omnium iugiter laudes assidue. ac crebre celebrantur excubiae. congruis | honoribus adornamus. et ibidem degentium ac deo famulantium uitam quo liberius supernae contemplationi. ac dei uacationi possint assistere. temporalibus subsidiis satagimus fulcire. non solum ipsos sanctos quibus deuotio famulatus impenditur habebimus patronos. verum | etiam omnium iudicem ad cuius laudem cuncta bona deferuntur. procul dubio promerebimur remuneratorem. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria. qualiter nos ob aeternae mercedis augmentum. et per | intercessionem ueneranda ac dilectae genitricis nostrae Gliamuodae. sancto martyri Bonefacio quasdam res iuris nostri et paternae hereditatis. in pago Hûsitin dicto. et in comitatu Bardonia sitas. id est curtem Dribura nuncupatam. | cum curtilibus. aedificiis. familiis et mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. forestibus. aquis. aquarumque decursibus. quaesitis et inquirendis. et omnibus quae dici aut nominari possunt appenditiis a praesenti die in proprium donauimus. Ea uidelicet ratione atque conciliatione. ut praefata cara genitrix nostra a praedicti martyris coenobio. in pago Loganacgouue appellato. in comitatu Ottonis fratris nostri loca quae vocitantur Mittiu. Altinchirihha. Mestineshusa. Liuna. et Niuun-

658. OU. Eb. II, 17a. Tr. 552.

Digitized by Google

chirihha. eum cultibus. aedificiis. aecclesiis. mancipiis utriusque sexus. terra salica. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. omnibusque rebus ad eadem loca rite pertinentibus. ad dies uitae suae e contra in proprietatem acoipiat. Et post uitae suae discessum in ius et dominium eiusdem coenobii redeant. Iussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi. per quod huiusmodi factum in omnibus et per omnia confirmauimus. decernentes et statuentes. quatenus abba sepe dicti monasterii talem inde ulterius in praedicta coadunatione teneat potestatem. sicut et de aliis rebus quae antiquis temporibus ad eundem locum pertinere uidebantur. Et ut hoc confirmationis et largitionis nostrae praeceptum firmum stabileque permaneat. manu nostra subtus illud firmauimus anulique nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum domni Chuonradi (M) serenissimi regis.

Salomon cancellarius ad uicem Piligrimi archicappellani recognoui et (R) (S)

Data kal. iul. Anno incarnationis domini DCCCC.XII. indictionum .XV. Regnante gloriosissimo rege Chuonrado anno .I. Actum Franconofurt. in dei nomine feliciter amen.

659. Concambium inter Huoggi abbatem et Guntherium.

914, Juli (?) In nomine sanctę et individuę trinitatis Hûcgi diuina fauente clementia sanctę fuldensis ęcclesię abbas. Nouerit omnium fidelium nostrorum industria quia laicus quidam nobilis Guntherius nomine deprecatus est celsitudinem nostram ut quedam loca proprii iuris ęcclesię nostrę sibi in concambium donaremus. tandem hoc multis persuadentibus iterata locutione et dicentibus sua loca melius profutura nostris commodis quam propria. decreuimus nostra ei concedere loca his nominibus prenotata. Nyzenhusen. Ibeneshusen. Tuchelnhusen. Eggolfesheim. Esbenefelt. et in Hamersheim I. hubam. Et contra dedit nobis quicquid habuit in Henfestat. Steinhoug. Niuseze. Dahbeche. Gertilare. Marchesfelt. Smecheim. iterum Smecheim. et quicquid in illis locis habere dinoscitur. et in terminis eorum hoc est ędificiis. mancipiis. domibus. campis. siluis. pratis. cultis et incultis. pascuis. agris. hortis. Omnia ergo hęc per totum et integrum et ad ea pertinentia firma traditione ad sanctum Christi martirem Bonifacium donauit et contradidit prelatus Guntherius libera ac propria delegatione coram his testibus. Hessi comes. Tete comes. Rihmunt. Richere. Albuin. et alii.

Facta est hęc traditio seu commutatio in uilla regia quę dicitur Forcheim. anno dominicę incarnationis DCCCC.XIIII. indictione .II. Regnante rege Chunrado anno regni eius .III. mense iulio.

Signum domni Cunradi regis.

660. Traditio Meginolti.

Isti sunt testes qui uiderunt et audiuerunt quod Meginolt tradidit s. Bonifatio quicquid proprietatis habuit in pago Salageuue in loco qui dicitur Dulba et in ipsis terminis in areis aedificiis sepibus terris siluis aquis aquarumque decursibus pratis pascuis et in omnibus quae ipso die ibidem habere uisus est totum et integrum in elimosinam patris sui et sororis in ius praefati

---

659. Eb. II, 127a. Tr. 553.
660. P. 492, I, 153b. Tr. 556.

Digitized by Google

martyris Christi transfudit. Huoggi abbas. Otto diaconus et monachus. Himilger diaconus et monachus. Liutbraht diaconus et monachus. Ascholf subdiaconus et monachus. Meginolt. Gerhoh.

661. Traditio Hessi comitis.

Hessi comes tradidit ad s. Bonifatium in loco Ziuncilesbah in pago Salageuue in comitatu ipsius quod illi Ludouicus rex ibidem in proprietatem dedit quando sibi et alia loca cum immunitatis autoritate dedit hoc est quicquid rex sibi in eodem loco donauit in areis campis pratis pascuis siluis uiis et inuiis aquis aquarumque decursibus totum et integrum in ius praefati martyris Christi coram istis transfudit testibus. Huogge abbate presbytero et monacho. Thangmaro presbytero et monacho. Norde presbytero et monacho. Ottone diacono et monacho. Liutberte diacono et monacho. Ualten diacono et monacho. Sigifride diacono et monacho. Hartuchen presbytero. Ruothrahte Ratolfe Frideuuine Managolte Gerbrahte Sigifride.

662. Traditiones diversae.

Gibraht dedit ad s. Bonifacium quindecim iugera ad Marchereshusen.

Thietrih tradidit ad s. Bonifacium huobas X. areas IV. et pomerium in pago Grapfelde in captura Salzahu et in termino Nordheim uuizzideg halb et in termino Ostheim suae proprietatis uuizzidiges dimidietatem coram istis testibus. Uuolfmunte Herimuote Ualten Suuarzalahe Uuigen Ramuolte Thiotbalde Aten Egilharte Herolde Ualmunte Iuzen Hegilen Ualdante Thiotbalde Liobsune Einharte Recchen Reginbrahte Vodiframme Otuuine Ruotgere Ezilen Altmanne Gozbrahte Altmanne Dagafride Meginbalde Adalolte Friderihhe Uuargaste Brungere Inten Erlbrahte Meginen Embrichen Tusamanne Ellen Salramme.

Traditio Alberiches et Cunimuntes ad Brunnunstat areas et XX. huobas. ad Gruonbah in Uueringouue quicquid ibidem habuerunt. ad Rezzistat uineas quas ibidem patruus eorum habuit. Alberich separatim tradidit ad Barahdorf areas et huobas X. Cunimunt uero ad Geholfeshuson quicquid ibidem proprietatis habuit.

663. Traditio Reginheri et concambium cum abbate Huogge.

Reginheri de Uueitahu tradidit s. Bonifacio Christi martyri almifico in elimosinam Ratoltes XX iugera in campo praefatae uillae. ibidem etiam XXX. iugera et unam aream dedit in comparationem equi quem emerat ad fratrem nostrum Offonem.

Idem Reginheri et Meginolt uolentes concambium facere cum uenerabili abbate Huogge ad sanctum tradiderunt Bonifacium quicquid proprietatis habuerunt in pago Tullifelde in comitatu Adalbraht in Uuesthemono marcu in duabus uillis Uueitaha nuncupatis et in uilla Fiscbach in capturis areis pomeriis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decur-

---

661. P. 492, I, 154. Tr. 555.
662. P. 492, I, 155.
663. P. 573, II, 241. Tr. 554.

Digitized by Google

sibus totum et integrum in ius praedicti Christi martyris transfuderunt. ea scilicet ratione ut ipsi contra acciperent in captura Sigimareshuson duas areas et duos campos quicquid iam dictus sanctus dei ibidem proprietatis habuit et capturam Hiltiriches et sicut Uraha defluit in Ulstram et sursum ad Rotunbah ubi ipse emanat et inde per medium oppositi montis Usgo in Ulstram. isti sunt testes in quorum praesentia hoc concambium factum est. Huoggi abbas. Friderih presbyter et monachus. Offo presbyter et monachus. Eburmunt presbyter et monachus. Himilgero diaconus et monachus. Liutbraht diaconus et monachus. Ascolf subdiaconus et monachus. Egilmunt Egino Immo Reginbald Albgoz Uualtbraht Brun Albuuin Rehhart Spitbraht Leibolf Adalolt Thiotbraht Meginbald Ruotuuig Uuigger Engilhart Egilolf Meginger Rathelm Otuuart Rudelthang Otheri Ratheri Alaman Roho.

664. Traditio Adalbrahti.

Adalbraht tradidit in pago Grapfeld quicquid ei in partem cedebat in Uezzerun ubi ferrum conflatur et in Hesilinu etiam illam quae ad illum pertinebat partem et seruum unum nomine . . et in praesenti uestituram cum fratre tradidit quoque in Liohgario partem quae illi iure debetur.

665. Priuilegium Iohannis X. papae Haichoni abbati concessum.

917, 10 Mai. Iohannes episcopus seruus seruorum dei Haichoni religioso abbati uenerabilis monasterii domini saluatoris et per eum in eodem uenerabili monasterio successoribusque suis abbatibus in perpetuum. Summam gerentes sollicitudinem [1]) . . . . . .

. . . . . .

Tibique fili dilecte Haicho quia te bene eruditum et eloquentem uirum esse nouimus . . . . . .

. . . . . .

et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos et obseruator huius priuilegii extiterit. benedictionem et gratiam a deo consequatur.

Scriptum per manum Iohannis protoscriniarii sanctę sedis apostolicę in mense maio. indictione quinta. Bene ualete. Datum. XIIII. kal. iun. per manum Stephani secundicerii sanctę sedis apostolicę anno deo propitio pontificatus domni Iohannis summi pontificis et uniuersalis decimi papae in sacratissima sede beati Petri apostoli quarto imperante domno piissimo patricio augusto Berngario a deo coronato magno imperatore annno secundo et patricius anno secundo. indictione V.

---

664. P. 574, II, 243.

665. Eb. I, 9b. Eine andere Fassung bei Eb. I, 41a stimmt mit dem Privilegium Stephan's V. an Huoggi (s. Nro. 642), hat aber ein offenbar falsches Datum: Data mense septemb. indict. II. per manum Mariani cancellarii. Entweder ist der Name des Papstes oder was wahrscheinlicher ist der Name des Abts verschrieben. [1]) Der weitere Text ist gleich dem im Privilegium Benedict's IV. an Huoggi Nro. 649.

Digitized by Google

666. Concambium inter Haichonem abbatem et Gramannum.

Notum sit omnibus Christi fidelibus. qualiter conuentio facta est inter uenerabilem Haichonem abbatem et Gramannum laicum ut cambirent inter se de rebus proprietatis suę. Dedit ergo prior Gramannus laicus beato Bonifacio martiri et uenerabili abbati Haichoni proprietatem suam in pago Logenaha in comitatu Herimanni in uilla quę dicitur Erbenhusen XVI. hubas. areas IIII. iugera XXXIIII. et prata XX. et pomerium et edificia domorum XL. et quicquid ibi habuit proprietatis. et ad Erfrateshusen hubas duas et areas II. et quicquid ad illas hubas pertinet. E contrario illi datum est ab abbate prefato ad Glene ubi ęcclesia ędificata est quicquid ibi habuit. ut ea conuentione commutationis utrique possessores omni tempore fruerentur. Factum est hoc concambium regnante Chunradò rege coram his testibus. Giselbertus. Folcmarus. Erlolfus. Eremfridus. Meginbaldus. Liunandus. Regimarus. hi et alii plures affuerunt.

667. Traditio Cunradi regis.

Cunradus diuina clementia fauente et ordinante Romanorum et Francorum rex. Si loca sanctorum diuinis mancipata cultibus et spiritalibus instituta seruiciis donis ac beneficiis nobis a deo collatis ditare et honorare uoluerimus. non solum ad honoris nostri aucmentum sed ad ęternę etiam salutis nostre profectum cedere pro certo habemus. Quapropter notum fieri uolumus omnium Christi ac nostri fidelium industriç qualiter nos pro amore uitę ęterne et sacrosanctę christianę religionis amore praeelegimus locum fuldensis monasterii specialis praerogatiuę patrocinatione sanctissimi Bonifacii defensione muniri locumque requiei post finem uitę deo annuente consequi. Unde quia incerta est uita hominis super terram oportunum ac ualde necessarium uidetur. ut praeueniamus districti iudicis iram in confessione et purissimę atque mundissimę conscientię oblatione. Offerimus igitur et contradimus deo et sanctissimo eius martiri Bonifacio predia duo a parentibus nostris hereditario iure collata nobis. hoc est in Hagen et Sumerde. cum omnibus suis appendiciis cum certis terrarum ac siluarum terminis ea condicione certissimaque pactione. ut predicti fuldensis monasterii fratres uictum et uestitum inde habeant et pro animę noatrę matrisque nostrę Glismudę liberatione preces iugiter deo fundant.

668. Immunitas Heinrici regis.

In nomine sanctae et indiuiduae triaitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Con- 930, 2. April.
stat nos diuina dispensante gratia caeteris supereminere mortalibus. unde oportet ut cuius praecellimus munere. | eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum. quia uir uenerabilis Hâicho abba ex monasterio quod | dicitur Fulda. quod est situm in pago Grapfeld constructum in honore sancti Bonifatii martyris Christi ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit. adiena

666. Eb. II, 124a. Tr. 557.
667. Eb. II, 18a. Tr. 558.
668. OU. H. F. II, 141, 27.

Digitized by Google

excellentiam culminis nostri quando primitus causa illò orationis uenimus. | obtulit nobis quandam antecessorum nostrorum Hludouuici uidelicet et Chuonradi auctoritatem. in qua continebatur qualiter idem principes karissimi praefatum monasterium cum monachis ibidem deo famulantibus et cum rebus uel homi|nibus ad se iuste pertinentibus sub sua constistuissent defensione et immunitatis [1]) tuitione. Obsecrauit namque prescriptus abba ut similiter ipsum monasterium cum monachis ibidem deo militantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter aspicientibus sub nostra constitueremus defensione ac praefatorum regum auctoritati nostram iungeremus auctoritatem. Cuius petitionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus et beneficio quod postulauit assensum praebuimus. et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et uenerationem sancti loci ipsius tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus. per quam in futurum sancimus atque iubemus. ut nullus iudex publicus [2]) . . . . . .
. . . . . .
iudiciario more aliquando audiendas. aut freda . . . . . uel mansiones aut paratas faciendas uel fideiussores . . . . . .
sed liceat eidem abbati suisque successoribus eiusdem monasterii cum sibi subiectis sub immunitatis nostrae defensione possidere. et quicquid de supra dictis rebus ius fisci exigere poterat. pro aeterna remuneratione praefato monasterio et monachis concessimus. Praecipimus etiam ut de uillis [3]) . . . . . .
manu propria subtus eam firmauimus et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Heinrici (M) serenissimi regis.

Symon notarius ad uicem Herigeri archiepiscopi recognoui. et (R) (S)

Data .III. non. april. Anno incarnationis domini dcccc. xx. indictione VII. [4]) Anno uero regni gloriosissimi regis Heinrici .I. Actum in coenobio Fulda nuncupato. in dei nomine feliciter amen.

669. Praeceptum Heinrici regis de concambio inter Haichonem abbatem et Otgarium.

[Heinricus diuina fauente clementia rex.] Proinde notum fieri uolumus omnibus fidelibus nostris tam futuris quam presentibus quod quidam fidelis et familiaris noster homo dines ac nobilis Otgarius nomine tradidit in manus nostras uillam unam proprietatis suę Uuegefurte nuncupatam rogans ac postulans ut eandem proprietatem sancto Bonifacio in fuldensi monasterio delegaremus et abinde cum consensu fratrum et abbatis uillam alteram ualde remotam ab ipso loco. illi autem proximam Ditenhusen appellatam reciperemus sibique legitimo concambio contraderemus et regio precepto utramque traditionem confirmaremus. Quod et fecimus cum consensu omnium fratrum et abbatis Haichonis. licet scitum esset eandem uillam ab antecessoribus nostris regibus Pippino scilicet et Karolo eidem monasterio contraditam. sed negligentia prelatorum usque ad nostra tempora amissam. sed ad diriuendam litem et contentionem consultum ac ratum nobis uisum est. ut tali concambio redimeretur quod longinquitate et seditionis periculo pene inutile uidebatur. Placuit ergo nobis hanc inde cartam conscribi. ne rursus aliqua incuriositate quod uix requisitum est inutiliter amittatur.

---

[1]) U munitatis. [2]) u. s. f. wie in der Urkunde Ludwigs III. von 878. [3]) u. s. f. wie in der Urkunde Conrads I. von 912. [4]) Es ist VIII zu schreiben.

669. Eb. I, 100a. Tr. 559. Der erste eingeklammerte Satz ist aus Schannat genommen; bei Eb. fehlt er.

Digitized by Google

670. Traditio Heinrici regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si 922. 23 Juni.
cum terrenarum rerum facultatibus diuino munere nobis collatis aecclesias et loca sacro dei cultui dicata accumulando conamur augere. deum nobis inde interuenientibus sanctis suis remuneratorem promereri atque eos qui eisdem praeesse noscuntur nostros uidelicet fideles ob hoc deuotiores ac promptiores in nostro credimus permanere obsequio. quocirca nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sagacitas. qualiter nos ad uenerabile coenobium quod dicitur Fulta causa orationis uenientes ubi uir uenerabilis nomine Hahibho moderno tempore abba dinoscitur esse beato Christi martyri Bonifacio quasdam res iuris nostri in Buochunna sitas hoc est in pago Grapfeld nuncupato in comitatu Bobbonis infra terminum Soresdorf quicquid in loco Berahtolfestafta appellato huc usque obtinere uidebamur cum curtilibus aedificiis familiis et mancipiis terris cultis et incultis agris pratis campis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus quesitis et inquirendis omnibusque rebus magnis ac paruis ad eundem locum rite pertinentibus aeternaliter in proprium donauimus. Iussimus quoque hoc nostrae largitionis praeceptum inde conscribi per quod uolumus firmiterque iubemus quatenus praefatus Hahibho egregius abba suique successores talem inde ulterius habeant potestatem sicut et de aliis rebus quae antiquis temporibus ad memoratum coenobium pertinere [uidebalntur. Et ut hoc praeceptum firmius habeatur ueriusque credatur ac diligentius a cunctis fidelibus obseruetur manu nostra subtus illud firmauimus anulique nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum domni Heinrici serenissimi regis.

Simon notarius ad uicem Herigeri archiepiscopi recognoui et (R) (S)

Data X. kal. iul. anno incarnationis domini DCCCCXXII. indict. XI. [1]) anno uero regni gloriosissimi regis Heinrici IIII. actum in loco Uualahusa dicto in dei nomine feliciter amen.

671. Traditio Embiltae.

In nomine sanctae et indiuidnae trinitatis ego Embilt ad s. Bonifatium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro pausat corpore ubi uir uenerabilis largus atque laudabilis Haicho abbas cum summa castitate atque suauitate multitudinem monachorum ad dei militiam regere uidetur hoc est quod trado in prouincia Grapfeld in finibus Haginiu quicquid sum uisus proprietatis habere in loco qui dicitur Cella in ureis aedificiis campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus mobilibus et immobilibus et in omnibus his locis quae dicuntur Schilturod et in finibus Marahesfeld atque Uuitageshuson et in Eigilgereshusen et in Inhhusen legitime adiacentiis et mancipiis. ea scilicet ratione haec omnia trado ut quamdiu uiuam usufructuario possideam post obitum uero meum omnia quae supra memorata sunt meliorata non minorata deo donante ad praedictum Christi martyrem et memoratum abbatem uel successorem eius cum omni integritate reuertantur. Isti sunt testes. Egilbraht presbyter. Ratbraht diaconus. Ruoduuin presbyter. Altbolt diaconus. Uuolmunt Uualah Odalah Zazo Uuigo Buobo Herimuot

---

670. Schannat trad. 562 giebt die Urkunde »ex autographo«, welches jetzt nicht mehr vorhanden ist; daher habe ich sie aus Sch. entlehnt. Eine ganz veränderte Fassung steht bei Eb. II, 46a, mit dem auffallenden Schreibfehler am Schlusse: actum *Alsatio*. [1]) Es ist X. zu lesen.

671. P. 493, I, 157. Tr. 561.

Digitized by Google

Thiomman Uuolmunt Adalfrid Helidbraht Raban Uuidarolt Heribraht Thiothart Otleib item Otleib Vodilbraht Reginmar Nidhart Gerolt Ratolf Ruodicho Betto Marobolt Haicho Belding Otuuin Milo Uuscho Ruotfrid Herting Remfing Ezelfrid Berahtuuin Uuolfbero. Pro illa ratione ista traditio firma sit ut nulli laico ab ullo abbate in beneficium donetur sed omnino ad singulare abbatis firmumque seruitium omnia ista pertineant.

672. Traditio Almari.

Ego Almar trado pro remedio patris et matris meae ad sanctum Bonifatium quicquid proprietatis uisus sum habere in Thietboldeshuson in comitatu Bobbonia in pago Graphelde in aedificiis in areis. pratis. pascuis. aquis aquarumue decursibus. mobilibus et immobilibus. et omnibus iure ad me pertinentibus. isti sunt testes. Gerolt presb. Thietrih presb. Adalolt presb. Thioto diac. Hiltibertus diac. Thiomman laicus.

673. Traditio Dioroni.

Isti testes uiderunt et audierunt quod Dioro tradidit ad sanctum Bonifatium in termino Soreadorph in uico Leimbach suae proprietatis iugera LX. cum mansa in qua ipse habitauit cum domo in ea aedificata et cum aliis aedificiis inibi constitutis sicut idem ipse eandem aream circumseptam habuit cum tribus mancipiis quorum haec sunt nomina. Rammunt. Ratsuinth. item Rammunt. statimque uestituram cum stipulatione peregit coram istis testibus. Haicho presb. Uuicger presb. Folcmar presb. Gerbraht presb. Reginheri presb. Carlman presb. Ermenolt diac. et ipse Dioro et filius eius Reginuuart. Lantbraht. Dato. Sigerih. Salaman. Rihbalth. Uuigmunt. Uuarrih. Ellihart. Meginbald. Hamideo. Erphheri. Uualtger. Asbraht. Matto. Eburhart. Egino. Balthhart. Eggihart. Sigileih. Reginolt.

674. Traditio Hesses comitis et Starcmanni.

923, October. Traditio Heasses comitis ad Otekaresdorf in pago Salagenue in comitatu ipsius et in Kinzichero marcu hoc est quicquid ibidem habuit in huobis mancipiis aedificiis areis campis pratis pascuis siluis uiis et inuiis aquis aquarumque decursibus totum et integrum in ius s. Bonifacii martyris Christi donauit. isti sunt testes qui hoc uiderunt et audierunt. Ruodolf filius ipsius praefati Hesses qui hanc traditionem fieri iussit. Uuolmunt Uualah Ato Helperih Ascrih Albhart. haec traditio facta est anno dominicae incarnationis DCCCCXXIII. indictione XI. mense octobri regni uero domni Heinrici regis quinto Hiltiberto uenerando abbate prae-

---

672. C. 83b, 222. Hd c. Tr. 563. Schannat hat bei dieser und der folgenden Urkunde ein Datum hinzugesetzt, welches in der Handschrift nicht steht.

673. C. 83b, 223. Hd c. Tr. 564.

674. P. 493, I, 156. Tr. 565 und 566. Nach dem Necrologium fuld. bei Schannat stirbt Graf Hessi schon VII. kal. octobres.

Digitized by Google

sente multisque sibi monachis subiectis assistentibus qui ad Fuldam coram tumulo s. Bonifacii Christi testis.

Traditio haec acta est et eodem die uno eodemque momento tradidit Starcman et soror eius Gotahilt ad s. Bonifacium quicquid proprietatis habuerunt in loco qui dicitur Fusesstat in pago Salageuue hoc est in huobis mancipiis et quicquid dici et nominari potest quod illis iure pertinebat. hi sunt testes. Uualtrih qui hanc traditionem fecit. (?) Uualah Thiomman Reidolf.

675. Traditio Kristani.

Notum sit omnibus fidelibus. quod quidam uir nomine Kristan sub principe magno 929.
Heinricho furto raptos equos indomitos in Salzungun pii pastoris fuldensis coenobii cui nomen Hadamarus. et noxae conuictus in uulgari concilio. sub pignore tradidit in manum fidelem Bopponi comiti in cuius etiam comitatu iacet quicquid in Bâhfeldono marku et in Heidu biuange habere uisus est in campis et siluis. seu pratis. aquis aquarumue decursibus. et omnibus quae iure hereditario illic habuit. et ipse Boppo comes tradidit hanc ipsam hereditatem ad sanctum Bonifatium martyrem Christi ut firmiter illic incontradicta maneat. Isti sunt testes qui uiderunt et audierunt. Helichraht. Rumolt. Uualmunt. Otung. Geberoh. item Geberoh. Friderih. Adalhelm. Sindicho. item Sindicho. Rohing. Rvodolt. Hartuuic. Unno. Anno dominicae incarnationis DCCCCXXVIIII. indictione II. anno XII. [1]) regni piissimi regis Heinrichi.

676. Traditio Hartmanni.

In nomine domini nostri iudicis et regis Iesu Christi ego Hartman dono atque trado ad 929.
s. Bonifacium quicquid in Brahtahu habere uisus sum in mancipiis aedificiis terris cultis et incultis pratis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus et quicquid dici aut nominari potest pro remedio animae meae parentumque meorum. Facta est haec traditio in monasterio Fulda dignissimo Hadamaro abbate astante cunctisque fratribus. isti sunt testes qui uisu et auditu istius traditionis affuerunt. Meginheri Anzo Gunduuin Thietrih Hruodacar Hruodbraht Ingilbold. regnante Henrico rege anno uero eius regni XI.

677. Traditio Hartmanni.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Hartman pro remedio animae meae paren- 930, 20. März.
tumque meorum dono atque trado ad sanctum Bonifacium quicquid in Treiae habere dignoscor in pago Uuetereiba in terris campis pratis siluis pascuis aquis aquarumue decursibus domibus aedificiis mancipiis ea ratione ut firmiter et incontradicte in nostra permaneat potestate. quod autem in Lintheim trado hoc est liten unam seruos duos cum huobis cum uxoribus et liberis hac

---

675. C. 71a, 194. Hld d. Tr. 567. [1]) L. XI.
676. P. 514, II, 46. Tr. 568.
677. P. 575, II, 245. Tr. 569.

Digitized by Google

ratione constat ut ego et coniux mea Berahtheid ad nostram utamur uitam. hoc autem quod in inferiore Muggunstat et in ea marca quae Rotunbah nuncupatur uisus sum habere et in Ruommothuson seu in Quethrunn ut ego et praedicta mea coniux neptisque mea Egina habeamus usque dum uiuamus ea uidelicet ratione ut ego et coniux mea Berahtheid et neptis mea Egina si inconiuncta maneat monasterium in Rotunbah ad nostram possideamus uitam. Facta est haec traditio in monasterio Rotunbah anno domini DCCCCXXX. indictione tertia mense martio die XX. feria VII. anno XI. regni piisimi regis Heinrici subnotatis testibus praesentibus. Isti sunt testes traditionis quam tradidit Hartman in Treise et Muggistat et in Ruommuothusun seu in Quethrunn. Anselm Adalhelm Uuicbarn Ruotbraht Eggihart item Eggihart item Adalhelm item Eggihart Berahtolt Alarih Uuonat Ruodung Uuigbato Uualdman Egilbraht Uuitger Folcbraht Hartrat Ruodolf Heimerat Uto item Ruodung Helpherat Engilbald Thietrih Gunduuin Amalrih item Folcbraht Hatto item Eggihart Brunnuuart Vogo Uuolfheri Diotgoz Antger.

678. Praeceptum Heinrici regis de concambio cum Hadamaro abbate facto.

932, 3. Juni. Heinricus diuina concedente clementia rex et aduocatus Romanorum augustus. Nouerint omnes fideles nostri presentes scilicet et futuri. qualiter Hadamarus uenerabilis abbas fuldensis monasterii tradidit nobis cum consensu fratrum inibi deo famulantium quicquid in Triburi in pago Engilin in comitatu Meginwardi presidis. et in Istat in pago Nabelgowe in comitatu item eiusdem Megenwardi. et in Merseburc in pago Hòsgowe in comitatu Sigifridi proprietatis habere uisi sunt fuldenses fratres preter illa mancipia quę nominatim constat esse interdicta. E contra nos illis dedimus quicquid in Abunheim in pago Uuormazgowe in comitatu Chunradi. cum omnibus ad hec iure pertinentibus. cum ęcclesiis mancipiis curtilibus ędificiis agris pratis aquis ulneis siluis pascuis molendinis piscationibus cultis et incultis exitibus et regressibus omnibusque appendiciis et conpertinentiis suis totum et integrum concedimus predicto monasterio in eternam proprietatem. Iussimus quoqus hoc preceptum inde conscribi precipientes. quatenus predictus abbas Hadamarus suique successores talem ulterius inde habeant potestatem sicut de aliis monasterii rebus quae ab antiquis patribus regibus scilicet et principibus fratribus sancti Bonifacii martiris in consolationem uictus et uestitus collata sunt. Et ut hoc uerius ab omnibus fidelibus credatur. manu nostra propria illud subter firmauimus anuloque nostro sigillari iussimus. Scire preterea tam futuros quam presentes uolumus, quia prefatis fratribus nostris fuldensibus unaquaeque huba plena in natali sancti Martini carradam uini nostrae uel mogontinae mensuras persoluere et ad Rumphenheim debet portare. et ęctera omnia in tribus itineribus et seruiciis statuta conseruare uolumus. et aduocato ter in anno siclos XX. aut quantum cum eis comparari possint dari precipimus. Si qua uero de seruicio aut de suo iure aut de legitimis eorum discordia oriatur. in Bingenheim in pago Wetereiba generali placito terminetur.

---

678. Eb. II. 19a. Tr. 570. Wersebe, Gaue zwischen Elbe u. s. w. S. 65 kann sich von der Aechtheit dieses Diploms nicht überzeugen; aber seine gegen dieselbe vorgebrachten Bemerkungen sind im Ganzen unbedeutend und lassen sich leicht widerlegen. Ich kann nur eines zugeben, nämlich dass wir die Urkunde nicht in ihrer ursprünglichen Fassung besitzen; an dem Tausche selbst ist nicht zu zweifeln. Schon die folgende Urkunde bezeugt die Schenkung; dass aber das Kloster Fulda in jenen drei genannten Orten Besitzthum gehabt, ist aus Eberhard's Summarien bekannt. Einen ganzen Ort wie Merseburg hat allerdings König Heinrich nicht eingetauscht; aber davon ist auch nicht die Rede. Waitz Jahrbücher des d. Reichs unter Heinrich I. S. 104 u. 119 beruft sich nur auf Wersebe.

Digitized by Google

Signum domni Heinrici inuictissimi regis.
Ego Boppo notarius recognoui.
Datum III. non. Iun. indictione quinta anno dominicę incarnationis DCCCC. XXX°. II°. Actum in Erpesfurt felicitер amen.

679. Traditio Heinrici regis de Abunheim.

Hanc traditionem ex imperio domni Heinrichi serenissimi regis Kuonradus comes manu sua in Uuormazfelde stipulatione subnixa peregit presentibus his testibus quorum nomina subtus continentur ut ea quae in presenti armario sigillo regis cum immunitate firmantur etiam titulatione firma habeantur testium. † Grimoldus. † Eurolfus. † Uuarmunt. † Vodalrih. † Vuarger. † Beteuuart. † Adalhart. † lahheri. † Bruning. † Ebernand. † Rihcho. † Adalolt. † Sigifrid comes. † Altbraht. † èrih. † Helmbraht. † Thiodolt. † Bruning. Adalbraht. Gundheri. item Adalbraht. Ceizzolf. Folonand. Gerolt. Hartrat. Adalhelm. Ruotbraht. Eggihart. Berahtolt. Alarih. Gerlah. Altduom. Gundolt. Suonheri. Reginboto. Azacho. Gerhard. Vuolfhart. Birnicho. Folcbraht.

680. Concambium cum Cunrado comite factum.

681. Priuilegium Leonis papae.

Leo episcopus seruus seruorum dei Hadamaro religioso abbati uenerabilis monasterii 938, 13 Mai.
domini saluatoris. et per te in eodem uenerabili monasterio successoribusque tuis abbatibus in perpetuum. Summam gerentes sollicitudinem omnium uenerabilium locorum. quantum ex diuino adiutorio possibilitas datur. de eorum stabilitate satagere studemus. Hoc namque studio et diuina placatur clementia. et laus ecclesię Christi procuratur. Nam potiori et nos fiducia pro impetranda uenia delictorum aeternam pietatem audemus implorare. Et ideo reuerentia tua postulauit a nobis. quatinus iam dictum uenerabile monasterium domini saluatoris a sancto Bonifacio episcopo constructum in loco qui vocatur Boconia erga ripam fluminis Fuldaha privilegii sedis apostolicę munimine decoretur. ut sub iuris dicione [1] . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
sine ullius personae contradictione. Tibique fili dilecte Hadamare quia te bene eruditum . . .
. . . . . .
et nihilominus [2] praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inviolata permaneat apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos et obseruator huius nostri priuilegii extiterit. bene-

679. C. 9b, 16. Hd c. Tr. 571.
680. S. Eberh. summ. 42,310. Tr. 572. Schannat hat den Namen *Hadamar* eingeschoben, welcher bei Eb. nicht steht.
681. Cll. des 11. Jahrhunderts; Eb. I, 11a. [1]) u. s. w. wie in dem Privilegium Benedict's IV. vom J. 901. [2]) Vergl. das Privilegium Johann's X. vom J. 917.

Digitized by Google

dictionem et gratiam a domino consequatur. Scriptum per manus Leonis scriniarii sanctae romanae aecclesiae in mense maio. indictione nona. Datum .III. idus maii per manum Nicolai primicerii summae apostolicae sedis. Anno deo propitio pontificatus domni Leonis summi pontificis et uniuersalis sexti papae in sacratissima sede beati Petri apostoli primo in mense [maio] et indictione nona.

682. Immunitas Ottonis I. regis.

936, 14 October

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Constat nos diuina dispensante gratia caeteris supereminere mortalibus. unde oportet ut cuius precellimus munere. eius studeamus modis omnibus | parere uoluntati. Quapropter comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum. quia uir uenerabilis Hathumar abba ex monasterio quod dicitur Fulda. quod est situm in pago Grapfeld. constructum | in honore sancti Bonifatii martiris Christi. ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit. adiens excellentiam culminis nostri quando de prouintia Selauorum qui uocantur Riaderi in pace uenimus ad Magathaburg. obtulit nobis | quandam antecessorum nostrorum Hludouuici uidelicet et Chuonradi nec non et genitoris nostri beatae memoriae Heinrici auctoritatem. in qua continebatur qualiter idem principes karissimi praefatum monasterium cum monachis | ibidem deo famulantibus et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus sub sua constituissent defensione et immunitatis [1]) tuitione. Obsecravit namque [2]) . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

successoribus eiusdem monasterii cum sibi subiectis sub nostra defensione possidere et quicquid . . . . . .

uel quae deinceps in iure ipsius loci dominus amplificauerit habeat praefatus abbas . . . . . .

. . . . . .

manu propria subtus eam firmauimus. et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis (M) serenissimi regis. Adaltag notarius ad uicem Hildipertti archiepiscopi recognoui. et (R) (S)

Data II id. octobr. Anno incarnationis domini DCCCCXXXVI. indictione VIIII. Anno uero regni gloriosissimi regis Ottonis .I. Actum in Magathaburg. in dei nomine feliciter amen.

683. Concambium inter Hadamarum abbatem et Emichonem.

940, 30 Mai.

Ego uidelicet Hadamar fuldensis coenobii dei donante gratia abba omnibus sanctae ac religiosae christianitatis fidelibus notum fieri cupio. qualiter quidam uir nomine Emicho quandam complacionem apud me fieri postulauit. ego quoque eius petitioni unà cum consensu sanctae congregationis mihi commissae assensum prebens manu mei aduocati Gerolti eidem Emichoni Cvonradi comitis uasallo. in loco qui dicitur Horegeheim .V. hvobas cum curtilibus ad easdem hvobas iure pertinentibus ac mancipia .V. a terra uero salica iugera .LVI. ea uidelicet ratione

---

682. OU. Eb. I, 108b. H. F. II, 143, 29. [1]) U *munitatis*, wie in der Urkunde Heinrich's. [2]) u. s. f. wie in der Urkunde Heinrich's I vom Jahr 920.

683. C. 85a, 225. Hd c. Tr. 573.

Digitized by Google

tradidi. ut ipse singulis annis libram .I. ad missam sancti Martini in uilla Ab...[1]) dicta persoluat. et si ita non reddet cum iniquitate sua emendet. Post obitum uero suum quicquid in eodem loco illa die adquisitionis uel possessionis in qualicunque re habere uideatur totum et ex integro iure hereditario ad sanctum Bonifatium succedat. Praefatus autem Emicho tradidit sancto martyri Bonifatio in uilla Alehesheim hvobam .I. cum curtili huic statim abrenuntians. Testes. Domnus abbas Hadamar. Hatto. Haicho. Adalhart. Egilolf. Cvonrat comes. Gerolt. Vogo. Vuitger. Rvodhart. Hiltibraht. Vodilhelm. Gebo. Franko. Thiodolt. Marcuuart Focko. Ôzo. Adalbraht. Actum .III. kal. iunias annn incarnationis domini .DCCCCXL. anno autem Ottonis regis .V. in Ingelenheim. Ego etiam Uuigger presb. iussus haec scripsi et subnotaui.

684. Praeceptum Ottonis I. regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ottho diuina auxiliante clementia Romanorum rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum presentium necnon et futurorum sollertia. qualiter Hadamarus uenerabilis abbas de monasterio sancti Bonifatii martiris Christi. quod Fulthа uocatur. quod situm est in pago Graphuelt aput ripam fluminis Fulthae. deprecatus est celsitudinem nostram. ut homines quosdam super terras ipsius monasterii conmanentes. qui ad partes regni pertinebant. quos etiam quondam diuae memoriae Hlodewicus rex antecessor noster contulerat scolasticis dicti monasterii. sibi monasterio iam prefato scolasticisque necnon et monachis tradere et confirmare regali auctoritate dignaremur. Nos igitur quia petitionem suam iustam et rationabilem iudicauimus assensum ei prebuimus et pro remedio animae nostrae uel etiam dilectissimi genitoris nostri Heinrici regis prefatos homines seu colonos super terras memorati monasterii ubiuis conmanentes ipsis tradimus et donamus et eosdem homines supradicto abbati Hadamaro et suis successoribus necnon et monachis in sepedicto monasterio domino militantibus auctoritate regia confirmamus. quibus etiam damus hos apices serenitatis nostrae per anulum nostrum insignitos per quos precipimus et mandamus. ut nullus iudex publicus uel aliquis iudiciariae potestatis memoratos homines constringere uel perturbare presumat aut ab eis aliquid extorquere. sed sepedictus abbas et sui successores liberam habeant potestatem hominum eorumdem nec liceat eis. ut aliquem de sepefatis hominibus alicui mortalium in beneficium tradant uel in feodo conferant. quia eos sub hac conditione in monasterii ipsius iura transire permittimus. ut eorum conditio deterior non fiat sed quod sepe dicendo monasterio Fulthae quo ad nutriendas personas et inbuendas scolasticis disciplinis seruiant de omnibus que ad ius fisci regalis poterunt prouenire de hominibus antedictis. Preterea precipimus et confirmamus nostraque regali potestate et auctoritate interdicimus. ne ullus principum. ducum. uidelicet marchionum. comitum uel aliorum regni nobilium in terminis aut fundis. quos sub romano imperio ipsum uenerabile fulthense monasterium possidet. oppida. castra uel castella uel aliquas omnino munitiones ponat. instituat aut informet. thelonea etiam. uectigalia. pedagia. monetas et wiltbannos. omuibus hominibus cuiuscumque nobilitatis. dignitatis uel preeminentiae existant interdicimus in terminis seu possessionibus monasterii supradicti. Et quia sepefatus abbas Hadamarus nobis est conquestus. quod comites prouinciales et alii nobiles ministros et vassallos ac alios homines suos ad iudicia publica extra terminos pertrahant genere monomachiae

940, 1 December.

[1]) Zwei oder drei Buchstaben sind verwischt.

684. CU. aus dem 11. Jahrh. Schannat H. F. II, 145, 31 giebt die Urkunde »ex chartario«, womit er sonst den cod. Eberh. bezeichnet; aber in diesem findet sie sich nicht. Sein Text weicht übrigens nicht unbedeutend ab.

Digitized by Google

unde monasterium affligitur et grauatur. Ideoque ut sepedictus abbas et sui successores ac ipsum fulthense monasterium cum personis et omnibus ꝺbonis suis plena gaudeat libertate. districtissime prohibemus ut nullus iudex publicus. dux. marchio. comes uel uicecomes ministros. uassallos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos ad iudicia aliqua trahant sed coram abbate qui tunc fuerit causas suas agant. et si abbas tepidus et remissus aut iniuriosus querulantibus esset. coram rege uel imperatore uel deputatis ab eis iusticiam consequantur. Et ne per futura tempora aliquis mortalium contra hos apices serenitatis nostrae uenire possit uel audeat. eos anulo nostro ut superius premisimus consignatos manu roborantes propria abbati Hadamaro et suis successoribus monachisque et monasterio fulthensi damus et tradimus in robur omnium premissorum. ut eo melius sanctam congregationem ipsius monasterii delectet pro nobis coniuge nostra ac prole domini misericordiam exorare.

Signum domini Otthonis inuictissimi regis. (M) Hoholt cancellarius ad uicem Brunonis archicapellani recognoui. [1])

Data kal. decembris anno dominicae incarnationis DCCCC.XL. indict. XIIII.a [2]) regni uero domni Otthonis pïssimi regis quinto. Actum aput Frankenwrth in nomine domini feliciter amen.

685. Privilegium Marini papae Hadamaro abbati concessum.

943, 27 Mārz. Marinus episcopus seruus seruorum dei Hadamaro religioso abbati uenerabilis monasterii sancti Christi martyris Bonifatii et per eum in eodem uenerabili monasterio uestrisque successoribus in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda ꝙuę rationabilibus congruunt desideriis. oportet ut deuotioni conditoris pię constructionis auctoritas in priuilegiis prestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis. quatenus monasterium saluatoris a sancto Bonifatio primitus constructum et a te nouiter ędificatum in loco Boconia erga ripam fluminis Fulda priuilegii sedis apostolicę infulis decoretur et sub iuris dicione nostrę cui deo auctore deseruimus ęcclesię constitutum nullius alterius ęcclesię iuris dicionibus submittatur. idcirco piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem uel episcopum in praefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam prohibemus ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam presumat omnino celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iura ipsius uenerabilis monasterii diuina pietas augere uoluerit ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perfruatur. [3]) Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut

---

[1]) Das R fehlt; übrigens war auch ein imprimirtes Siegel an der Urkunde, welches jetzt nicht mehr vorhanden ist. [2]) Es muss heissen XIII. Nach Köpke Jahrbücher unter Otto I S. 49 war Otto allerdings den 1. December 940 in Frankfurt.

685. Eb. I, 10b und eine zweite Fassung I, 43a. H. F. II, 146, 32. [3]) E. 2 hat hier noch folgenden Zusatz. »Et neque regi neque episcopo uel comiti uel alicui qualicunque personae licitum sit aliquam uim ingerere seu quamlibet controuersiam inferre uel familiae eiusdem monasterii iniuriam facere. Et ut nulla femina ibi ingrediatur. Nemo ibi ex secularibus personis iudicium habeat uel placitum. Nemo seruos uel colonos ad seculare seruicium constringat. Eligendi sibi abbatem quando opus fuerit fratres inter se potestatem habeant secundum preceptum regulae. Tibi quoque karissime frater tuisque successoribus predicare uerbum dei potestatem damus ut tua doctrina caeteri

Digitized by Google

quicunque cuiuslibet ęcclesię presul uel quacunque dignitate persona hanc nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit. anathema ait et iram dei incurrens a cętu omnium sanctorum extorris existat. et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

Scriptum per manum Theodori notarii regionarii atque scriniarii sanctę romanę ęcclesię in mense martio et indictione prima.

Datum .VI. kal. april. per manum Nycolai primicerii summę apostolicę sedis anno deo propicio pontificatus domini nostri Marini summi pontificis et uniuersalis iunioris papę in sacratissima sede beati Petri apostoli primo. [2]) in mense. et indictione prima.

686. Praeceptum Ottonis I. regis.

In nomine sanctae et indiuiduę trinitatis Otto diuina propiciante clementia rex. Hadamaro abbati ab apostolica sede directo. literis domni | Marini romanę sedis apostolici a ueneranda paternitate tua nostrę allatis excellentię obtemperantes. monasterium quod constructum est in solitudine Boconia iuxta fluuium Fuldaha in loco | quem beatę memorię Carlomannus antecessor noster sancto Bonifacio archiepiscopo legato germanico legitima donatione concessit. sicut ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum priuilegio Zacharię sanctissimi | papę necnon successoris illius prefati domni Marini sublimatum esse constat. ita etiam nostrę auctoritatis precepto roborari iussimus. Quocirca placuit nobis hanc regalis nostrę preceptionis seriem | quam et Pippinus gloriosus predecessor noster prenominato sancto archipresuli Bonifacio per interuentum apostolicum de inmunitate regalique tuitione predicti monasterii concessit exarari pro dei amore et ueneratione sancti Petri. per quam et priuilegium sanctę sedis apostolicę tibi collatum cum consensu episcoporum ceterorumque fidelium nostrorum per omnia roboramus. precipientes ut nullus sacerdotum in regno nostro diuinitus nobis concesso in prefato monasterio ditionem aliquam sibi uindicet preter sedem apostolicam. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnia celebrare quisquam presumat. sed iuxta id quod subiectum constat apostolicae sedi firmitate priuilegii inconcusse roboratum permaneat. locis et rebus tam eis quas moderno tempore tenet uel possidet quam quę futuris temporibus iuris ipsius monasterii diuina pietas augere uoluerit ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. si autem quispiam huic nostrae auctoritatis precepto repugnare uoluerit. sententiam apostolicę districtionis quę in priuilegio expressa est experiatur. et tamen hoc quod ob amorem dei et uenerationem sancti Petri nostra auctoritate firmauimus stabile permaneat. manu nostra roboratum. et tam anuli nostri impressione quam fidelium nostrorum stipulatione subnixum.

913, 26 Mai

---

edificentur. De caetero hoc decernimus ut congruis temporibus nostrae sollicitudini aecclesiasticae intimetur, qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ecclesiastico studio mancipetur, ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu gressus rectitudinis uestrae a norma iusticiae retorqueatur.« [2]) Eb. *primi*. Hinter *mense* fehlt wie in frühern Privilegien der Name des Monats.

686. OU. Eb. I, 107b. Diocc. 241, 9. Vind. tab. IX. Die Schrift in dieser Urkunde weicht durchaus von der in den andern Urkunden Otto's ab; der Inhalt selbst beweist nichts gegen die Aechtheit. Vergl. auch Köpke's Jahrbücher unter Otto I. S. 55. Anm. 2. Mit Böhmer habe ich übrigens die Urkunde unter das Jahr 913 gesetzt, da die Indiction und das Regierungsjahr auf dieses hinweisen.

Digitized by Google

Signum domni Ottonis (M) inuictissimi regis.
Brun cancellarius ad uicem Fridurici archicappellani recognoui (S) et (R)
Data VIIII kal. Iunii. Anno dominicę incarnationis. DCCCCXLIIII. indict. I. Regnante Ottone serenissimo rege anno .VII. actum Balgesteti in domino feliciter amen.

686. Traditio Gerhardi et Snelburgae.

944. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. licet parua et exigua sint quae pro inmensis peccatis nostris domino conditori nostro offerimus. tamen ipse pius non quantitatem muneris sed deuotionem animi prospicit offerentis. Ideo ego Gerhardus et coniux mea Snelburg communi consilio parique uoto donationem nostrae proprietatis facimus sancto saluatori sanctoque Bonifatio ad monasterium quod dicitur Fulda. ubi ipse sanctus ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi dominus abbas Hadamarus preesse uidetur. hoc est quod donamus in pago Grapfeld in comitatu Bopponi comitis quicquid ad nos pertinet in Sehilturode. et in Belliriod. uel etiam in Geresfeld. pro salute animarum nostrarum totum ex integro potestatiua manu donamus ad prefatum locum a nobis iam penitus derelictum illucque iure hereditario perpetuo possidendum. Predictus etiam uenerandus abba de suis locis accommodauit nobis in beneficium haec loca id est Milizza et Cella. nobis ad dies uitae nostrae seruiendum. ut quisquis nostrum id est ego Gerhardus aut coniux mea Snelburg longiore uiuat tempore hoc beneficium hoc est Milizza et Cella habeat et post obitum utriusque nostrum iterum illuc unde nobis accommodatum est reuertatur. si uero postea aliquis hoc irritum facere uoluerit ad nos nostra proprietas integre redeat. Acta est haec traditio et hoc pactum anno dominicae incarnationis DCCCCXLIIII. indictione .II. Regnante Ottone rege. Regni uero eius anno .VIIII. sub titulatione istorum testium. Domnus abbas Hadamarus. Hatto presbit. Moricho prbr. Friderih diac. Ruoduuin prbr. Thietrih subdiac. Abbo subdiac. † Ratgeil. Rimis. Otoloh. Buobo. Adalolt. Fridohelm. Uuigfrid. Lantfrid. Albirih. Regino. Matto. Almar. Helicbraht. Ruodi. Luth. Runzolf. Heribraht. Adalhart. Hatto. Huozzi. Betilo. Uualtant. Gerhelm. Rumolt. Folcbraht. Helpherat. Herting. Geberat. Arcger. Salaman. Albuuin. Ratbraht. Albunin. Hadabraht. Hagano. Adalolt. Egi. Ruodolt. Fridicho. Gotehelm. Friderih. Gernolf. Sigifrid. Adalram. Boto. Billing. Buobo. Gernid. Altthuring. Uuillibraht. Gerhart. Folcrih. Meginolt.

687. Priuilegium Agapiti papae.

948, 2. Januar. Agapitus episcopus seruus seruorum dei Hadamaro uenerabili abbati et per eum in monasterio a sancto Bonifatio primitus constructo atque nouiter renouato suisque successoribus

---

686. C. 29a, 59. IId c. Tr. 574.

687. CU. des 11. Jahrhunderts. Ganz abweichend davon ist das Privilegium Agapitus II., welches Schannat in der Dioec. 241, 10 ex authentico, wie er sagt, hat abdrucken lassen; ich habe dasselbe nicht auffinden können. Ein anderes Privilegium von Agapitus an Abt Hiltebrand steht bei Eb. I, 42a, dat. kal. octobr. indict. VIIII. Unter Hiltebrand ist Hildibert zu verstehen, welcher schon in dem sehr alten index abbatum (s. meine traditiones 164.) Hiltibraht und Hildibrand genannt wird. Aber Hildibert war Abt von 923—927 und lebte nicht mit Agapitus, Papst von 946—956, zusammen.

Digitized by Google

abbatibus in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda [1]) . . . . . .
. . . . . .
Scriptum per manum Stephani notarii et regionarii atque scriniarii sancte romane ecclesie in mense ianuario et indictione .VI. Datum .IIII. nonas ianuarias.

688. Praeceptum Ottonis I. regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris | qualiter nos per interuentum dilecti fratris nostri Brunonis generique Cuonradi nostri ducis maximeque nobis animae confidentes remedium inde nasciturum | petitionibus abbatis Hadamari rationabilibus assentiuimus. quasdamque res ad sanctum Bonifacium traditas ab antecessoribus nostris regibus augmentare decreuimus id est ut forestam | quae ad uillam Achizuuila pertinet in qua prius erat communis omnium ciuium venatio nullus uenandum audeat ingredi nisi licentia eiusdem abbatis Hadamari successorumque illius. de monte Vuinternol usque in fluuium Hurnufa. et inde donec Hurnufa intrat in amnem Nita. deindeque sursum usque ad curtem Tûrenheim inferiorem. et ad Sleitfelde et usque ad Uuolues-brunnon iterumque vsque ad Uuintersnol et ut haec auctoritatis nostrę iussio firmior permaneat a futurisque uerius credatur ac cautius ab illis obseruetur. praecepimus illam conscribi anulique nostri impressione corroborari subtus eam manu nostra firmantes (S) [1]) (R) 951. 19. Ianuar.

Signum domni Ottonis regis (M). Brun cancellarius ad uicem Fridurici archicappellani recognoui.

Data .XIIII. kals. febr. anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi .DCCCC. LI. indictione .IIII. [2]) Anno regni Ottonis regis .XV. Actum Froncanofurt in dei nomine feliciter amen.

689. Traditio Ottonis I. regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator omnibus suis fidelibus salutem. Notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industrię. qualiter nos pro animę nostrę remedio uel etiam dilectissimi genitoris nostri beatę memorię Heinrici regis quasdam res proprietatis nostrę ad ęcclesiam sancti Bonifacii martiris Fuldę ubi Hadamarus uenerabilis abbas monachis preesse dinoscitur. tradidimus uillam Northeim [1]) uocatam in pago Salzgowe [2]) in comitatu Ottonis comitis fidelis nostri. cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis. curtilibus. mancipiis. ędificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarum decursibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. mobilibus et immobilibus et cum omni utilitate humani incolatus. cum familia utriusque sexus. totum ergo et integrum prefatę uillę predium donamus. atque deuota liberalitate nostra contradimus deo et sancto Bonifacio martiri

---

[1]) u. s. w. mit unbedeutenden Abweichungen, wie in dem Privilegium Marinus II. von 943.

688. OU. (?) Eb. I, 110a und II, 20a, beidemal mit Zusätzen. H. F. II, 147, 33. [1]) Von dem Siegel ist nur noch ein kleines Stück übrig mit den letzten Buchstaben der Umschrift: A REX. [2]) Es ist die Zahl V vor den Einern weggelassen und es muss heissen .VIIII.

689. Eb. II, 77a. Tr. 579. [1]) u. [2]). Beide Namen sind von späterer Hand corrigiert.

Digitized by Google

fratribusque eiusdem monasterii in perpetuam proprietatem. ea conditione ut nostri nos orumque parentum semper sint memores et pro terrenis eterna compendia nobis impetrent. Iussimus quoque hoc regalis nostrę auctoritatis inde fieri preceptum. per quod uolumus firmiterque iubemus. ut hęc nostrę traditionis condonatio firma et stabilis per succedentium temporum curricula permaneat. Hanc quoque cartam inde conscribi et anulo nostro iussimus insigniri. ut nullus hominum contra ire et refragare aut impedire nostram naleat edictionem.

690. Traditio Helmolti et sociorum.

Helmolt et Gozboto simul et Ualtbraht tradiderunt ad sanctum Bonifacium quicquid proprietatis habuerunt in superiore Luttura seu inferiore in Uuestheimono marcu in aedificiis et sepibus in campis areis pratis siluis aquis aquarumque decursibus pascuis cultis et incultis uel quicquid in captura supra dictorum locorum habere uisi sunt et econtra acceperunt concambium in Scunturu aequalem traditionis partem in latitudine et longitudine per manum Alarici aduocati qui hanc traditionem accepit et stipulatione subnixa firmauit. signum domini Hadamari abbatis. Askirih praepositi. Moricho Haicho Adalger Eggihart Alarich † Helmolt Gozboto Ualtbraht qui hanc traditionem fecerunt. Ruodnuin Reginhart Ualtbraht Fridunnin Scnuolf item Fridunuin Ellinbraht Gebehart Eggirich Ecko Eburhart Arindeo Gozboto Mendicho Engilhart Reginbold.

691. Traditiones diversae.

1. Ruodolf comes tradidit suum seruum Uuillibrahten ad s. Bonifatium istis praesentibus. Ruodnuin Albrih Erih Fridchelm Adalman Hatto Engilbero.

2. Ebo aduocatus s. Mariae uasallus Cuonrati comitis tradidit ad s. Bonifatium ista mancipia Bilinin Uunnigart Uuiguand Thiotmar Ruodekar Eggiunit. Uuilliger Mahtrond Otunar Uuinleih Germunt Adalmuot Hadabraht Ruodnuar Ruodbald Uuilliman Richolf Fridihilt Otger Landfrid Liobtag Nanzo Ualmar. isti sunt testes. Hadamar abbas. Adalhart presbyter et monachus. Egilolf subdiaconus. Rihhelm diaconus. Eggihart Gerrat Hessi Ratgeil Hiltbraht Beratolt Uuigger.

3. Hampho tradidit ad s. Bonifatium in Kalbaharu marcu quinquaginta iugera cum una mansa cum domo et horreo. Thiothart etiam totidem iugera cum area domo et horreo. Sigihelmi XXX. iugera. Reginbraht tantundem iugerum numerum impleuit in eodem termino cum area domo et aedificiis. horum omnium nestituram cum stipulatione subnixa perfecit.

4. Unalahfrid tradidit ad s. Bonifatium pro redemptione animae suae et parentum suorum quicquid propriae hacreditatis habuit in Scuntarahu marcu in pago Salageuue in campis siluis cultis et incultis aquis aquarumque decursibus et unum mancipium nomine Giselbraht praesente domino Hadamaro abbate. Hattone presbytero. Haichone presbytero. Uuiggariu presbytero. Eggihardo diacono. sig. Fridahelmi laici. sig. ipsius Unahlafridi.

---

690. P. 452, I, 19. Tr. 382.
691. P. 493 u. 494, I. 158. 160—162.

Digitized by Google

692. De traditione Uuilliperahti.

Uuilliperaht et uxor eius Hiltiburg tradiderunt ad s. Bonifatium partem haereditatis suae. tunc contigit quod Uuilliperaht obiit et de hac luce migrauit et tunc gener ejus Uuolfhart qui suam habuit filiam iniuste consedit illam traditionem quam tradidit Uuilliperaht et uxor eius Hiltiburg. tunc centurio Sigifrid qui aduocatus noster fuit et una fratres nostri cum eo placitum constituerunt ad Sundheim et ille Uuolfhart supra dictam rem iniuste consessam coram centurione illo et Ortrohe et Hungere et coram hominibus multis reddidit cum suo iure et emendauit quod iniuste consedit illam traditionem cum tali parte qualem Uuilliperaht suae tradidit filiae et nunc iterum quod ante reddidit possidet et fruitur in Hoitono marcu. in illa captura nostra unam stirpem factam habet.

693. Concambium quod fecit Brun cum Hadamaro abbate.

Concambium quod dedit Brun frater regis Ottonis domino abbati Hadamaro. de Calbaha iurnales mille I. et DCCC.XXX. de Bruninges et Sanderates et Uuigbrahtes iurnales CCC. et LXX. familiae. Otnuin Thietida cum duobus filiis. Thiotolf Umnuot cum duobus filiis. Trasemunt Uuighilt Uuolrat Hiltiburg cum quatuor filiis. Sandarat Ruotsuuind cum tribus filiis. Uuillifrid Adalrat cum una filia. Baldheri Mahttrud et unum filium. item Uuolrat Adalbirg cum filio uno. Thioto Gisalniu cum duobus filiis. item Mahtrud et una filia. Anelo et Liobhilt. item Uuillifrid Uuerinfrid Irminheid cum duobus filiis. Haberhilt cum filio uno. Suaneloug Albrun cum quatuor filiis. Liutrat cum quatuor filiis. Hiltrud cum tribus filiis. Himiltrud cum duobus filiis. Arindeo Unlaz Ruotbirg cum duobus filiis. Engilhelm Uuillimuot cum filio uno. de Elmaha et Steinaha iurnales duo millia et CC. familiae.

De Steinahu iurnales. Adalhelm Liobhilt cum quatuor filiis. Gisilbraht Rihheid Nending Focca cum duobus filiis. Thiotbald Mila cum duobus filiis. Liutheri Imma cum duobus filiis. Ratant Ualtburg cum sex filiis. Herrat Uuericho Radbraht Uuigolt Eggilind cum tribus filiis. Meginhilt cum quatuor filiis. Uueldrud cum quatuor filiis. Adalniu Folcsuiud Germuot cum duobus filiis. Albger Heituuar cum duobus filiis. Baldger Suoshilt cum tribus pueris. Thiothart et uxor eius cum uno filio. Altolf et uxor eius cum duobus filiis. item Altolf et uxor eius cum uno filio. Alhloug cum quinque filiis.

694. Traditio Liunnandes.

Liunnand tradidit ad s. Bonifacium praedium suum in loco qui dicitur ad Liunnandes in Uuolfesharodi marcu id est duas mansas cum aedificiis suis et capturam suam in campis siluis aquis aquarumue decursibus et arabilis terrae iugera CVI. † Adalger presbyter. Uuigger presbyter. Egilolf diaconus. Gerbraht presbyter. † Reginbald Liunnand Otunin Reginhart Meginfrid Meginhart Otger Dietger Gerbraht Ruothern Diothart.

---

692. P. 514, II, 45.
693. P. 526, II. // Tr. 583.
694. P. 526, II, 92.

Digitized by Google

695. Concambium Hadamari abbatis et Bernes et Arnes.

Concambium domini Hadamari abbatis et uasalli eius Bernes et Arnes. Arn tradidit deo et s. Bonifatio et abbati Hadamaro quicquid in Kalabach habuit proprietatis in aedificiis et sepibus areis campis siluis pratis pascuis iu molendina aquis aquarumue decursibus exitibus et reditibus et in Buotiruod quatuor huobas et quicquid illic habere uisus est in Buotiruodono marcu campis et siluis et VI. mancipia circa tria alia mancipia et haec nomina eorum sex Deganmar Uolfrith Rihheri Meginheri item Meginheri et soror eius. et Bern tradidit in Cellingun deo et s. Bonifatio molendinam unam et aream molarem unam et duas mansas et iugera duo uinearum erga decem mancipia. et item Bern tradidit in Cellingoro marcu quatuor huobas in concambium ut acciperet supra memoratum praedium in Buotiruod erga praedium quod est in Ruodihheshеim et addidit XXV. iugera plus ut illi peccati ratio non adiiceretur.

696. Traditio Suuanaburgae.

Nouerit sagacitas omnium beneuola mente inuestigantium quomodo Suuanaburg cum consensu filiorum suorum loca iure haereditario ad se in pago Grapfeld pertinentia hoc est in Dungdorph et in Thietriheshusun quicquid habere illic uisa est in locis curtilibus areis aedificiis campis cultis et incultis pratis siluis aquis aquarumue decursibus mobilibus atque immobilibus uel quicquid nominari potest in mancipiis seu aliis quibusque rebus tota integritate tradidit in manus uirorum fidelium Reginboldi scilicet seu etiam Liunnandi necnon et Uualdberti et Engilhardi ea ratione ut post obitum suum ipsi traderent hoc ipsum praedium ad s. Bonifatium sine ullius contradictione personae quod et perfecerunt praesidente domino admodum reuerendo Hadamaro abbate caeteris uenerabilibus uiris coram adstantibus Einhardo praeposito. Geraldo decano. Hattone archicapellano. Adalgario presbytero et monacho. Alpoldo presbytero et monacho. necnon et isti secundi ordinis praesentes erant. Thiommar diaconus et monachus. Rihbraht subdiaconus et monachus. Uuertuum scolasticus. Uuerinheri scol. Hatto scol. Agoz scol. Adalhart scol. † isti sunt qui traditionem fecerunt et statim uestituram perpetrarunt. Reginbold Uualdbraht Liunnanth.

Testes. Meginfrid Reginbold Otuuin Ruoduuin Engilhart Helmolt Icho Friduuin Meginbold Amalbraht Adalhelm Reginhart Scolf Uuerinfrit item Friduuin item Engilhart.

697. Traditio Bereuuelfes.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Bereuuelf pro remedio animae meae parentumque meorum trado ad s. Bonifatium ubi ipse sacro corpore requiescit et ubi uenerabilis abbas Hadamar multitudinem regit monachorum quicquid uisus sum habere in Uuanolfeshusono marcu et in Nitahari marcu quod est in uilla Bonlanton et in pago Uuetareiba situm hoc est in

---

695. P. 527, II, 95.
696. P. 560, II, 206. Tr. 578.
697. P. 575, II, 247. Tr. 585.

Digitized by Google

areolis aedificiis terris siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus et quicquid nominari uel dici potest absque ullius contradictione perpetualiter traditum esse uolo. Facta est haec traditio coram istis testibus. Hadamar dominus abbas. Hatto presbyter et monachus. Otbraht presbyter et monachus. Thioto diaconus et monachus. Meginuuart subdiaconus et monachus.

698. Traditio Fricconi.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Fricco trado ad s. Bonifatium in pago Grapfeld in uilla Dingesleia duas huobas cum areis. in Heigesdorf duas huobas cum areis quatuor seruos quorum haec sunt nomina Milo Birnicho Adalheri Ruotbraht et quatuor ancillas Ratunt Liomburg Thioterat et Frumihilt.

699. Traditio Rihhelmi.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Rihhelm et coniux mea Irminrat tradimus ad s. Bonifatium martyrem Christi ubi uenerabilis Hadamar abbas multitudinem regit monachorum hoc est quod trado in prouincia Tullifeld in comitatu Bobbonis quicquid habuimus in Rosdorfero marcu aream unam iugera LX. et quicquid habuimus in campis siluis pratis aquis aquarumque decursibus. isti sunt testes Megino Buobo Sigiuuart Arindeo Antger Cunimunt Berngер. hanc uestituram traditionis Sigiuuart accepit anno.

700. Cambium inter Popponem episcopum et Hadamarum abbatem.

Ad Utenhusun areae XXV. huob. XIII. IV iugera pratorum. Ad Uualdbaringun iugera LXX. Ad Rohingeshuson area I. agri LX. ad Hentinge iugera LXXX. ad Rosdorf areae X. huob. III. agri XXXIV. iugera. pratorum LX. iugera. ad Uuertaho quicquid s. Kilianus illic habuit absque area in qua ecclesia stat. in Affeldrahe regales huob. XV. XXV. iugera arearum. quercini nemoris XIV. huob. et XL ingera. in Hiltiboldesdorf huob. III. et XX. iugera. arearum X iugera. pratorum uero X. et IX. iugera.

701. Traditio Uuolmundes.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Uuolmunt dono atque trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi quicquid in Uuolmunteshusun habere dinoscor in pago Grapheld in terris et in campis. pratis. siluis. pascuis. aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis mancipiis mobilibus et inmobilibus. quicquid dici uel nominari potest ea uidelicet ratione ut firmiter et incontradicte

---

698. P. 576, II, 248.
699. P. 576, II, 249. Tr. 586.
700. P. 588. 43.
701. C. 71b, 175. Hd, d. Tr. 576.

Digitized by Google

in uestra permaneat potestate. et ut illa omnia quae in Beinrastat ad s. Bonifacium pertinent quamdiu uixero habeam ad meum seruitium. post obitum uero meum illuc reseruata reuertantur. isti sunt qui uiderunt et audierunt presente pio pastore ipsius monasterii Hadamaro qui hanc traditionem accepit. Fricco. Ebur. Egino. Diomman. Sigiuuart. Reginuuart. Lantfrid. Gerbraht. Arindeo. Rimis. Abbo. Megino. Uuargast. Emhart. Herrih. Adalbraht. Galaman. Otger. Gundakar. Betto. Friderih. Helmbold. Uuidigo. Albuuiu. Uuolmunt. Suuarzaloh. Sigiram. Hamideo. Hunolt. Uualman. Almar. Unarg. Herimot. Ato Cunimunt.

702. Traditio Sigiuuartes.

In nomine patris et filii et spiritus sancti licet parua et exigua sint quae pro quantitate et mole peccaminum deo offerimus tamen pius dominus noster Ihesus Christus uoluntatem offerentium inspicit. Ideoque ego Sigiuuart et uxor mea .... ut ueniam pro his mereamur accipere donamus ad monasterium sancti Bonifatii quod est ad Fuldam donamus prompta uoluntate ex integro quicquid possidemus in domibus uel edificiis in mancipiis in campis pratis cultis et incultis aquis aquarumve decursibus mobilibus seu immobilibus quicquid in Ithharteshusono biuange et in Diodorphono marku habere uisi sumus et haec nomina mancipiorum. Bernhart. Hnoggi Helphrat. Rvomniu. Citikuma. Sinmot. Eberhart. Uuanlog. Ruodikuma. Gerdrud. Rahhilt. Meginnuart. item Gerdrud. Alpsuind. Ceizbirg. Liohgart. Liohmot. Reginbraht. Adalrat. Harthraht. Rvodheri. Liutbraut. Diothart. Berahtger. Gunthraht. Irmindrud. Ratolt. Bernfrid. Uuinileih. Isti sunt testes qui uiderunt et audierunt. Altduom. Rimis. Ato. Herimot. Helichraht. Ratgeil. Bvobo. Egino. Galaman. Emhart. Uuargast. Megino. Uualdman. Hartger. Friderih. Haicho. Cunimunt. Dietrih. Uuidarolt. Uuitger. item Friderih. Greifing. Unlaz. Ruothraht. Deniold. Sigiram. Egilrat. Rathelm. item Uuitger. Albuuin. Vodihraht. Alrih. Arindeo. Otger.

703

Ebur et Rihlind uxor eius tradiderunt ad sanctum Bonifatium quicquid in Sundhemino marcu et in uilla Uuolmunteshusun proprietatis iure habere noscuntur in siluis uel in campis coram his testibus. Altduom. Rimis. Ratgeil. Uuarger. Eggihart. Helichraht. Diomman. Herimvot. Otger. Uuargast. Reginmar. Greifing. hoc pacto ut mancipia subtus nominata incontradicta quoadusque uixerint in suo seruitio habeant quorum haec sunt nomina. Reginburg. Reckio. Unnnnihilt.

704.

In Bernolfeshusun Heimbraht tradidit ad sanctum Bonifatium LX iugera. mansam unam. iugera prati .I. domum .I. horreum .I. ista sunt nomina testium. Emhart. Sigiuuart. Arindeo. Megino. Helmgoz. Cunimunt. Antger. Suitger.

---

702. C. 9a, 15. Hd. c. Schannat trad. 55. setzt die Urkunde in das Jahr 778; aber das Datum, welches er hinzugefügt hat, steht nicht in der Handschrift. Nach den Zeugen gehört sie in die Zeit Hadamar's.

703 u. 704. C. 71b u. 72a. 196—198. Hd d.

Digitized by Google

705.

Otgertradidit ad sanctum Bonifatium ancillam suam Liutuuiha. filiumque eius Uuernolfen. in concambium aliorum totidem mancipiorum. sub testibus supra notatis in traditione Ebures.

706. Traditio Greiphinges.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Greiphing dono atque trado pro filio meo Uuitgario ad sanctum Bonifatium quicquid in Ostheimero marcu habere uisus sum proprietatis in terris cultis et incultis campis. siluis. pratis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus. mobilibus et immobilibus sine ullius contradictione personae subnixa stipulatione. et seruum unum nomine Fricko. sub istis testibus. Suuarzalah. Sigifrith. Uuitger. Geroft pr. Uuitger pr. Helmfrith pr. Staroman pr. Carlmon pr. Sihigelt pr. Batifrid pr. Ermenolt diac. Uuigbraht diac. Gerbraht subd.

707. Traditio Fridohelmi.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Fridohelm cogitans pro salute animae meae et debitorum meorum dono atque trado ad sanctum Bonifatium martyrem Christi in pago Grapfeld in Bernriod quinque hvobas cum .V. mansis et ad unamquamque hvobam XXX iugera cum mancipiis XX. quorum unus est Reginuuart cum quo uestituram aliorum et traditionem facio ea ratione et eo pacto ut quamdiu uixero mihi in usum fructuarium et in seruitium habeam et post obitum meum incontradicte ad predictum sanctum pertineat. Testes huius traditionis. † domnus Hadamarus abbas. Hatto pr. Haicho pr. Adalger p. Moricho p. Uuigger p. Eggihart diac. Egilolf d. Dietrih d. Ratheri d. Gerbrat subd. Dietirih p. Thiotgoz subd. Mahtgis.

708. Traditio Helides.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est Fulda ubi sanctus Bonifatius corporaliter requiescit ubi etiam uir uenerabilis Hadamar abbas multitudini coenobitarum pius praeest pastor. ego Helid dono atque trado ad dingnissimis reliquiis pro remedium animae meae parentumque meorum quicquid in Mogontio et in Dienenheim habere dinoscor etiam in Spiozesheim unam hvobam. isti sunt qui hoc audierunt et uiderunt. Uuisirih. Altman. Hunbald. Helpherich. Sigifrid. Albhart. Bovgolf. Ellecho. Steinhart. Batirih. Flambraht.

709.

Dono atque trado ad sarchofagum dignissimi Christi martiris quicquid in Eriueldon et in Gotelohon proprietatis uisus sum habendo in terris. campis. pratis. siluis. uineis. pascuis.

---

705. C. 72a, 198. Hd. d.
706. C. 73a, 199. Hd. c.
707. C. 73a, 200. Hd. c. Tr. 580.
708. C. 74b, 201. Hd. c. Tr. 584.
709. C. 74b, 202. Hd. c. Tr. 575 mit einem Datum, welches in der Handschrift nicht steht.

Digitized by Google

aquis aquarumque decursibus domibus aedificiis. mancipiis. mobilibus et inmobilibus. nomina haec sunt mancipiorum. Sibicho. Fridirih cum filiis III. Heriger. Uuobbo. Oto. Liebheri et uxor eius cum filiis .II. Reginolt et uxor eius. Abba cum filiis .II. hvoba uacua .I. Hericho aliv. (?) Helphuuin. Uuolfhoh. Uuigger. Albirih. Uuizzo. Herizo. Sandhilt. Ello. Hiltibraht. Uuilla. Uuilla. Nanno. Thioto. Nanna. Uuilla. Benno. Sigilo. Geza cum filiis .II. Frouilo. Gunzo. Thietila. ea uidelicet ratione ut firmiter et incontradicte in uestra permaneant potestate. et ut illa omnia quae in Bvotesfad ad sanctum Bonifatium pertinent quamdiu uixero habeam ad meum seruitium post obitum uero meum illuc reseruata reuertuntur. isti sunt testes tradicionis. Megingoz. Erih. Erhart. Otan. Babo. Liutung. Reginuuart. Thiothelm. Erluuin. Nandheri. Gundolt. Gozo. Engilger. Rvodic. Risolf. Robing. Uuinidheri. Ebernand.

Isti sunt qui censum reddere debent. Folcmar. Uuilla. Geila. Teila. Otheid. Richiu. Ratheri. Abba.

710. Traditiones diversae.

1. Ego Helmolt tradidi meum alotum quicquid concessit mihi in finibus Scuntro in aedificiis in siluis sancto saluatori et sancto Bonifatio. isti sunt testes. Friduuuin. Nendicho. Gozboto. Engilhart. Otuuin. Uualtbraht.

2. Uuillikumo et Folcmar tradiderunt ad s. Bonifatium quicquid idem Uuillikumo in Hettenhusono marku et in eadem captura proprietatis habere uisus est. hoc est iugera XXXIII. aream unam. et unam domum. horreum 1. molendinum 1. cum loco molari. isti sunt testes huius traditionis. Reginbald. Reginhart. Albuuin. Folcmar. Otakar.

3. Deganmar. Uuolfrid. Rihheri. Meginheri. item Meginheri et frater eius. haec mancipia . . . . . dominus Hadamarus abbas Berne suo uasallo tradit . . . . . ergo molam et uineas necnon et areas duas.

Vuolfrid Meginhart Riholf et uxor eius filiusque eius et filia eius Heffa. Mahtilt . . . . . Hiltigart Diozza.

4. Gundakar et Nandung. quicquid predioli habuerunt in Lutteru. uno die ad s. Bonifacium dederunt. testes. Eggihart. Ratgeil. Engilhart. Helmolt. Gozboto. Uuillifrid. Sigifrid.

5. Rvodolt tradidit ad s. Bonifatium quicquid predii habuit medietatem in Struphidorphono marku iuxta terminum Sigimareshusun et per manum Friderici uestituram [fecit].

6. Betto de Struphidorph tradidit tria iugera ad s. Bonifatium in eadem marka iacentes et de ipsis cum eadem terra uestituram fecit.

711. Privilegium Iohannis XII. papae.

961, 30. Dec.? Iohannis episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Hattoni uenerando abbati uenerabilis monasterii sancti saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifacii martiris Christi. qnod situm est in loco Boconiae super ripam fluminis Fuldae. tibi succesoribusque tuis abbatibus

---

710. C. 85b u. 86a (Umschlagblatt) von verschiedenen Händen. 3. vergl. oben Nr. 695. und Client. fuld. 195.
711. Eb. I, 14a und 15a zweimal copirt.

Digitized by Google

in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda [1]) . . . . . quatinus prefatum monasterium sancti saluatoris priuilegii sedis apostolicae infulis decoretur ut sub . . . . . Et ideo omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem in prefato monasterio ditionem . . . . . .

Scriptum per manum Leonis secundicerii sedis apostolicae in mense decembrio. indictione quinta. Datum .IIII. idus decembris per manum Iohannis episcopi et bibliothecarii sanctae sedis spostolicae. anno deo propicio pontificatus domni Iohannis summi pontificis et uniuersalis papę XII°; in sacratissima sede beati Petri apostoli. in mense. VI°. [2]) indictione quinta.

712. Traditio Ottonis II. regis.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Otto diuina fauente gratia imperator. Nouerit omnium 966, 18 Jan. sanctę ęcclesię nostrorumque fidelium tam presentium scilicet quam futurorum industria. qualiter nos interuentu dilectissimi fratris nostri Willehelmi sanctę moguntiscensis ęcclesię archipresulis necnon et Wiggeri nostri fidelissimi comitis amico nostro fuldensis ęcclesię reuerendo abbati Erkenbaldo fratribusque illius monasterii quicquid predii uel hereditatis in uillis et marchis subnotatis. scilicet in uilla Culmnahs. et in ûrbah. et in uilla Berhtelesrode in comitatibus Wiggeri uidelicet et Willehelmi comitum haberemus cum omnibus appendiciis et utilitatibus tradidimus et perpetua stabilitate concessimus atque confirmamus. quicquid in illis terminis iusta possessione habere uisi sumus tam in mancipiis quam et in ędificiis. terris. cultis et incultis. curtibus. uiculis. uiis et inuiis. exitibus atque reditibus. quesitis et inquirendis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus seu uenationibus. mobilibus et immobilibus. cum omni integritate seu cuiusque modi utilitate. qua ad nostrum ius idem predium haberi uidebatur predicto abbati Erkanbaldo ac fratribus fuldensis ęcclesię donauimus et confirmauimus in laudem et honorem domni nostri Jhesu Christi et sanctissimi martiris eius Bonifacii archiepiscopi qui in ipso fuldensi monasterio corporaliter requiescit pro ęterno remedio et memoria animę nostrę ac parentum nostrorum. ut omnes abbates eiusdem monasterii absque ullius semper contradictione liberum arbitrium habeant tenendi. donandi. uendendi. commutandi. seu in beneficium dandi seu concedendi uel quicquid sibi libuerit exinde faciendi. Et ut huius traditionis seu delegationis auctoritas per imperiale nostrum preceptum fixum et incommutabile per omne seculorum ęuum permaneat. cartam hanc conscribi et anuli nostri impressione iussimus insigniri. quam et manu propria subtus firmauimus et hunc carpcterem nominis nostri transscribi precepimus. Amen.

Signum domni Ottonis serenissimi imperatoris augusti.

Ego Liutoldus cancellarius recognoui.

Datum. XV. kal. febr. anno dom. inc. DCCCC. LX. VI. indictione decima. Actum Mulinhusen feliciter in domno amen [1]).

---

[1]) Gleichlautend mit dem Privilegium Marinus II. von 943, mit Ausnahme der angegebenen Abweichungen. [2]) Ich glaube, dass diese Zahl an einer unrechten Stelle steht und hinter das Wort apostoli gehört; der Name des Monats ist ausgelassen wie in früheren Privilegien.

712. Eh, II, 40a. Tr. 587. [1]) Der Name des *Erkanbald* ist offenbar falsch; im Jahre 966 war Hatto II. Abt. Schannat hat daher an der ersten Stelle *Hattoni* geschrieben, an der zweiten den Namen ganz weggelassen.

Digitized by Google

713. Privilegium Iohannis XIII. papae.

Iohannes episcopus seruus seruorum dei karissimo nobis in Christo filio Uuerinhario
969. 8. Nov. sacri cenobii uuldensis abbati religiosissimo et per eum suis successoribus abbatibus in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum sanctorumque locorum stabilitatem pertinere monstratur sine aliqua est deo auctore mora perficiendum ut ex hoc uigor religionis sanctę roboretur et eisdem sanctis locis salus et indempnitas solidetur. nobis quoque lucri potissimum premium a conditore omnium deo in regnis celestibus adscribatur. Igitur quia per interuentum domni Ottonis excellentissimi piissimique imperatoris augusti nostrique spiritalis filii et sanctę ecclesię defensoris prenominatus Uuerinharius abbas postulauit a nobis quatenus uenerabile monasterium cui preesse uidetur quod olim a sanctę memorię Bonifacio episcopo ad honorem dei et domini nostri saluatoris in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis Uultaha constructum priuilegii summę sedis apostolicę infulis decoretur. et sicut per sanctissimi papę Zacharię constitutionem aliorumque uenerabilium pontificum predecessorum decessorumque nostrorum precepta dicioni sanctę nostrę cui deo auctore deseruimus ęcclesię subpositum est. ita perpetuis temporibus perseueret et nullius umquam alterius ęcclesię iurisdicionibus summittatur. quapropter piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur digno effectui mancipamus. ideoque omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem solemnia quispiam presumat omnimodo celebrare ut profecto iuxta id quod subiectum apostolice sedi firmitate priuilegii consistit. inconcusso omni tempore dotatum permaneat locis et rebus uniuersaliter tam eis quas a primordio sibi uendicare debet uel quas moderno tempore tenet et possidet quam eis quas futuris temporibus in ius ipsius sacri monasterii diuina prouidentia augere ex donis et oblationibus decimisque quorumlibet Christi fidelium uoluerit absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Adicientes autem pro magno amore prefati piissimi et christianissimi domni Ottonis imperatoris augusti specialiter constituimus ut isdem uuldensis abbas ante alios abbates Galliae seu Germaniae primatum sedendi in omni loco quo conueniant obtineat. necnon et archimandrita consultior et honorabilior nostra apostolica auctoritate permaneat. Constituimus quoque per huius nostri decreti paginam ut quicumque cuiuslibet ęcclesię presul uel quacumque dignitate predita persona hunc nostri priuilegii tenorem quem auctoritate beatissimi apostolorum principis cuius uice fruimur confirmamus et recorroboramus uiolare et transgredi temptauerit anathema sit et iram dei omnipotentis incurrens a cetu omnium sanctorum alienus existat et nihilominus prefati monasteri dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica in omnibus auctoritate subnixa.

Scriptum per manum Stephani scriniarii notarii et regionarii sanctę romanę ęcclesię. in mense octobrio et indictione tertiadecima [1]).

Datum .VI. idus nouembris. per manum Uuidonis episcopi et bibliothecarii sanctę sedis apostolicę anno pontificatus domni nostri Iohannis terciidecimi papę quarto. imperii uero domni nostri Ottonis augusti maioris octauo et minoris secundo. indictione XIII.

---

713. CU. des 11. Jahrhunderts; Eb. I, 15b. Dioec. 243, 11. Eine zweite kürzere und abweichende Fassung steht bei Eb. I, 45a mit dem Datum: scriptum per manum *Leonis* secundicerii sed. apost. in mense decembrio indictione quinta. [1]) Die Indiction ist unrichtig; Schannat hat daher undecima geschrieben, was zu den Regierungsjahren auch nicht stimmt; aber auch in diesen hat sich Schannat Aenderungen erlaubt.

Digitized by Google

714. Praeceptum Ottonis II. imperatoris.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator au- 973, 22 Oct.
gustus. quoniam utilitatibus aecclesiarum imperatoria auctori | tate nos prouidere oportet si quid, commodi faciendi in possessionibus ad easdem pertinentibus aecclesias ab earum rectoribus intentatur a nobis roborari decet. Idcirco nobis rogatu fidelium | nostrorum. Adalberti scilicet sanctae Magadaburgensis aecclesiae archiepiscopi. et Uuerinharii uenerandi abbatis sancti fuldensis coenobii. concambium ab illis in presentia piissimi genitoris nostri | Triburie factum. nostra item auctoritate roborare decreuimus. Dedit sane archiepiscopus mutuaria concambii lege de rebus aecclesiae suae in ius et proprietatem sancti martyris Christi Bonifatii quicquid | in prouintia et comitatibus australis Thuringiae dono et munificentia eiusdem serenissimi genitoris nostri. nostroque. in locis subnotatis proprium aecclesiae suae uisus est habere. hoc est Dungide. et Donnaha. et Brŏheim. et Ostmilinge. et Cruciburg. totamque uuestmilingero marcam in omnibus locis et rebus cultis et incultis. et Thachebechi. et Uualehesleba et Cŏrnere. et Helinge. et Rokkessteti. et Salzunga cum omnibus appenditiis et utilitatibus suis. tam in aecclesiis quam in aliis aedificiis. et mancipiis utriusque sexus terris cultis et incultis. uineis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. piscationibus. salinis. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. mobilibus scilicet et immobilibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. et omnibus utilitatibus uel pertinentiis suis. Et ut hoc concambium firmum et stabilem permaneat. rogatu eiusdem archiepiscopi nostri quicquid in Drikkestedi utilitatis uel proprietatis uisi sumus habere in eandem mutationem munifica largitate transfundimus et donamus. Item e contra de possessionibus sancti Bonifatii martyris praescriptus uenerabilis abbas Uuerinharius pari mutuatione concambii dedit in ius et proprietatem sancti Mauritii martyris quicquid in Frekenleba et Scekkensteti. Arneri. Lembeki. et Fateresrod. Kerlingorod. Mannesfeld. Duddondorf. Rodonuualli. Nienstedi. Purtin. et Elesleba. aliisue uillis uel uillarum partibus. quas sclauanicae familiae inhabitant ad haec locs pertinentibus cum omnibus utilitatibus et appenditiis suis. tam in aecclesiis. aliisue aedificiis. quam in mancipiis utriusque sexus. terris. cultis et incultis. uineis. pratis. pascuis. siluis. piscationibus. squis. aquarumue decursibus. molendinis. mobilibus scilicet et immobilibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis uisus est habere. Quoniam igitur utriusque loci tuitio uel defensio nobis pertinet. id ipsum concambium sicut in praesentia piissimi genitoris nostri per manus aduocatorum. Riedagi scilicet sanctae magadaburgensis aecclesiae. et Adalberti sancti fuldensis coenobii traditum et confirmatum est. nostra item auctoritate roboramus et confirmamus. Et ut haec auctoritatis nostrae confirmatio utrique parti firma et stabilis permaneat. hanc concambii cartam conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus. quam et manu propria subtus firmauimus.

Signum domni Ottonis (M) magni et inuictissimi imperatoris augusti.

Uuillisus notarius ad uicem Rotherti archicancellarii subscripsi (S)[1]) (R).

Data XI kal. novembr. Anno dominicę incarnationis dccc. lxxiii. indict. II. Anno regni domni Ottonis iunioris serenissimi imperatoris augusti .XIII. imperii autem .VI. actum Altstedi feliciter in dei nomine amen.

---

714. OU. Eb. II, 21a. Tr. 588. [1]) Das Siegel fehlt. Die Indictionszahl ist nicht richtig; dagegen stimmen die Jahre des regnum und imperium. Böhmer vermuthet, die Urkunde gehöre vielleicht in das Jahr 974.

Digitized by Google

715. Immunitas Ottonis II. imperatoris.

975, 27. Mai. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Constat nos diuina dispensante gratia caeteris supereminere mortalibus. unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. quapropter comperiat | industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum. quia uir uenerabilis Vuerinhariua abba ex monasterio quod dicitur Fulda. quod est situm in pago Grapfeld. constructum in honore sancti Bonifatii martyris Christi. ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit. | adiens excellentiam culminis nostri quando primum ad praefatum locum uenimus. obtulit nobis quandam antecessorum nostrorum Pipini uidelicet. Ludeuuici. et Chuonradi. Heinrici. necnon et genitoris nostri beatę memoriae Ottonis imperatoris augusti auctoritatem. in qua | continebatur qualiter idem principes carissimi praefatum monasterium cum monachis ibidem deo famulantibus et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus sub sua constituissent defensione et munitatis tuitione. Obsecrauit namque praescriptus abba | ut similiter ipsum monasterium cum monachis ibidem deo militantibus et cum rebus ac hominibus sibi legaliter aspicientibus sub nostra constitueremus defensione. ac praefatorum regum auctoritati nostram iungeremus auctoritatem. cuius peticionem quia iustam immo rationabilem esse iudicauimus. et beneficio quod postulauit assensum praebuimus. et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et uenerationem sancti loci ipsius tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum monasterium fieri decreuimus. per quam in futurum sancimus atque iubemus. ut nullus iudex publicus [1]) . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
manu propria subtus eam firmauimus et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis (M) imperatoris augusti Folcmarus uice Uuillegisi archicapellani notaui (R) (S).

Data VI kal. iun. anno dominicae incarnationis dcccclxxv indict. II.[2]) anno uero regni domni Ottonis XIIII imperii VII. actum Fulda.

716. Praeceptum Ottonis II. imperatoris.

975, 3. Juni. In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Quoniam ea quę monasterii locis deo dicatis a fidelibus sanctę dei ęcclesię iure traduntur. nostra auctoritate corroborari debentur. idcirco notum esse uolumus omnibus nostris tam futuris quam presentibus fidelibus. qualiter quędam matrona nomine Wentilgart. quę sub regali et imperiali patrocinio nostro semper esse uidebatur. nostram adiit serenitatem postulans ut cum licentia nostra quoddam predium suę hereditatis cenobio sanctę fuldensis ęcclesię in honore domni nostri Jhesu Christi necnon et sanctę dei genitricis semperque uirginis Marię atque sancti martyris Bonifacii sua beniuolentia contradere liceret. Nos quoque quoniam sub publica defensione nostra atque patrocinio nostro hactenus esse uidebatur. pię peticioni eius nostrę serenitatis aures accomodauimus

---

715. OU. Eb. I, 111a. H. F. II, 148. 35. [1]) u. s. w. wie in der Urkunde Otto's I. vom Jahre 936. [2]) Die Indictionszahl sowie die Jahre des regnum und imperium stimmen nicht; sie sind sämmtlich um eine Einheit zu klein.

716. Eb. II, 23a. Tr. 589.

Digitized by Google

et ita hoc quod petebat fieri decreuimus. Ipsa etiam quia pro remedio animę pii genitoris nostri imperatoris augusti domni Ottonis et pro sanitate nostra dilectęque coniugis nostrę imperatricis augustę Theofanię sicut ab antecessoribus nostris regibus et imperatoribus decretum est consensum prebuimus. quicquid predii uel hereditatis in marcha Ostmilingi. et in marcha Brucheim. in pago Thuringię. in comitatu Wiggeri habere uidebatur. cum mancipiis. curtibus. ędificiis. terris. cultis et incultis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. pratis. pascuis. siluis. aquis aquarum decursibus. molendinis. piscationibus. uenationibus. familiis. mancipiis utriusque sexus. accolis. aduenis cum omni suppellectili. mobili siue immobili. cum omnibus appendiciis et utilitatibus pro spe uitę ęternę nostro consensu predicto cenobio a beatissimo Christi martire Bonifacio constructo tradidit atque donauit. eo tenore ut quicquid utilitatis inde prouenerit uel uenire possit. sub perpetua tuitione nostra posterumque nostrorum ad eiusdem utilitatem monasterii monachorumque ibidem deo sanctoque Bonifacio die noctuque famulantium teneatur et suis non alterius ut libuerit usibus adiungatur. Precipimus etiam hoc sub interminatione diuini iudicii. ne aliquis abbatum hoc idem bonum a prefato monasterio umquam uel concedendo uel promittendo auferre presumat. sed sit fratribus in consolationem et loco desolato in restaurationem sempiternam omnium hominum contradictione remota. Et ut hoc preceptum nostris futurisque temporibus firmius habeatur ueriusque credatur. cartam inde conscribi et sigillo nostro eam iussimus insigniri.

Signum domni Ottonis imperatoris augusti. Ego Folcmarus cancellarius recognoui. Datum III. non. iun. indict. III. Actum Wimares feliciter.

717. Praeceptum Ottonis II. imperatoris.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fa[uente clementia] impera- 977, 21 Mai.
tor augustus. | Si locis diuino cultui mancipatis. quibus beneficia nostra conferimus. saltem ab aliis Christi fidelibus tradita confirmau[erimus diuinitus] nos inde procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium nostrorum tam praesentium | scilicet quam futurorum magnitudo comperiat. qualiter fidelis noster Bobbo [1]) uidelicet sanctę fuldensis aecclesię abbas. et cum eo religiosi clerici de monasterio sancti Iohannis Baptistę et sanctę Cecilię | uirginis et martyris quod Radesdorf uocatur. nostram imperialem adiere clementiam. orantes et postulantes. quatinus predium quoddam a quadam uenerabili matrona nomine Willa eiusque filiis Wicfrido et Starcfrido ad altare sancti Iohannis Baptistae et sanctae Ceciliae pro remedio animarum suarum sollempniter traditum. fratribus in eodem monasterio deo famulantibus per hoc nostrę auctoritatis praeceptum confirmare dignaremur. Unde pro timore dei et amore diuinę caritatis petitionem ipsorum effectui mancipantes per hoc nostrae auctoritatis imperiale priuilegium praecipimus atque iubemus. ut nullus successorum nostrorum regum siue imperatorum. neque aliquis praefati fuldensis cenobii abbas. allodium illud quod praedicta matrona Willa nomine cum filiis in uilla [quae vocatur] Ysanesheim ad praedictum monasterium Radesdorf pro remedio animę suę suorum filiorum ac parentum tradiderat. a potestate eiusdem loci uel a prebenda fratrum quoquo modo aufferre uel abalienare praesum[at sed cum omni utili]tate quę uel in agris. aut uineis. siue terris cultis aut incultis inde prouenire ualeat. usibus eorundem fratrum perpetualiter cedat atque permaneat. Con-

---

717. CU. mit vielen Löchern; die Lücken habe ich aus einem Rasdorfer Copialbuch ausgefüllt, welches sich in der Bibliothek des hiesigen Franziskanerklosters befindet. Dioec. 244, 12. [1]) Der Name ist unrichtig; Schannat hat ihn daher ohne weiters weggelassen.

Digitized by Google

stituimus etiam et ad praebendam eorundem fratrum sp[ecialiter delegamus quicquid in locis] subternotatis usque ad hęc nostra tempora sub praedecessorum nostrorum uisi sunt habuisse temporibus. id est in ipso monasterio. uel locis istis. scilicet Dafdaho. Ingimarestat. Sulaho. Ostheim. Buocho [Haselaha cum aliis uillulis ad illas] pertinentibus necnon in uilla quę Vargelao uel Balderesteti dicitur. cum quibus duabus praefatum monasterium in die cons[ecrationis] ipsius dotatum est ut audiuimus. Volumus etiam ut in his locis quę subscri[buntur nullam uiolentiam patiantur] ab aliquo. quę fideles quique pro animarum suarum remedio eidem contulere monasterio. id est Negelstedi. Melre. Gleddestedi. Ysanesheim. Keistriche. uel Uhsino. quę sub suo specialiter [debent habere dominio. haec] igitur loca et quicquid in quibuscunque locis ad ea pertinere dinoscitur. ad peculiarem praebendam fratrum in praefato monasterio Radesdorf deo famulantium constituimus atque delegamus. et ut nullus successorum nostrorum [regum uel imperatorum] neue aliquis praedicti fuldensis cenobii abbas de eisdem rebus quicquam auferre uel alicui beneficare presumat. firmissime praecipimus atque iubemus. Propter iustam uero et rationabilem petitionem dilecti et fid[elis nostri Egberdi] cancellarii praefatę autem ecclesię praepositi. ne inter abbatem fuldensem et eius loci praepositum aliqua surgat controuersia in posterum. ad perpetuam emunitatem praepositure in Radesdorf. praenominato Egberdo et omnibus successoribus [eius] praepositis omne ius uillicationis omnemque rationem in aministrandis rebus ecclesię confirmamus. saluo tantum canone antiquo. qui specialiter de eadem uillicatione debetur uel abbati uel eius fratribus vel canonicis in praescripto loco consistentibus.

Signum domni Ottonis inuictissimi (M) imperatoris augusti.

Egbertus cancellarius ad uicem Uuilligisi archiepiscopi et archicapell[ani] . . . . . [1])

Data .XII. kal. iunii Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXVII°. indict. V. Anno vero regni pii Ott[onis XVI. imperii uero .X. actum Fuldae in dei] nomine amen.

718. Traditio Ottonis II. imperatoris.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Quoniam regię uel imperatorię dignitatis officium esse dinoscitur ut monasteria uel loca deo et sanctis eius dicata ob diuini cultus augmentum nouis semper auctoritatibus roboremus. idcirco notum esse uolumus omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industrię. qualiter nos pro remedio animę domni genitoris nostri scilicet imperatoris augusti Ottonis proque stabilitate regni et imperii nostri necnon et pro spe diuinę remunerationis pro sanitate quoque dilectę coniugis nostrę Theophanię. quicquid predii uel hereditatis in ciuitate Sletheim. in pago Thuringię. in comitatu Wiggeri habere uisi sumus. uidelicet mancipiis. terris cultis et incultis. edificiis. uiis et inuiis. exitibus et redituibus. quesitis et inquirendis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarum decursibus. molendinis. piscationibus. cum omnibus appendiciis seu cuiuscunquemodi utilitatibus ad nostram imperialem dignitatem haberi uidebatur. fratribus deo sanctoque Bonifacio in fuldensi monasterio die et nocte deuote famulantibus in perpetuam proprietatem donauimus. eo tenore et conditione ut fratres prefati monasterii teneant et possideant et suis utilitatibus sicut libuerit eandem nostram donationem adiungant. Precipimus etiam nostra regia et imperiali auctoritate ut nemo se

[1]) Ueber der Zeile befand sich ein Siegel.

718. Eb. II, 22a. Tr. 590.

Digitized by Google

de aduocatione intromittat. nisi quem abbas et fratres fuldensis monasterii sibi utilem elegerint et constituant. Preterea precipimus et confirmamus omnia bona fuldensis ęcclesię specialiter ea quę patres et antecessores nostri imperatores et reges illuc pro animę suę remedio contulerunt ut nullus successorum ab eodem uenerabili monasterio aliquid tollat uel in beneficium suscipiat preter ministeriales ęcclesię quibus iure debentur bona ęcclesię pro defensione loci. ne forte quod absit rarescentibus monasterii facultatibus monachi incipiant egere et thesaurum ęcclesię necessitate cogente incipiant pro corporum sustentatione distrahere. sed magis quę sua sunt seruentur monasterio et per quę nos cęlestia premia speramus consequi largiendo. alii ignem ęternum mercentur auferendo seu distrahendo. Vt autem presentis precepti confirmatio nostris futurisque temporibus firmius habeatur ueriusque ab omnibus fidelibus credatur. hanc cartam conscribi nostroque sigillo iussimus insigniri.

Signum domni Ottonis imperatoris. Ego Folcmarus cancellarius recognoui. Datum .VI. kal. iun. indictione .II. [1]) Actum Fulde feliciter in domino amen.

719. Traditiones Ertagi.

978 und 980.

720. Praeceptum Ottonis II. imperatoris.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Omnibus cristianae fidei religiosis cultoribus ac regiae et imperialis excellentiae magnitudinem | fidelitate debita iure honorantibus per subiectum adhibiti scripti titulum patere uolumus quomodo fidelis noster Uuerinharius vuldensis ecclesię abbas venerandus nostram adiuit clementiam reclamando | sese de altercatione quadam inter se et Gozbertum heroluesveldensis ecclesiae abbatem sępius habita eo quod ipse ism dictus abbas Gozbertus in fluuio quodam Hursilla vocato qui fluit in Lupinzgovve a ripa ad ripam | sine spatii intermissione gurgustium [2]) percutiendo hominibus suę ecclesię ac sibi naualis cursus transmeatum vetaret. Proinde humiliter nostram precatus est magnificentiam vt legatis ex nostris sacramentariae | inquisitionis testimonio a populis in pago et fluminis antefati circa ripas habitantibus sciscitaretur possitne annon sibi ac suis decursus ille nauium fluuii superius scripti per alueum secundum legem a prędicto abbate prohiberi et sic per attestationem illorum relatus terminus litigio nostra auctoritate poneretur. Hanc itaque petitionem illius nos non renuentes inquisitionis et amouendę litis causa illuc delegando nostros fideles Deodericum uidelicet metensis ecclesię episcopum et Hildiboldum vuormaciensis ecclesię prouisorem ac cum eis comites nostros Sigebertvm. Sigefridum. et Brunonem aliosque complures quos ipse abbas vuldensis Vuerinharius nomine in breue suo ad prędens ac futurum testimonium notatos secum tenet comperta rei ueritate ab eis mutuam inter abbates litem interdiximus ac viam fluminis fractione gurgustii pandere iubentes vt deinceps per illud nauigantibus tan-

979, 30 December.

---

[1]) Schannat hat die Zahl verändert und V. geschrieben und setzt die Urkunde in das Jahr 977. Da sich aber in dem Immunitätsbriefe Otto's II. vom Jahre 975 derselbe Fehler in der Indictionszahl findet und da die obige Urkunde in Fulda an demselben Tage, an welchem jener Brief, ausgefertigt ist, so glaube ich, dass sie in das Jahr 975 gehört.

719. Aus Eb. mitgetheilt in meinen tradit. fuld. c. 54 und 73.

720. OU. Eb. II, 39a. H. F. II, 140, 36. [2]) Bei Eb. die Glosse: i. *ruise*.

Digitized by Google

tum spatii in itinere pateat quod duę naues tripedalem mensuram in fundo habentes vt neutra neutram tangat sibi inuicem sine palorum vtrimque fixorum etiam tactu occurrere possint nostra dominatione nouiter statuimus ac nostrae auctoritatis prȩsenti prȩceptione abbati prędicto Vuerinhario et hominibus ecclesię vuldensis cui prȩest successoribusque suis viam per flumen antefatum perpetuo habendum concessimus sicut a fidis relatoribus inter abbates Hadamarum videlicet vuldensis congregationis et Haganonem heroluesveldensem beatę memoriae Ottonem genitorem nostrum imperatorem augustissimum hȩc eadem fideli legatione fecisse comperimus. Et vt hȩc nostrae dominationis concessio firmior in futuris temporibus a cunctis fidelibus habeatur hoc nostrae dominationis praeceptum inde conscribi manuque propria svbtvs notatvm sigilli nostri inpressione iussimus assignari.

Signum domni Ottonis inuictissimi (M) imperatoris augusti [2]).

Hildiboldus episcopus et cancellarius ad uicem Uuilligisi archicapellani recognoui.

Data III kal. ianuar. Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXVIIII. indictione VI. Anno vero regni secundi Ottonis XVIII. imperii autem XII [3]) Actum Palide in dei nomine feliciter amen.

721. Praeceptum Ottonis II. imperatoris de foresto Branuirst.

980, 25 Jul. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. si piis petitionibus fidelium nostrorum benignam assensionem praebemus inde procul dubio praesentis commoda salutis et aeternae | mercedis praemia nobis oriri posse confidimus. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industriae pateat qualiter fidelis noster Vuerinharius vuldensis ecclesiae videlicet venerabilis abbas | nostram adiuit celsitudinem dicens nobis quomodo forastum quendam ad ecclesiam cui praesidet pertinentem nostrae dominationis adiutorio in perpetuum ecclesiae ius vellet submittere ita ut nullus in eo uenationis aut | alterius commodi vsum sine illius et futurorum adhuc abbatum licentia possit habere rogauitque magnitudinis nostrae excellentiam vt banno praeceptoque nostro ne quis hoc faceret firmiter interdiceremus. Nos itaque petitioni | illius assensum praebentes super forastum eundem Branuirst nominatvm incipientem de Milsiburg seseque trahentem in fluuium Huna uocatum exinde ad uillam Vuizilahes indeque in Ruhenvuesberg. et deinde in Uuasgunberg. et inde in Uuldam inferius et de Vulda in Ruhunbach. de Ruhunbach in kuningesvueg et inde in Suuarzanauurt. deinde in grabananhoug. post in Rinaha inferius. inde in Hunaha. de Hunaha inferius in Eidrahavuag. de Eidraha superius usque illuc quo emergitur. inde superius in Ruotgeresberg. hinc in Lintberg. inde in Lollúnburg. sic in Niuata. indeque superius ad locum qui dicitur Adalhardes. et hinc iterum ipse tractus ducitur vsque ad Milsiburg. bannum nostrum facere iussimus nostraeque dominationis auctoritate in perenne ius ecclesię et adhuc viuentis futurorumque abbatum ad integrum confirmauimus. ita ut nemo prȩter licentiam praedicti abbatis successorumque illius in eodem forasto superius nominato dehinc venari aut alium aliquem vsum habere si regiae vel imperialis gratiae particeps esse velit praesumat. Et ut hȩc nostrae confirmationis auctoritas in futuris temporibus firmior habeatur hoc nostrae dominationis prȩceptum inde conscriptum sigilli nostri inpressione signare iussimus manuque propria vt infra uidetur insuper corroborauimus. [1])

---

[2]) Rechts von dieser Zeile befand sich das Siegel, welches fehlt. [3]) Die Indiction und die Jahre der Regierung sind wiederum zu klein. Im Jahre 979 zu Weihnachten war übrigens Otto II. in Pöhlde bei Alstädt.

721. OU. Eb. I, 112a. Bochon. 336. [1]) Eb. hat noch einen Zusatz, welchen das Original nicht kennt; dagegen fehlt bei ihm der ganze Schluss mit dem Datum.

Digitized by Google

Signum domni Ottonis inuictissimi (M) imperatoris augusti.

Hildiboldus episcopus et cancellarius ad uicem Uuilligiai archicapellani recognoui. (S)

Data VIII kal. augusti Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXX. indict. VII. Anno vero regni secundi Ottonis XX. imperii autem XIII. Actum Nouio magno in dei nomine feliciter amen.

722. Praeceptum Ottonis II. de censu in villa Medenheim.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. 982, 18 Mai. Omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum piis deuotio|nibus per subiectum adhibitae scriptionis tenorem notum esse volumus qualiter nos fidelis ac dilecti compatris nostri Vuerinharii videlicet vuldensis ecclesiae venerabilis abbatis | piam petitionem benigne suscipientes praefati loci aecclesiam cui praenominatus abbas honorabiliter praesidet diuinae retributionis suaeque deuotionis ob amorem de regio et imperiali censu | . . . . . [1]) absoluimus quem publici fisci exactores de uilla Medenheim dicta in pago Rietdega [2]) vocato et in comitatu Sigefridi comitis sita hoc est per singulos annos vno anno | vnum bouem. altero autem duos in regium et imperiale ius redigere soliti fuerant. eundem censum a nostro in ecclesiae ius dehinc redigendum per hanc nostrae dominationis auctoritatem ad integrum tradentes. Praecipientes igitur firmiter iubemus vt nullus comes vel publicus iudex aut regius exactor a praedicto abbate suisue successoribus siue eorum ministerialibus censum superius scriptum exigere seu ad soluendum deinceps eum cogere praesumat. sed praesens ac futuri praefatę ecclesię prouisores sub hoc nostrae dominationis praecepto ab solutione praedicti census liberi ac securi dehinc permaneant et existant. Et vt haec nostrae donationis traditio in futuris firmior temporibus a cunctis fidelibus habeatur hanc imperialis nostrae celsitudinis praeceptionem inde conscribi ac proprii sigilli inpressione signari iussimus manuque nostra vt infra videri potest insuper corroborauimus.

Signum domni Ottonis inuictissimi (M) imperatoris augusti. (S)

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice Uuilligisi archicapellani recognoui.

Data XV kal. iunii. Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXXII. indictione X. Anno uero regni secundi Ottonis XXV. imperii autem XV. Actum foras muros Tarenti ciuitatis in dei nomine feliciter amen.

723. Praeceptum Ottonis III. regis de Omundestat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. si aliquid 983, 2 Juli. seruitoribus Christi in his quae a nobis petierint de nostra regia munificentia pia deuotione accommodauerimus inde procul dubio aeternae mercedis praemia | nobis recompensari confidimus quapropter omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futvrorum dinoscat industria qualiter vir uenerabilis Branthoch vuldensis aecclesiae abbas fidelis noster ad nos venit secum deferens praeceptvm Karoli magni imperatoris augusti aliorumque regum et imperatorum successorum

---

722. OU. Eb. II, 44a. Tr. 592. [1]) Zu Anfang der vierten Zeile sind zwei oder drei Worte ausradirt, was schon in sehr früher Zeit geschehen sein muss, da bei Eberhard der Text ununterbrochen *(censu absoluimus)* fortgeht. [2]) Von späterer Hand ist über die Sylbe *ga* geschrieben *ow*, woraus Schannat *Rietdegowa* gemacht hat.

723. OU. Eb. II, 41a. H. F. II, 150, 37.

Digitized by Google

eius | prȩceptiones in quibus continebatur quomodo antedictus imperator magnus Karolus ecclesiae vuldensi in honore sancti Bonifacii martyris ibi constructae et consecratę sua prȩceptione a nouo contradidit omnes vtilitates et immunitates ac iustitiam quę ab hominibus eiusdem ecclesię ingenuis seu liberis aut servis ad regium | vsvm et fiscum a publicis exactoribus solitę erant exigi et donari in pago Moynichgouue dicto ad stiptem et staplum villę Omundestat vocatę in aliquibus audientiis. seu fredis. vel bannis. aut aliis quibuscumque solutionibus. ita vt nullus comes vel iudex. seu publicus exactor aut vlla iudiciaria persona | aliquam potestatem in prȩfata immunitate vel iustitia agenda excepta illa sola lege quę ad ecclesiam antefatam pertinet exercere prȩsumat prȩter abbates et aduocatum quem ipsi super hoc negotium constituerent. et ut ipse imperator prȩlibatus nouiter sua eiusque successores reges et imperatores omnia hȩc suis post eum prȩceptionibus confirmauerunt. Pro rei tamen firmitate petiit celsitudinem nostram vt nos denuo id ipsum nostra donatione confirmaremus. Cuius petitionem ob amorem dilectae genitricis nostrae Theophanię videlicet imperatricis augustae et interuentum fidelium nostrorum Vvilligisi mogontinę sedis archipręsulis ao Hildibaldi vuormaciensis cleri episcopi benigne suscipientes eidem ecclesiae nostrae dominationis hoc nouum prȩceptum decreuimus fieri. per quod regia potestate firmiter iubemus ut nullus comes vel iudex seu publicus exactor aut ulla iudiciaria persona seu aliquis de fidelibus nostris in prędicta vtilitate et immunitate aut iusticia a supra scripto Karolo magno imperatore illuc tradita et a suis successoribus vsque ad nos confirmata praesenti aliquam aut futuro tempore potestatem exerceat aut homines praenotatę ecclesię tam ingenuos seu liberos vel seruos in locis eiusdem ecclesię aut alibi commanentes in aliquibus negotiis distringere prȩsumat siue ullas legationes aut redibitiones infra eandem immunitatem excepta iustitia soli ecclesię antefatę agenda exigere aut facere audeat. sed liceat prędicto abbati Branthoho suisque successoribus prȩfatam immunitatem a beatę memorię Ottone auo nostro et ab ęquiuoco illius genitore nostro imperatoribus augustis et a prędecessoribus eorum post traditionem Karoli imperatoris confirmatam absque omnium hominum contradictione iustitiam dare et accipere. Et ut hȩc nostrę donationis confirmatio firma modo et ultra permaneat hoc praeceptum inde conscriptum signare iussimus manuque propria ut infra videtur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (M) gloriosissimi regis.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice Uuilligisi archicapellani recognoui. (S)

Data VI nonas ivlii. Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXXV. indictione XIII. Anno vero tertii Ottonis regnantis secundo. Actum Franconovurt in dei nomine feliciter amen.

724. Traditio Hartmanni.

Nouerit presentium ac futurorum pia deuotio quemadmodum vir quidam nobilis. Hartmannus nomine. cum consensu et annisu uxoris suę Hiltigundis matronę predium suum quod uocatur Scamberaha cum possessoribus cunctisque possessionibus suis ad sanctum Bonifacium preciosissimum martirem qui in fuldensi requiescit ecclesia tradidit ea lege et conditione. ut ipse

---

724. Eb. II, 8tb. Die Urkunde fällt unter Branthoh I, Abt von 983—991. Schannat trad. 631 hat den Schluss von den Worten *haec traditio* an weggelassen und setzt sie um das Jahr 1137.

Digitized by Google

Hartmannus et prefata coniux eius Hiltegunt locum qui dicitur Mursina cum omni ad eum pertinentia ad uitę suę terminum haberent et post mortem ipsorum omnia ad usum fuldensis monasterii redirent. Predium autem s. Bonifacio in loco qui dicitur Muggeatat et in Sundilingen cum mancipiis inhabitantibus ipsi heredesque ipsorum perpetualiter possidendum et incolendum tradiderunt. Hartmannus uero pro beneficio suo ut nullam omnino faceret expeditionem nullamque seruitutem. nisi cum potestas regia aut abbatis necessitas eum secum ire compelleret. Hęc traditio facta est sub Ottone imperatore qui et confirmauit eam et sigillo suo roborauit precepitque ut inuiolata et firma semper permaneat. Acta sunt hęc Fuldę sub abbate Brantoho simul astante fratrum concilio. et sunt hi testes. Bernhart. Chunimunt. Trutwin Boppo. Gozwin. Adelbraht. Folcmar. et alii.

725. Priuilegium Iohannis papae.

Iohannes episcopus seruus seruorum dei karissimo nobis in Christo filio Hattoni coe- 963, 31 October.
nobii sacri uuldensis religiosissimo et a nobis consecrato abbati et per uos cunctis abbatibus successoribusque uestris in laude et dei seruitio ibidem permanentibus in perpetuum. Desiderium quod ad propositum sanctę religionis sanctorumque locorum stabilitatem pertinere monstratur. sine aliqua contradictione est deo auctore perficiendum. ut ex hoc uigor religionis sanctę roboretur. et eisdem sanctis locis salus et indemnitas solidetur. uobis quoque lucrum potissimum a conditore omnium deo in regnis cęlestibus asscribatur. Igitur quia per interuentum domni Ottonis excellentissimi regis nostrique spiritualis filii et futuri dei gratia imperatoris et sanctę romanę ęcclesię defensoris piissimi uotumque piissimę auię suę Adalheidę imperatricis augustae soluendum Hatto abbas a nobis postulauit. quatinus iam dictum uenerabile monasterium quod olim a sanctę memorię Bonifacio archiepiscopo ad honorem dei et domni nostri ac saluatoris in loco qui uocatur Boconia erga ripam fluminis quod dicitur Uulda constructum est. priuilegii summę sedis apostolicę infulis decoretur. et sicut per sanctissimi papę Zacharię constitutionem aliorumque uenerabilium prędecessorum nostrorum pontificum pręcepta dicioni sanctę nostrę cui deo auctore deseruimus ecclesię suppositum est. ita perpetuis temporibus perseueret et nullius umquam alterius ecclesię iuris dicionibus summittatur. Quapropter piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur digno effectui mancipamus. ideoque omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem in prefato monasterio dicionem quamlibet habere uel auctoritatem pręter sedem apostolicam prohibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii iam nominati fuerit inuitatus neque missarum sollemnia aliquis celebrare presumat omnimodo. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolicę sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse omni tempore dotatum permaneat. locis et rebus uniuersaliter tam eis quae a primordiis sibi uendicare debet uel quae moderno tempore tenet et possidet quam et eis quae futuris temporibus in ius ipsius sacri monasterii diuina prouidentia augere ex donis et oblationibus decimisque quorumlibet Christi fidelium uoluerit absque ullius personę contradictione firmitate perpetua perfruatur. et isdem uuldensis abbas ante alios abbates Gallię seu Germanię primatum sedendi in omni loco conuentuque nostra apostolica auctoritate obtineat. adicientes pro amore prędicti regis Ottonis spiritualis filii nostri iam dicto Hattoni abbati. ut in missarum sollemniis dalmatica et sandaliis cum nostrę

725. CU. aus dem 11. Jahrhundert; Eb. I, 18a. H. F. II, 151, 39. Eine zweite, theilweise sehr veränderte Fassung steht bei Eb. I, 44a.

Digitized by Google

apostolicę auctoritatis licentia utatur. Constituimus per huius nostri decreti paginam ut quicunque cuiuslibet ecclesię pręsul uel quecunque dignitate predita persona hunc nostri priuilegii tenorem quem auctoritate beatissimorum apostolorum principis cuius uice fruimur confirmamus et corroboramus uiolare et transgredi temptaverit anathema sit et iram omnipotentis dei incurrens a consortio omnium sanctorum alienus existat et nihilominus prefati monasterii dignitas inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

Scriptum per manum Georgii scriniarii et notarii sanctae romanae ecclesiae. in mense octobrio VIII. idus. Bene valete.

Datum .II. kal. nouembres per manum Iohannis episcopi sanctae albanensis ecclesiae et bibliothecarii sanctae sedis apostolicae mense octobrio die .XXXI. indictione VIII.

726. Priuilegium Gregorii V. papae.

997. 7 Februar.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Omnium fidelium presentium uidelicet ac futurorum noticię pateat. qualiter per meritum dignitatis Hattoni fuldensis ęcclesię abbati uenerando id quod nostri antecessoris pietas concessit nostra deuotio non denegauit. ideoque quia postulauit a nobis dignum duximus ut eiusdem loci supradictę ecclesię uenerabili antecessoris nostri renouando confirmaremus concessum. Venerabilis enim antecessor noster illum supradictum abbatem Romae consecrauit eique debitę subiectionis iugum subeunti concessit cum dalmatica et sandaliis missam celebrare. Ad quod animum uertentes. quia specialiua aliis suis consimilibus nostrę romanę ecclesie famulatur. specialius digniore munere condonari decreuimus. Quare sine omni contradictione nostra auctoritate apostolica concedimus. ut cum dalmatica et sandaliis missam celebret talique pignore nostrę romanę ecclesię subiectione presignetur. Scriptum per manus Petri regionarii notarii et scriniarii sanctę romanę ecclesię anno dominicę incarnationis nongentesimo [nonagesimo] [1]) septimo. mense februario indictione decima. Bene valete. Datum VII. idus febr. per manus Iohannis episcopi sanctę albanensis ecclesię et bibliothecarii sanctę apostolicę sedis.

727. Determinatio advocationis fuldensis ecclesiae.

In dei nomine ego Erchanbaldus dei gratia sanctę mogontinę sedis archiepiscopus. fuldensia autem procurator adhuc licet indignus· eiusdem sanctę fuldensis ęcclesię fidelibus. Quotiens iusta petuntur | dignum existimans assensum prebere decreui suggestionem dilecti filii mei Landonis comitis gratanter adimplere. Idem enim filius meus Lando comes quantum est in se cum omnibus hominibus pacem | habere cupiens rogauit ut aduocationem fuldensis ęcclesię quę se attineret in mei presentia circumduci et determinari iuberem. ea uidelicet ratione ut inter se et reliquos aduocatos | qui se per circuitum undique attingunt pax et concordia firmior permaneat. cum suorum terminos finium ut fortius ita etiam concordius unusquisque illorum pacificare ac defendere | queat. Quod pactum pacis et concordię cum placuisset omnibus tam pusillis quam maioribus aduocationem predicti comitis in nostri presentis circumduci et determinari fecimus. quem-

---

726. Eb. I, 12b. [1]) Diese Zahl fehlt bei Eberhard; ich habe sie ergänzt.
727. OU. Copiar. XI, 119; ein Bruchstück bei Brower 160; Buchon. 327.

Digitized by Google

admodum sub Sigehardo decessore meo determinatam ueraciter didicimus a decrepitis et exhaustis senioribus adhuc in carne spirantibus. Hęc est autem terminatio. ubi Iazaha influit in Fuldam. et sic ascendendo ex ista parte Branfirst usque in lapideum pontem. inde ascendendo per Hunam usque in Frioaanaha et sic per Frioaanaha ascendendo usque ad Ruothardes. ibi oblique super Oweleabere inter terminos duarum uillarum Diodericheshusun et Heigenfelt. et sic oblique super illam hart. inde descendendo in Haholdesbach. ibi oblique in Sancenrohd. et sic recte in Reidelberch in illum fontem. inde descendendo in Luthram. ibi oblique super Luthram usque ad Ögenroth in illum fontem. et sic recte ante se in Mithebach et per Mithebach deorsum in Fuldam. ibi oblique super Fuldam usque in villam Smalanaha. et sic per uiam quae clericorum uia dicitur usque in Tugilhoubeth. et per Tugilum descendendo usque in Scanfuldam. inde per Scanfuldam deorsum in Hegibach. inde per Hegibach ascendendo usque in Amenbrunnun. et sic ascendendo usque ad Steinenstamph. et ibi descendendo in nigram Calbaha. et sic per nigram Calbaha usque in puram Calbaha. et sic per puram Calbaha descendendo usque in Fliedena. inde per Fliedena deorsum usque in Weidemanneabruggun. et sic sursum in Reinneuuech. inde per Reinneuuech usque ad steckandenatein. inde in Mosam. inde in ueterem Slyrepham. et sic descendendo per ueterem Slyrepham usque ad terminos uillę Heribrahteshusun. inde ad Reggiaesfelt. et sic deorsum per Slyrepham usque in Slytisam. et ibi per quandam uiam usque in Meiaengeaceid in illam stratam et sic per illam stratam descendendo usque in Iazaha. inde deorsum per Iazaha usque in Fuldam. quam etiam determinationis noticiam precepi subter assignari et ne futuris temporibus possit in dubium uenire cartam conscriptionis huius sigillo meo insigniri. (S)

Scripta siue data XVIII. kal. Iulii. Anno primo pontificatus domni Erchanbaldi archiepiscopi. qui est annus DCCCCLXXXVI [1]) ab incarnatione domini. indictione VII. Actum Fuldę in dei nomine feliciter amen.

728. Priuilegium Silvestri iunioris papae datum Erkanbaldo abbati.

Siluester episcopus seruus seruorum dei dilectissimo filio Erkanbaldo uenerabili abbati sacri monasterii saluatoris nostri Ihesu Christi cunctisque tuis successoribus abbatibus eiusdem 999, 31 December.

---

[1]) Das Jahr sowie die Indiction sind unrichtig. Ercanbald wurde Abt 997 und Erzbischof von Mainz 1011. Schannat hat deshalb das Datum weggelassen.

728. Dieses Privilegium ist in einer dreifachen Fassung vorhanden; A in einer Copialurkunde des 11. Jahrhunderts; B bei Eb. I, 16b; C bei Eb. I, 46a. A stimmt bis auf wenige Worte, welche nicht wiederholt werden konnten, mit dem Privilegium Marinus II. von 943 überein und hat folgenden Schluss, in welchem die Indiction offenbar falsch ist: »Scriptum per manum *Theodori* notarii regionarii atque scriniarii sancię romanę ecclesię in mense »martio et indictione prima. Datum VI. kal. apriles per manum *Nycolai* primicerii summę apostolicę sedis anno deo »propicio pontificatus domni nostri *Siluestri* summi pontificis et uniuersalis iunioris papae in sacratissima aede beati »Petri apostoli primi in mense et indictione .I.« B ist verdächtig und scheint interpolirt, indem das Andreaskloster in Rom erwähnt wird, welches erst Papst Clemens II. im Jahre 1046 dem Abt von Fulda schenkt. Deshalb habe ich C abgedruckt, jedoch mit der Schlussschrift von B, da es in C nur kurz heisst: Datum .II. kal. Januar. Schannat dioec. 245, 13 hat aus B und C einen neuen Text zusammengesetzt, jedoch die Stelle, wo von dem Andreaskloster die Rede ist, weggelassen. Endlich steht bei Eb. I, 18a ein priuilegium von Papst Silvester ertheilt dem Abt Richard, was nicht möglich ist; es ist gleichlautend mit B, auf welches es folgt, mit einem kleinen Zusatze und einigen Abänderungen, welche sich nothwendig ergaben, und hat den Schluss: Scriptum per manus *Stephani* notarii regionarii et scriniarii sancte romanę ecclesię in mense aprili. indictione III. Bene ualete.

Digitized by Google

cenobii in perpetuum. Pontificii nostri cura nos urget sanctarum omnium dei ecclesiarum utilitatibus fauere ac secundum quod unaquaeque in proprio statu mansura sit congruum eis impertire suffragium. Quocirca dilectissime fili omnia quę a predecessoribus nostris iure ac rationabiliter tui postulauere precessores. tibi tuisque successoribus perpetuo confirmamus. Monasterium ergo fuldense quod sanctissimus Christi martir Bonifacius primitus construxit et regum ac principum donariis propriisque facultatibus magnifice ditauit. cum omnibus cellis ęcclesiis curtibus cuactisque ad se pertinentibus tibi nostri priuilegii preceptione concedimus et confirmamus. ut nullus inde futurus abbas consecrationem umquam presumat accipere nisi ab hac sede apostolica. Inter omnia Germanię cenobia primum ordinem sedendi siue iudicandi et concilium habendi tibi tuisque successoribus attribuimus. Nulli episcoporum archiepiscoporum patriarcharum temere nisi a nobis accepta licentia super altare uestri patrocinii missarum sollemnia celebrare liceat. Nullius persona principis neque totum neque partem de rebus monasterii alicui mortalium subdere uel sub beneficii nomine dare presumat. sed soli romanę sedi specialiter fuldensis ęcclesia semper libera securaque deseruiat. Si quod absit aliquis abbas de uestro monasterio aliquo crimine infamis fuerit. constituimus ac precipimus ut pulsationis iudicium non sentiat. donec a nostra apostolica sede audiatur et examinetur. Liceat etiam tibi karissime fili tuisque successoribus abbatibus eiusdem monasterii episcoporum more apostolicam sedem ad defensionem tui tuęque ęcclesię appellare ac contra omnes emulos uestros romanę maiestatis scuto uos defensare. Decernimus hoc quoque deliberantes ut congruis temporibus nostrae sollicitudini intimetur. quàliter religio monastica regulari habitu dirigatur et concordia fratrum ecclesiastico studio custodiatur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrę a norma iusticię retorqueatur. Interdicimus et hoc secundum decretum Zacharię antecessoris nostri. ne ulla femina idem monasterium ingrediatur. Sed et hoc summopere precipimus et commonemus ut nullus de reditibus et fundis uel decimis ceterisque fidelium oblationibus a sancto Bonifacio martire multisque aliis principibus deo ibidem oblatis aliquid preter legitima ministerialium beneficia auferat uel cuiquam prestet. sed sicut beatus ille patronus uester constituit omnia sint rata et ordinata tam ea quae ad hospitale pauperum et portam hospitum quam quae ad necessitates fratrum pertinere uidentur. Super hęc omnia constituimus per huius decreti paginam quam auctoritate principis apostolorum confirmamus. ut si quis hanc priuilegii nostri cartam temerare audeat anathema sit et iram dei omnipotentis incurrens a cętu sanctorum excommunicetur. et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat.

Scriptum per manus Antonii notarii et scriniarii sanctę romanę ęcclesię. Bene valete.

Datum .II. kal. ianuar. per manum Iohannis episcopi sanctę albanensis ęcclesię et bibliothecarii sanctę apostolicę sedis anno deo propicio pontificatus domni Siluestri iunioris papę primo. imperante domno Ottone .III°. pacifico. imperii eius anno .III°. indictione XIII.

729. Traditio Heinrici II regis.

1017. 16 December.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum rex. Constat nos diuino disponente gratia ceteris supereminere mortalibus ideoque conuenit ut

---

729. CU. aus dem 12. Jahrhundert. Trad. 593. Auch aufgenommen in eine Urkunde Carl's IV. von 1354. H. F. II, 264, 171.

Digitized by Google

cuius precellimus munere eius uoluntati parere in omnibus studeamus. ideoque omnibus cristianae fidei cultoribus nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris cupimus esse notum. qualiter venerabilis abba Branthoh de monasterio sancti Bonefacii quod Fultha uocatur una cum monachis suis supplicauit celsitudini nostrae. ut homines romano quondam imperio attinentes. qui super terras monasterii eorum commanent. quos olim dinae memoriae domnus Lodewicus rex itemque dominus Ottho imperator huius nominis primus contulerunt et confirmauerunt scolasticis monasterii fuldensis et eorum successoribus pro pueris nutriendis et disciplinis scolasticis inbuendis ad cultum diuinum uberius augmentandum. nos quoque ipsis ac monasterio eorum tradere et confirmare auctoritate regia dignaremur una cum pronincia Sarowe dicta et quadam uilla sita in Thuringia Holzhus nuncupata. quae eis quidam comes de Boemenia nomine Thacholf in testamento contulit apnt ipsos eligens sepulturam. insuper alia bona quae eis nostri antecessores imperatores reges principes ac alii fideles infra romanum imperium deuotionis intuitu optulerunt. Nos igitur ob diuinum amorem et ipsius sancti loci reuerentiam omnia bona tam mobilia quam inmobilia cum abbatiis. comiciis. centis. iudiciis. theloneis. monetis. bannis. districtibus. wiltbannis. iurisdicionibus quibuscumque. quae idem fulthense monasterium possidet infra regnum diuinitus nobis datum uel quae in futurum adipisci poterit domino concedente. una cum hominibus imperii antedictis et cum omnibus super terras ipsorum residentibus. qui pro condicione sua ad fiscum regium censum soluere deberent. necnon et predicti Thacholfi comitis testamentum ipsi abbati Branthoo eiusque successoribus et monasterio fulthensi per hos apices serenitatis nostrae tradimus et auctoritate regia in perpetuum confirmamus. preterea districtissime prohibemus. ne missi nostri uel balliui imperii aliquid tollant rapiant uel innadant de suppellectili aut rebus abbatum decedentium sed successori omnia reseruentur. nec pro inuestitura. quae per sceptrum regium fieri debet. ab abbate de nouo creato aliquid expetatur. sed sic omnia pro libertate eiusdem sancti loci taliter ordinentur. ut ibidem cultus domini perpetuo stare possit. Et ne quisquam hominum futuris temporibus contra hanc nostram traditionem seu confirmationem uenire audeat. hoc apices inde conscriptos manu propria roborantes sigillo nostro fecimus insigniri.

Signum domni Heinrici (M) regis inuictissimi.

Erkanbaldus archicapellanus recognoui.

Data XVII° kal. ianuar. indictione XIa anno uero domni millesimo XII°. Item anno domni Heinrici secundi regnantis XI°. Actum Fultha monasterio in nomine domini feliciter amen.

730. Traditio Heinrici regis de foresti Zunderenhart.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si ecclesiarum dei loca alicuius doni incre|mento sublimare nel meliorare studuerimus. nobis nostrique regni statui id proficere minime dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum | presentium scilicet ac futurorum industriae notum esse uolumus. qualiter nos diuini amoris instinctu. interuentu quoque ac peticione Branthoy abbatis. | quandam iuris nostri regni forestim infra istos fines adiacentem hisque terminis precinctam De Biberaho scilicet usque ad Uuolfeshart. ac inde 1012, 29 December.

730. OU. Eb. II, 50a, mit Zusätzen. Tr. 594. In der Urkunde selbst wird der Wald nicht genannt; auf der äussern Seite der Urkunde steht von einer Hand des 13. oder 14. Jahrhunderts bemerkt: Heinrici imper. confirmatio de foreste Zunderenhart.

Digitized by Google

recte | transcurrendo Rodenmannun et Byochineberge usque ad Calbaho et Fliedenu. hinc autem ad Langenaho et Widenaho. hinc vero in Guncenaho et in Mosebrunnen. et inde sic recte transiendo loca ufecreginfelt. Warmuntessneida. Iliuuineshusun et Heribrahteshusun. necnon Slierefa deorsum in Slidesa et sic per deorsum usque in Fuldam. sibi suaeque sanctae aecclesiae in honore dei genitricis sanctique Bonifacii archiepiscopi et martyris consecratae ac constructae cum banno et cum suis omnibus pertinentiis per hanc nostram regalem paginam in proprium concedimus atque largimur. et de nostro iure ac dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus. ea scilicet ratione ut predictus abbas Brantho suique successores de praedicta foresti et eius pertinentiis liberam dehinc potestatem habeant quicquid sibi inde placuerit faciendi ad usum tamen aecclesiae omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconnulsa per futura permaneat tempora. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (M) regis inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice Erchambaldi archicapellani recognoui. (S)

Data .IIII. kal. ianuarii. indictione X. Anno dominicae incarnationis millesimo XIII [1]. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis XI. Actum Polida [2] feliciter amen.

731. Traditio Heinrici II. regis de Lupence marca.

30. December 1012 (?) 1014

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris gratiam et salutem in Christo. Notum esse uolumus omnium catholicę fidei memorię qualiter interuentu ac peticione Chunigundę imperatricis augustę nostrę dilectę coniugis per hanc nostri imperialis precepti paginam concedimus sanctę fuldensi ęcclesię et domno Bopponi abbati eiusque successoribus in perpetuum bannum nostrum super diuersi generis feras inter fines et terminos Lupencemarcha quaquauersum eadem Lupencemarcha extenditur ex consensu et uoluntate Erkenbaldi mogontinensis archiepiscopi necnon et Arnoldi abbatis herfeldensis et Willehelmi comitis et fratris eius Bopponis. Sigimari quoque aduocati et omnium circa habitantium qui ibi iuxta predia habere noscuntur. eo uidelicet tenore quatenus eadem prenominata sancta scilicet fuldensis ecclesia nosterque fidelis Boppo eiusdem ęcclesię uenerabilis abbas omnesque qui in presenti fuldensi ęcclesia sibi pro futuris temporibus successuri sunt infra prefatos fines forestandos hac nostra imperiali tradicione talem pacem et securitatem amodo et deinceps de ceteris comprouincialibus et circum sedentibus obtineant. qualem hęc eadem ceteręque ęcclesię hactenus habere uisę sunt. quę nostra siue predecessorum nostrorum imperatorum uidelicet et regum de huiusmodi forestibus forestandis precepta susceperunt. Et ut hęc banni nostri concessio stabilis semper et inconuulsa

---

[1]) Diese Zahl ist unrichtig; mit Böhmer habe ich die Urkunde in das Jahr 1012 gesetzt. [2]) Eb. hat geändert *Fulde*.

731. Eb. I, 111b; eine zweite veränderte Fassung steht bei Eb. II, 47a, welche Schannat trad. 505 gegeben hat. In dieser fehlt jedoch die Angabe der Mark, welche Schannat aus der ersten Abschrift aufgenommen und in die Urkunde eingeschoben hat. Die erste Fassung ist ohne Datum; die zweite hat das in Klammern beigefügte. Schannat setzt die Urkunde um 1015; aber Heinrich II. war am 30. December dieses Jahres nicht in Fulda. Ich glaube vielmehr, dass Eberhard, sowie er in der vorhergehenden Urkunde *Fulda* statt *Polida* geschrieben, so auch hier die Namen verwechselt habe, und es wäre dann diese Urkunde einen Tag später als die vorhergehende ausgefertigt.

Digitized by Google

permaneat. hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri et nominis nostri caractere confirmari.

Signum Heinrici gloriosissimi imperatoris augusti.

[Ego Guntherius cancellarius recognoui. Datum III. kal. ianuar. Actum Fulde feliciter.]

Notum sit omnibus fidelibus qualiter nos cum ecclesia fuldensi concambium facientes dedimus sancto Bonifacio locum proprietatis nostrę in Lupence marcha et recepimus alia loca hoc est Wazerlosen et Eibingen.

Hi sunt autem fines et termini Lupence marcha. Trûchenebach inde ad steinenbrunnen. inde ad birkinen solen. inde ad Holebiberen. inde ad alterum Biberen. inde ad Hattenbach. inde ad leingrûben. inde ad cumbelum. inde ad lyôpbergun. inde ad horsuerzum. inde ad brestinesbrunnen. inde ad hohen eihcholcen. inde ad mêrenlinden. inde ad habechental. inde ad steininen strazen. inde ad weidenbrunnen et nazaha inferius ad steinenbrunnen. inde ad widinen solen. inde ad marcsteinen. inde ad neptale sursum et neptale infra. inde ad setensteten per capellam. de capella ad hûrselen. inde ad ottereswag. inde ad horwiden. inde ad lachweige. inde kabenbuhele. inde ad wartbergen in fontem. inde ad zugenturnen. inde ad madungen. inde ad gerwinessteinen. inde ad alwiges sol. inde ad suarzbach. inde ad âlinde. et alinde inferius ad merrith. inde ad liggenhoûg. inde ad drînhougen. inde ad rotensolen. inde ad gotdeduh. inde ad aborne. inde ad kubach. et de kubach infra in werraha. et de werra inferius in predictum truckenebach.

732. Concambium Heinrici II. imperatoris cum Bobbone abbate.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. | Omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum vniuersitati pateat. qualiter nobis quoddam concambium cum Bobbone vultensi | abbate. consensu ac collaudatione Bernhardi aduocati sui. necnon monachorum. militum. seruorumque suorum facere placuit. accipientes ab eo in proprium duas | cortes. Ratolfesdorf et Ezelenkyricha. cum cunctis earum pertinentiis. villis. vtriusque sexus mancipiis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. | aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. viis uel inuiis. exitibus et reditibus. cultis et incultis. quesitis seu inquirendis. siue cum omnibus quae quolibet modo dici aut nominari possunt utilitatibus. E contra praedicto abbati suaeque abbatiae in honorem sancti Bonifatii constructae duas nostrae proprietatis cortes. quarum una Waraha altera vero Bereskyez nuncupatur. cum cunctis earum pertinentiis. additis simul .IIII. ministerialibus meis. Alwino et Rŏdolfo dapiferis. Folcoldo et Erkengero marcscalcis meis. ceterisque vtriusque sexus mancipiis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. viis et inuiis. exitibus et reditibus. cultis vel incultis. quaesitis seu inquirendis. siue cum omnibus quae quolibet modo dici aut nominari possunt vtilitatibus. per hanc nostram imperialem paginam in pro-

1015, 11 Mai.

732. OU; Eb. 1, 118a und wiederholt mit Abweichungen II, 73a. Tr. 596. Eberhard hat der zweiten Fassung folgende Ueberschrift gegeben: Temporibus *Heinrici* imperatoris qui cognomento dicebatur *Huffehalz*, quod in uenatione a fera quadam in femore lesus sit. factum est concambium inter ipsum Heinricum et Bobbonem cet. Es ist mir nicht bekannt, dass Heinrich II. diesen Beinamen noch sonst wo erhalten habe. Bei Brower Antiq. Fuld. 3, 15 ist ein Druckfehler.

Digitized by Google

proprium concedimus atque largimur. et de nostro iure ac dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus. ea uidelicet ratione, ut praedictus abbas Bobbo suique successores ad praescriptae aecclesiae utilitatem de iam dictis cortibus earumque pertinentiis deinde liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostri concambii siue donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hoc imperiale praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici serenissimi (M) et inuictissimi imperatoris augusti. (S)

Guntherius cancellarius uice Erchanbaldi archicapellani recognoui.

Data .V. idus Maias. Anno dominicae incarnationis Millesimo XV. indictione XII. Anno vero domni Heinrici secundi reguantis. XIII. imperii autem .II. Actum Chòfunga feliciter amen.

733. Traditio Ernusti.

In nomine saluatoris domini nostri Ihesu Christi ego Ernust et coniux mea Gotesdiu nomine praedium nostrum Baraha dictum in pago Grapfeld situm in comitatu Gebeharti comitis cum omnibus ad id pertinentibus ad s. Bonifacium Fuldae corpore quiescentem ubi piissimus pastor Bobbo gregi inibi deo militanti praeest tradimus. et econtra in loco qui dicitur Seuna hobas XXXIII. ad utriusque nostrae uitae finem ea ratione recepimus ut dum ambo uiuamus pariter teneamus. si quando autem deo iubente separati fuerimus superstes ad suae uitae exitum recepto fruatur. post amborum vero terminum in praedicti martyris Christi redeat dominium ut de eo quod dedimus similiter et quod recepimus praenominati abbatis successorumque eius quodlibet faciendi subiaceat potestati. et ut nulla occasio hanc traditionem destruendi hacredibus nostris contingeret. quod donauimus nihil inde retinentes sed omnino nobis alienantes statim in manus praedicti pastoris concessimus et quod nobis dedit ingressi sumus. Isti sunt testes qui haec audierunt et uiderunt. Cunimunt Eneger Gozmar Bobbo Reginbodo Engilhart Beddo Cadeloch Razo Reginhart.

734. Concessio Heinrici II. imperatoris de moneta et mercatu.

1019, 1 Juli. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. | Venerabilia diuinae religionis cenobia munificentiae nostrae donis exaltare. ac seruorum dei utilitates misericorditer adtendere nobis æternae remunerationis spe necessarium esse ducimus. | Proinde omnibus Christi nostrique fidelibus notum esse uolumus. qualiter nos per interuentum dilectae coniugis nostrae CHVNIGVNDAE inperatricis augustae in loco qui Fulda | dicitur ubi monasterium sub regula monachica in honore sanctae dei genitricis Mariae ac beati Bonefacii martiris in pago Pochonia constructum est. cui etiam uenerabilem ac religiosum uirum Richardum | praefecimus legitimam monetam ac puplicum mercatum concedimus ac statuimus omnibusque quibus placet uendendi et emendi facultatem et potestatem tribuimus. omnium hominum contradictione et inquietudine remota. Theloneum [1]) etiam ac districtum omniaque de eodem mer-

---

733. P. 532, II, 109. Tr. 597.

734. OU. Eb. II, 49a. H. F. II, 153, 40. [1]) Bei Eb. ist diese Stelle so geändert: theloneum etiam fisci nostri et regie mercationis forum in palmis quod ad nos spectat ceteraque ad nos omnia ex regali et imp. cet., wahrscheinlich weil der Markt an diesem Tage gehalten wurde.

Digitized by Google

catu et moneta nos ex regali et imperiali iure respicientia praenominatae fuldensi aecclesiae per hanc imperialem paginam in proprium donamus et largimur. ea scilicet ratione. ut praedictus Richardus abbas suique successores liberam exinde habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantummodo fratrum et aecclesiae ibidem sub regula sancti Benedicti deo seruientium. Et ut haec nostrae concessionis ac donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat seuo hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici inuictissimi (M) Romanorum imperator augustus.

Guntherius cancellarius ad uicem Erkenbaldi archicappellani recognoui. (S)

Data kal. iul. anno dominicae incarnationis millesimo XVIIII. Anno uero domni Heinrici Romanorum imper. aug. regnantis .XVIII. imperii uero .VI. actum Colonie feliciter amen.

735. Immunitas Heinrici II. imperatoris.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Constat nos diuina dispensante gratia caeteris supereminere mortalibus | unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum. quia uir uenerabilis | Richhardus abba ex monasterio quod dicitur Fulda. quod est situm in pago Grapfeld. constructum in honore sancti Bonifacii martiris Christi. ubi idem gloriosus martyr corpore quiescit. adiens excellentiam culminis nostri obtulit nobis | quandam antecessorum nostrorum. Pipini uidelicet. Ludeuuici. et Chuonradi. Heinrici. necnon et Ottonis imperatoris augusti auctoritatem. in qua continebatur qualiter idem principes clarissimi praefatum monasterium cum monachis ibidem deo famulantibus | et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus sub sua constituissent defensione et munitatis tuicione. Obsecrauit namque [1]) . . . . . 1020. 3 Mai.

. . . . . .

. . . . . .

haec uero auctoritas ut pleniorem in dei nomine optinest firmitatem manu propris subtus eam firmauimus sigilloque nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici Romanorum inuictissimi (M) imperatoris augusti. (S) Guntherius uice Erkanbaldi archicappellani recognouit.

Data V non. Mai. indictione III. Anno dominicae incarnationis Millesimo XX°. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XVIIII°. imperii autem VII. Actum Fulda.

736. Privilegium Benedicti VIII. papae.

Benedictvs episcopus servvs servorum dei Richardo abbati | uenerabilis monasterii saluatoris domini nostri Ihesu Christi. et sancti Bonifatii. situm in loco qui Bocchonia iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda et per te in | eodem uenerabili monasterio tuisque successoribus in 1024. 8 Februar.

---

735. OU. Eb. I, 113b. H. F. II, 153, 41. [1]) Der weitere Context lautet wie in der Urkunde Otto's II. von 975.

736. OU. Eb. I, 28b. H. F. II, 155, 42. Schannat hat die vielen Fehler, welche sich in der Urkunde finden, sämmtlich verbessert.

Digitized by Google

perpetuum. Conuenit apostolico moderamini pia religione pollentibus beniuola compassione succurrere. et poscentium | animis alacri deuotione impertiri assensu. ex hoc enim lucri potissimum premium aput conditore omnium deo si uenerabilia sanctorum loca ordinate | ad meliorem fuerint sine dubio statu perducta. Igitur quia postulasti a nobis. quatinus concederemus ac reconfirmaremus uobis supradictum monasterium saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii. situm in loco qui Bochonia iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda. cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus sibi pertinentibus que nunc habet et inantea deo auxiliante habebit. Iterum concedimus hac donamus uobis monasterio in honore sancti Andree apostoli quod exaiulo. quod situm est iuxta ecclesiam sanctae dei genitricis semperque virginis Marie que a presepe. cum omnibus mansionibus. caminatis. cellis uinariis. et quoquina. cum uineis et ortis iuxta se. cum diuersis arboribus pomorum. cum curte atque putenm. cum introito suo et exito per porta maiore a uia publica et cum omnibus ad eum generaliter pertinentibus. seu que foris extra urbem siue infra urbem sunt. que ei iuste ac rationabiliter pertinere dinoscitur. a presenti septima indictione perpetualiter inmunitate sancte nostre romane sedis apostolice id ipsum sacratissimum monasterium permanendum statuimus et statuendo confirmamus. ita ut cuncta loca ipsius monasterii amodo et usque in finem seculi cum omni securitate et tranquillitate uos cum posteris uestris tenere et possidere ualeatis. ut sub iuris diciono sancte nostre cui deo auctore deseruimus ecclesie constitutum nullius alterius ecclesie iuris dicionibus submittatur. pro qua re piis desideriis fauentes hanc nostram auctoritatem id quod exposcitur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet ecclesie sacerdotem in prephato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam proibemus. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam presumat omnimodo celebrare. ut profecto iuxta id quod subiectum apostolice sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locis et rebus tam eis quas modernо tempore tenet uel possidet quam que futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium. absque ullius persone contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam ut quicunque cuiuslibet ecclesie presul uel quacunque dignitate predita persona hanc nostri priuilegii kartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit anathema sit et iram dei incurrens a cetu sanctorum omnium extorris existat et nihilominus prephati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa scriptum. † BENE VALETE.

Data .VI. idus februar. per manus Piligrimi coloniensis archiepiscopi et bibliothecarii sanctę sedis apostolicę qui uicem Benedicto commisit episcopo. Anno deo propitio pontificatus domni Benedicti summi pontificis et uniuersalis octaui papae XII. Imperii uero domni Heinrici secundi imperatoris augusti X. indictione VII.

737. Decretum Heinrici II. imperatoris.

1024, 9 Mart. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. omnibus fidelibus tam presentibus quam et futuris notum fore cupimus qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob innumeras et fre|quentes contentiones quae semper erant inter uulidensem et herueldensem familiam quae iam in tantum conualuerunt. ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia et inde maximum detrimentum utraque pateretur aecclesia.

---

737. OU. Eb. II, 48a. H. F. II, 136, 43.

Digitized by Google

Quapropter | ne talis ac tantae presumtionis audacia sine digna ultione inter utrasque familias diutius remaneret. cum consensu et consilio utrorumque abbatum. Richardi uuldensis et Arnolti herueldensis. aliorumque fidelium nostrorum per huius kartulae preceptum | tale constituimus decretum. ut primum omnis iniustitia quae iam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanserat ab aduocatis et prepositis illorum utrimque pleniter corrigatur. et deinceps si quis ex familia utriusque aecclesiae | aliquem seruorum uel sancti Bonifacii uel sancti Uuigberti insequitur et ausu temerario et armata manu ad occidendum uel ad depredandum eius curtem siue domum infregerit et eum inpugnauerit. et si ille aut aufugerit aut si forte domi non fuerit vel quoquomodo ab eius potestate siue inpugnatione se liberauerit. illi qui huius audaciae et inuasionis dux et princeps fuerit. tollantur corium et capilli et insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene cratetur et comburatur. reliqui eius sequaces cute et capillis priuentur. Si autem ibi occiditur. omnes qui huius homicidii seu inuasionis participes sunt supradictae poenae subiaceant. Et si ex una familia sunt ille qui occiditur et illi qui occidunt. omnes singulariter uueregeldum occisi et omne debitum sicut hactenus fecerunt propriae aecclesiae persoluant. Si autem ille qui occiditur ex una familia est et illi qui occidunt ex alia. auctor homicidii solus pro omnibus uueregeldum persoluat. Et in quocumque loco aut ex una aut ex alia familia aliquis occiditur. nisi ille qui homicidium facit probabiles testes habeat aut per ferrum candens hoc probare ualeat. quod ob aliam causam non fecisset nisi quod de inpugnatione ipsius aliter uiuus effugere non potuisset. supradictae poenae subiaceat. Si autem hoc probare potest nihil patiatur nisi quod hactenus ipsa aecclesia pro lege habuit. Istud constitutum aduocatus in cuius aduocatione hoc euenerit cum scientia utrorumque abbatum in presentia nunciorum illorum fideliter adimpleat. Si uero aduocatus aut mercede conductus aut misericordia motus aliqua calliditate hoc decretum auertere uoluerit. gratia nostra et aduocatione careat. nisi supra sacras reliquias hoc adfirmare audeat quod homicidam seu inuasorem nusquam adquirere possit. et tamen quam citissime poterit adquirat. Et si ipse in cuius aduocatione hoc euenerit reum adquirere non poterit uel noluerit. fideles alterius abbatis si possint adquirant et ad predictam poenam presentibus nunciis utrorumque abbatum adpresentent. De kamerariis uero et pincernis aliisque honoratis utrorumque abbatum seruitoribus hoc constituimus. ut si quid tale aliquis illorum fecerit predictae poenae subiaceat secundum arbitrium abbatis uel X libris denariorum redimatur. Et hoc uolo firmiterque precipio ut rem semel bene ac recte diffinitam nullus iterare audeat uel renouare. Si autem prędicti abbates hoc decretum adnullare cupiunt. mihi uel meo successori .II. libras auri uterque persoluat. conatum tamen suum non perficiant. Et ut hęc constitutio stabilis et inconuulsa permaneat. sigilli nostri inpressione hanc kartam insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici Romanorum inuictissimi imperatoris (M) augusti. (S)

Ôdalricus cancellarius uice Aribonis archicapellani recognouit.

Data est anno dominicae incarnationis MXXIIII. regnante Heinricho imperatore augusto annos XXII. imperii uero eius anno XI. indictione VII.

Data in VII. idus martii. actum feliciter Babenberc.

738. Traditio Heinrici II. imperatoris.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Heinricus diuinę fauente gratię clementia Roma- 1024, 26 Juni.
norum imperator augustus. Quoniam nostrum est de bonis nobis diuinitus collatis precipue sanctas

738. Eb. II, 45a mit der Randbemerkung *sigill. est.* Tr. 598.

Digitized by Google

ditare ęcclesias. eidem deuotioni licet perpauca munera. pia tamen nostra presto est uoluntas in domino qui dat premia pro bona uoluntate. Quapropter Christi nostrique nouerit uniuersitas. qualiter nos pro remedio animę nostrę per interuentum ac petitionem dilectę coniugis nostrę Chunigundę imperatricis augustę necnon et fidelis nostri Richardi fuldensis abbatis comitatum Stoddenstat situm in pago Moyngowe Fuldę ad altare sancti Bonifacii tali iure talique constitutione quali et debet et a principio ab omnibus sibi placitis prelatis hucusque est habitus in potestate predicti abbatis sine alicuius contradictione donauimus ea uidelicet ratione ut ipsi suique successores sicut de ceteris eiusdem abbatię bonis dehinc liberum habeant arbitrium quoquomodo desuper precipiendi seu quodlibet utile predictę ęcclesię inde faciendi. Hoc tantum caueant abbates prefati monasterii. ne uel religio monasticę consuetudinis suis temporibus cassetur uel cura animarum sibi commissarum periclitetur uel alimenta deo ibidem seruientium rarescant ob hoc maxime quod deo collata patrimonia et decimationes ecclesiarum laicorum manibus tradita pollnuntur illique deo culpabiles inueniuntur. qui pro nichilo habent quod peccata hominum super se onerauerunt. Illi enim qui terrena patrimonia deo et sanctis conferunt de peccatis suis exonerantur. illi uero qui oblationes fidelium recipiunt et ea quę deo debentur et ad dei seruicium traduntur rursus ad secularem pompam et superbiam exercendam concedunt oneraris peccata super se duplicant. Vnde consulimus et precipimus ut modus his ponatur et terminus. Inter hęc tamen unum medium est. Oportet ut in ęcclesiis multę sint facultates et maxime in fuldensi. quis cui plus committitur plus ab eo exigitur. Multa enim debet dare seruicis et romanę et regali curię propter quod scriptum est. reddite quę sunt cęsaris cęsari et quę sunt dei deo. Quapropter consulant sibi et preueniant scandala antequam fiant habeantque secum qnę deo offeruntur nec abiciant incassum quia cito ueniet tempus quando mundus recipit quod deo dedit. et monasteria quae iam sunt inhabundantia prima erunt in rapina. ut fiat quod salustor ait. habundante iniquitate refrigescet caritas multorum. Precipimus ergo sub districtione diuini iudicii ut omnes tradiciones regum et decreta apostolicorum atque oblationes fidelium sub tuta custodia teneantur et fideliter obseruentur. Et ut hęc traditionis et preceptionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore permaneat hanc paginam conscribi et sigillo nostro eam iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici inuictissimi Romanorum augusti imperatoris. Datum .VI. iul. [1]) indict. .VII. Actum Goslarie feliciter amen.

739. Traditio Chuonradi II. regis.

1035, 20 Mai. In nomine sanctae et individuae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Noucrit omnium Christi nostrique fidelium uniuersitas. qualiter nos ob | interuentum ac peticionem dilectę coniugis nostrę Gislę scilicet reginę. necnon Aribonis archiepiscopi. et Rihhardi Fuldensis abbatis. comitatum Nederne in pago | Renicgouue situm Fulde ad altare sancti Bonifacii cum tali iure talique constitutione quali et debet et a principio ab omnibus sibi prelatis huc usque est habitus. | in potestate predicti abbatis sine alicuius contradictione donauimus. ea uidelicet ratione. ut ipse suique successores sicut de ęteris eiusdem abbatię bonis dehinc | liberum habeant arbitrium quoquomodo desuper praecipiendi seu quodlibet utile praedictę ecclesię inde faciendi. Et

[1]) Böhmer hat gewiss Recht, wenn er vermuthet, es sei zu verstehen: *VI. kal. iulias.*

79. OU. Eb. I, 120a. Tr. 309.

Digitized by Google

ut hęc nostrę traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (M) regis inuictissimi.

Ödalricus cancellarius uice Aribonis archicapellani recognouit. (S)

Data .IIII. kal. april. indictione VIII. Anno dominicę incarnationis MXXV. Anno autem domni Kuonradi secundi regn. 1. Actum est Fulde.

740. Traditio Ruoggeri de Sunnibrunno et Rodunbach.

Notum sit omnibus tam presentibus quam et futuris. qualiter ego Ruoggerus nobili ex genere progenitus liberi arbitrii uir ob remedium animae meae et parentum meorum tradidi ad sanctum martirem dei Bonifacium. qui requiescit in monasterio quod dicitur Fulda. ubi uenerabilis Richartus abbas dilectae deo congregationi monachorum pręesse dinoscitur. quicquid habui patrimonii in loco qui dicitur Sunnibrunno. et in alio Rodunbach nuncupato. uidelicet CLVI. mancipia diuersae aetatis utriusque sexus. ac huobas LXV cum pratis. pascuis. aquis aquarumque decursibus. molendinis. uinetis. et omnibus utilitatibus ad ea pertinentibus. in Seligunstat areas II. ea uero ratione ut mihi firmum ac stabile permaneat quod uersa suscepi uice ante altare ipsius sancti Bonifacii presentibus quam plurimis monachorum atque laicorum utriusque conditionis. hoc est Liudoluesmunstar. et in Seliheim X lidos cum omni vtilitate quae pertinet ad eundem locum. mancipiis. huobis. terra salica. pratis. pascuis. molendinis. salsugine. matri aecclesiae decimatione. et post obitum reddendum. Si autem fortuitu euenerit. ut rex aiue abbas hanc precariam infringere temptauerit. sicut diffinitum est atque stabilitum coram testibus patrimonium ut antea sit in proprio iure uertendi seu donandi cui uel ubi uoluero. Ut hoc statutum uiolari non possit. testes qui presentes fuerunt subnotabo. Domnus Richardus abbas. Bardo. Erliuuin. Engildior. Hartman. Hartnid. Nizo. Adalhelm. Uueris. Dietgoz. Rohinč. Uuerinheri. Bernuuart. Ruodolf. Uuezil et alii quam plurimi. Aduocatus Reginhart. Reginbodo. Ruobbraht. Dudo. Hazo. Nantheri. Bertholt. Coram his testibus sub manu domni Richardi abbatis condonaui beneficium quod habui ex predicto monasterio nepoti meo nomine Ruobberto partem in presenti cum militibus ad id beneficium pertinentibus. ut faciat pre me ad imperialem exercitum quamdiu uiuo totum debitum. post uitamque meam id ipsum quod mihi reseruaui ad dies uitae meae totum ex integro absque omni contradictione seu diminutione possidendum. 1025.

Actum est anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi MXXV. indictione VIII. regnante Chuonrato. anno I. Adalungus indignus presbiter et monachus iussu domni Richardi abbatis hanc precariam scripsi diemque et tempus ut supra notaui.

741. Priuilegium Iohannis XIX. papae.

Iohannes episcopus servus servorum dei dilecto in Christo filio Richardo abbati uenerabilis monasterii saluatoris nostri Ihesu Christi et sancti Bonifacii martiris siti in loco qui uocatur 1031, März.

740. OU. auf der hiesigen Landesbibliothek; Eb. II, 51a sehr unvollständig, und daraus Tr. 602.

741. Eb. I, 47a. H. F. II, 157, 44. Eine andere Copie bei Eb. I, 29b ist gleichlautend mit dem Privilegium Benedict's VIII. vom Jahre 1024.

Digitized by Google

Boconia iuxta ripam fluminis Fuldę et per te omnibus tuis successoribus. Congruit apostolico moderamini pia religione pollentibus beniuola compassione succurrere et poscentium animis alacri deuotione assensum prebere. Igitur quia postulasti a me fili karissime. quatenus predictum fuldense monasterium priuilegii sedis apostolicę insulis decoretur. ut sub iuris ditione sanctę romanę ęcclesię specialiter constitutum nullius alterius ęcclesię iuris ditionibus summittatur. idcirco piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcimur effectui mancipamus. Commendamus itaque tuę fidei et discretioni prefatum monasterium cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus quas nunc habet uel in futurum deo auxiliante habebit. Concedimus etiam atque donamus uobis monasterium sancti Andreae quod uocatur Exailum situm iuxta basilicam sanctę Marię ad presepe cum omnibus mansionibus suis. Monasterium ergo fuldense quod sanctus martir Christi Bonifacius primitus construxit et pluribus ornatibus ac prediis ditauit regumque ac principum defensionibus muniuit. cum omnibus cellis ęcclesiis et curtibus cunctisque ad se pertinentibus nostri priuilegii preceptione confirmamus hocque iubemus et statuimus. ut nullus inde futurus abbas consecrationem usquam presumat accipere nisi ab hac sede apostolica. quem etiam idcirco specialiter ordinamus et consecramus atque priuilegiis romanę et apostolicę sedis insigniri uolumus. ut nouerint cęterę ęcclesię fuldensem ęcclesiam specialem sanctę romanę ęcclesię esse filiam. Tibi ergo fili karissime inter omnes abbates Gallię et Germanię primatum sedendi et iudicandi et concilium cum ceteris abbatibus habendi concedimus. Nulli episcoporum archiepiscoporum patriarcharum temere nisi a uobis accepta licentia super altare uestri patrocinii missarum sollempnia celebrare liceat. Nullius persona principis neque totum neque partem de rebus eiusdem monasterii alicui mortalium subdere uel in beneficium prestare audeat excepto solo abbate. qui legitima beneficia uiris ac ministerialibus suis prestare habet. sed soli romanę ęcclesię specialis filia fuldensis ęcclesia libere atque secure deseruiat. Si quod absit aliquis abbas de uestro monasterio aliquo crimine infamis fuerit. precipimus ut pulsationis iudicium non sentiat donec a nostra apostolica se deaudiatur. Liceat etiam tibi karissime fili tuisque successoribus abbatibus eiusdem monasterii episcoporum more apostolicam sedem ad defensionem tui tuęque ęcclesię appellare et contra omnes emulos uestros romanę maiestatis scuto uos defensare. Preterea ob amorem et reuerentiam uenerabilis fuldensis ęcclesię tibi frater karissime tuisque successoribus abbatibus usum dalmaticę et sandaliorum in celebratione misse concedimus ut et in hoc pre cęteris nostri amoris priuilegio specialiter insignitus appareas. Decreuimus quoque deliberantes ut congruis temporibus nostrę pro uobis sollicitudini intimetur. qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur et concordia fratrum studio ęcclesiasticę professionis custodiatur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque uestrę rectitudinis a norma iusticię aliquomodo retorqueatur. Interdicimus etiam secundum peticionem sancti Bonifacii et decretum Zacharię antecessoris nostri. ne ulla femina idem uenerabile monasterium ingrediatur. Sed et hoc summopere precipimus et commonemus. ut nullus hominum de reditibus et fundis uel decimis ceterisque fidelium oblationibus seu familiis ad hospitale pauperum uel ad portam hospitum pertinentibus aliquid auferat uel in beneficium suscipere presumat. sed sicut beatissimus Christi martir Bonifacius instituit omnia sint rata et ordinata tam ea quę ad usus fratrum quam ea quę ad diuersos officiorum cultus pertinere uidentur. Super hęc omnia constituimus per huius decreti nostri paginam. ut quicunque cuiuslibet ęcclesię presul uel quacunque dignitate predita persona hanc nostri priuilegii cartam quam auctoritate principis apostolorum firmamus temerare temptauerit. anathema sit et iram dei incurrens a cętu omnium sanctorum extorris existat. et nichilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa.

Digitized by Google

Scriptum per manum Sergii scriniarii sanctę romanę sedis. mense marcio. indictione XIIII. [1])

742. Immunitas Chuonradi II. imperatoris.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. | Constat nos diuina disponente gratia ęteris supereminere mortalibus. unde oportet. vt cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter omnium dei nostrique fidelium praesentium | scilicet ac futurorum nouerit industria, qualiter Richardus uenerabilis abbas ex monasterio quod dicitur Fulda. quod est situm in pago Grapfeld in honore sanctae dei genitricis Marię. sanctique Bonifatii mar|tyris Christi constructvm. ubi idem gloriosus martyr corporaliter requiescit. serenitatis nostrae clementiam adiit humiliter obsecrans ut more antecessorum nostrorum Pippini uidelicet. Karli. Ludouuici. Chuonradi nostri equiuoci. necnon trium | Ottonum. et beatę memorię Heinrici imperatoris praefatum monasterium cui ipse deo donante praesidet cum monachis et talia bona qualia ab antecessoribus nostris regibus uel imperatoribus et ab episcopis abbatibus uel aliquibus beatę memorię uiris illuc conlata sunt immunitatibus in abbatiis. in forestis. in theloneis. in monetis. in bannis. et in omni districtu. in praediis maioribus et minoribus in mancipiis utriusque sexus per auctoritatem nostri praecepti in nostrum mundiburdium et tuitionem susciperemus et confirmaremus. Cuius petitioni pium sicut iustum erat assensum praebentes ob diuinum amorem et ob interuentum ac petitionem dilectę coniugis nostrae Gisilae imperatricis augustae et amantissimę nostrae prolis Heinrici regis praescriptum monasterium cum monachis et cum supra nominatis bonis in nostrum mundiburdium et in ius nostrę defensionis per hoc imperiale praeceptum suscepimus et omnino transfudimus. ea uidelicet ratione vt nullus publicus iudex. dux. comes. uel uicecomes aut quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias. uillas. loca. uel agros. possessiones. quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis concessum praefatum possideat monasterium uel quę deinceps diuina pietas illuc augere uoluerit. ad causas iudiciario more aliquando audiendas. aut freda undecunque exigenda. uel mansiones aut paratas faciendas. aut fidiiussores tollendos. aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et servos super terram ipsius commanentes distringendos. nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quę supra memorata sunt exigere presumat. sed eidem abbati suisque successoribus liceat eiusdem monasterii eum sibi subiectis sub nostra defensione possidere. et quicquid de supra dictis rebus ius fisci exigere poterat pro ęterna remuneratione praefato monasterio et monachis confirmauimus firmissime praecipientes ut de uillis ęcclesię sancti Bonifacii seruis etiam et colonis in illis manentibus quas moderno tempore habere uidetur uel quę deinceps in ius ipsius loci dominus amplificauerit. habeat praefatus abba successoresque eius potestatem decimas accipiendas propter ędificia perficienda uel restauranda luminariaque renouanda. et ut sibi suisque fidelibus. pauperibus quoque et peregrinis tempore susceptionis usus necessarios possint impendere. idque sanctę regulę propositum ac mandatum iubet. monachos in susceptione hospitum pauperumque semper esse paratos. Et si quando uocatione diuina iam praescriptus abba de hac luce migrauerit. quamdiu ipsi monachi tales inter se possint inuenire. qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere ualeant. per hanc nostram auctoritatem saluo consensu regis uel imperatoris licentiam

1031, 14 September.

[1]) Schannat hat geändert XIII. Auch die zweite Copie hat im Context und am Schluss XIIII.

742. OU. Eb. I, 115a. H. F. II, 158, 45.

Digitized by Google

habeant eligendi abbates. et quisquis huic nostrae praeceptioni reniti temptauerit apostolicam quam in priuilegio Zachariae papae expressa est experiatur sententiam. Haec uero auctoritas ut pleniores in dei nomine obtinent firmitates manu propria subtus eam firmauimus sigilloque nostro insigniri iussimus.

Signum domni Chuonradi inuictissimi Romanorum imperatoris (M) augusti.

Ödalricus cancellarius uice Bardonis archiepiscopi recognouit. (L. S.)

Data .XVIII. k. Oct. Indic. XIIII^{a}. Anno dominicae incarnationis millesimo XXXI°. Anno autem domni Chuonradi secundi regn. VIII. Imperii uero .V. Actum Belgari feliciter amen.

743. Traditio Chuonradi II. imperatoris.

1035, 2 April. In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Chunradus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter ob interuentum ac peticionem dilectę coniugis nostrę Giselę imperatricis augustę necnon et amantissimę prolis Heinrici regis nos quoddam nostri iuris predium quod tempore antecessoris nostri Heinrici imperatoris augusti iuridiciali sententia ad regni imperium noscitur esse translatum. quod modo dei fauente gratia nostrę subiacet potestati et dominationi in loco Birkehe dicto in loco Germare marca in comitatu Lutegeri comitis situm. ad Fultense monasterium sancti Bonifacii martiris cui Richardus uenerabilis abbas preest in proprium tradidimus cum omnibus appendiciis. areis. ędificiis. agris. campis. pratis. pascuis. aquis. terris. siluis. cultis et incultis. quesitis et inquirendis. cum omni proprietate et potestate traditumque confirmamus. eo tenore et conditione ut fratres fuldensis monasterii nostri perpetuo sint memores et habeant potestatem eiusdem predii firmam et inuiolabilem quolibet modo utendi sine alicuius hominis contradictione. Et ut hęc nostrę tradicionis auctoritas per futura tempora stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscribi et nostro sigillo eam iussimus insigniri.

Signum domni Chunradi Romanorum imperatoris. Datum .IIII. nonas apriles indict. .III. anno dominicae incarnationis M^{o}XXX°V^{o}.

744. Concambium inter Sigifridum Mimigardafurdensem abbatem et Richardum abbatem.

Notum sit omnibus huius transitoriae uitae mortalibus quod domnus Sigifridus Mimigernefurdensis [1]) coenobii venerabilis antistes oportunitatis adductus gratia cambiauit siue mutuauit hereditatem quandam contra abbatem fuldensis monasterii Richardum nomine eiusque prepositum Hemodum uocabulo data curti quam Godascalcus Osgeri [2]) filius sancto Paulo trad[idit] . . . . . qui dicitur Thetton [3]) iuxta fluuium Strouua nuncupatum ubi eiusdem predicti abbatis fiscus habetur cum territorio duobus aratris sufficiente necnon et decima ad eandem curtim pertinente insuper et basilicam in eodem loco positam. petitionibus eius aurem inclinans datis relliquiis et dote uestiuit dedicando consecrauit quin etiam iuxta auctoritatem sibi

---

743. Eb. II, 80a. Tr. 60t.

744. Tr. 603. *ex autographo.* Da das Original nicht mehr vorhanden ist, so habe ich die Urkunde von Schannat entlehnt. Bei Eb. II, 113a steht eine sehr abgekürzte Copie, jedoch mit Angabe der Zeugen, welche ich in Klammern beigefügt habe. [1]) Eb. *mindensis.* [2]) *Otgeri.* [3]) *Ditenhausen.*

Digitized by Google

commissam pacem ei statuens ab omni saecularium seruitio liberam esse permisit . . . . . ad posteritatis memoriam idem memoratus pontifex diligentia quidem et industria tunc temporis admodum pollens inpressam sigillo s. Pauli scribi iusserat kartam quatinus huiuscemodi diffinitionis pactum scriptura teste scindi et diuelli nequeat in perpetuum. [Hi sunt testes huius conuentionis. Dieterih. Folcmar. Folpreht. Rudeger. Timo et alii plures.]

745. Immunitas Heinrici III. regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Constat nos diuina disponente | gratia caeteris supereminere mortalibus. vnde oportet. ut cuius praecellimus munere. eivs studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter omnivm dei nostrique fidelivm praesentivm scilicet | ac futurorum nouerit industria. qualiter Sigewardus uenerabilis abbas ex monasterio quod dicitur Fulda. in pago Grapfeld sitvm. in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctique | Bonifacii martiris Christi constructum. ubi idem gloriosus martyr corporaliter requiescit. serenitatis nostrae clementiam adiit. humiliter obsecrans. ut more antecessorum nostrorum Pippini | uidelicet. Karoli. Ludovvici. Chvonradi. necnon trivm Ottonum. Heinrici. et Chuonradi imperatoris augusti felicis memoriç scilicet patris nostri. praefatum monasterium. cui ipse deo donante praesidet. cvm monachis et talia bona. qualia ab antecessoribus nostris. regibus uel imperatoribus. et ab episcopis. abbatibus. uel aliquibus beatae recordationis uiris illuc collata sunt. inmunitatibus. in abbatiis. in forestis. in theloneis. in monetis. in bannis. et in omni districtu. jn praediis maioribus et minoribus. in mancipiis utrivsque sexvs. per auctoritatem nostri praecepti in nostrum mundiburdivm et tuitionem susciperemus et confirmaremus. Cuius petitioni pivm sicvt ivstvm erat assensum praebentes ob diuinum amorem prnescriptvm monasterivm cum monachis et cum supra nominatis bonis in nostrum mundiburdivm et in ivs nostrae defensionis per hoc regale praeceptum suscepimus. ea uidelicet ratione [1]). . . . . 1041, 21 April.

. . . . . .

. . . . . .

Signum domni Heinrici tercii (M) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice Bardonis archicancellarii recognouit. (S)

Data XI. kal. mai. Indictione. VIIII. anno dominicae incarnationis. M.XL.I. anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XIIII. regni uero II. Actum Saligenstat feliciter. Amen.

746. Traditio Heinrici III. regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aecclesias dei regalibus nostris | bonis augmentare desideramus. ad aeternç beatitudinis praemium nobis profuturum fore non dubitamus. Quapropter omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium uniuersitas | nouerit. qualiter nos ob iuge seruicium nobis quidem gratum et 1043, 7 Januar.

---

745. OU. H. F. II, 162, 47. [1]) Der weitere Text ist ganz gleichlautend mit jenem in dem Diplome Conrad's II. von 1031.

746. OU. Eb. II, 35a mit einigen Zusätzen. Tr. 604.

Digitized by Google

acceptabile uenerabilis Sigewardi abbatis sanctae vuldensi aecclesiae et praedicto abbati reuerendo | comitatum Maelstat in Wetereiba quem comes Berchtoldus habere uisus est in proprium donauimus atque tradidimus. ea uidelicet ratione. ut praedictus abbas suique successores de praefato comitatu liberam dehinc potestatem habeant obtinendi. praestandi. uel quicquid illis placuerit inde faciendi. Et ut nostrae traditionis regalis auctoritas stabilis et inconuulsa omnium contradictione remota per succedentium temporum momenta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri iussimus impressione signiri.

Signum domni Heinrici tercii (M) regis inuictissimi.

Adelgerus cancellarius uice Bardonis archicancellarii recognoui. (S)

Data VII idus Ianuar. Anno dominicae incarnationis MXLIII. Indictione XI. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XV. Regni uero IIII. Actum Goslare in dei nomine feliciter amen.

747. Traditio Clementis II. papae.

1046, 29 December.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. dilecto et spirituali filio nostro | Roingo pio et religioso abbati. uenerabilis monasterii saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Boniphatii. quod situm est in loco qui uocatur Bochonia iuxta | ripam fluminis quod uocatur Fulda. et per te in eodem uenerabili monasterio tuisque successoribus in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini pia religione pollentibus beniuola com]passione succurrere. et poscentium animis alacri deuotione impertire assensum. Ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium deo procul dubio | promeremur dum uenerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia postulastis a nobis. quatinus nostra apostolica | preceptione concederemus ac reconfirmaremus perpetualiter uobis uestrisque successoribus supradictum monasterium saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Boniphatii. situm in loco qui Bochonia iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda. cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus siue [1]) pertinentibus. quas nunc habet et inantea deo auxiliante habebit. iterum concedimus ac donamus uobis karissime ac dilectissime fili uestrisque successoribus abbatibus in perpetuum pro magno amore et nimia dilectione. quam circa uos habeo et habere inantea debeo quo usque uixero. monasterium in honorem sancti Andreae apostoli et sancti qui uocatur Exaiulo. quod situm est iuxta ecclesiam sanctae dei genitricis semperque uirginis Mariae. quae uocatur ad presepe. cum omnibus mansionibus. kaminatis. cum cellis uinariis. et coquina. cum uineis et hortis. cum diuersis arboribus pomorum. cum curte atque puteo. et introitu suo per portam maiorem a uia publica. et cum omnibus ad illem generaliter pertinentibus. seu quae extra urbem siue intra urbem erunt. quae et [2]) iure ac rationabiliter pertinere dinoscuntur. Ergo presenti quinta decima indictione perpetualiter et specialiter sub inmunitatem sanctae nostrae romanae sedis apostolicae id ipsum sacratissimum monasterium permanendum statuimus et statuendo confirmamus. ita ut cuncta loca ipsius monasterii amodo et usque in finem seculi cum omni securitate et tranquillitate uos cum posteris uestris tenere et possidere ualeatis. ut sub iure et dicione sanctae nostrae cui deo auctore deseruimus ecclesiae constitutum nullius alterius ecclesiae iuris dicionibus summittatur. pro qua rè piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in prephato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam proibemus ita ut nisi ab abbate monasterii

747. OU. Eb. I, 21a. Tr. 605. [1]) L. *sibi*. [2]) L. *ei*.

Digitized by Google

fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnitatem quispiam presumat omnimodo celebrare. vt profecto iuxta id quod subiectum apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit inconcusse dotatum permaneat. locis et rebus tam his quas moderno tempore tenet uel possidet quam quas futuris temporibus in iura ipsius monasterii diuina pietas uoluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua seruatur [3]). Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam. ut quicumque cuiuslibet ecclesiae presul uel quacumque dignitate predita persona hanc nostri priuilegii cartam. quam auctoritate principis apostolorum firmamus. temerare temptauerit. anathema sit et iram dei incurrat. a coetu sanctorum omnium extorris existat. et nihilominus prephati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inuiolata permaneat apostolica auctoritate subnixa. Scriptum per manus Iohannis scrinarii et notarii nostri sacri lateranensis palatii. † Bene valete.

Datum .IIII. kal. ianuarias per manus Petri diaconi bibliothecarii et cancellarii sanctae apostolicae sedis. Anno domni nostri Ihesu Christi M.XLVI. domni Clementis secundi papę .I. indict. XV. [4])

748. Priuilegium Clementis II. papae.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. dilectissimo in | domino filio Roingo. uene- 1046, 31 December.
rabili abbati pontificii nostri perpetuam in domino salutem. Cura nos urget sanctarum omnium dei ęcclesiarum utilitatibus fauere. ac secundum quod úna|quaeque in proprio statu mansura sit congruum eis impertire suffragium. Quocirca dilectissime fili. omnia quae a precessoribus nostris iure ac ratio|nabiliter vestri postulasse uisi sunt precessores. tibi tuisque successoribus perpetuum confirmamus. Monasterium ergo fuldense quod sancti Bonifacii uocabulo uiget. | constitutum in loco qui dicitur Boconia. erga ripam fluminis quod dicitur Fulda. cum omnibus cellis. curtibus. districtionibus. seu omnibus ad se pertinentibus tibi nostri priuilegii preceptione concedimus. largimur ac confirmamus. ea scilicet ratione. ut nullus inde futurus abbas consecrationem unquam accipere presumat nisi ab hac nostra apostolica sede. Inter omnia uero Germaniae totius coenobia primum honorem in sessione siue in iudiciali sententia seu in omnibus conciliis ac ordinibus tibi tuisque successoribus attribuimus habendum. Nulli etiam episcoporum. archiepiscoporum. patriarcharum uel quoquomodo in clero constituto temere aut proterue nisi a uobis accepta licentia super principale altare uestri monasterii missarum sollemnia celebrare liceat. Nullius iterum persona principis neque totum neque partem uestri monasterii alicui mortalium ulla ratione subdere uel sub beneficii nomine dare presumat. sed omni tempore soli sanctae nostrae romanae ęcclesiae libera seruaque deseruiat. Si quod absit aliquis in eodem monasterio constitutus abbas aliquo crimine infamis fuerit. constituimus ac apostolica auctoritate indissolubiliter manere sancimus. ut pulsationis discrimen nullum sentiat. donec nostra apostolica sedes iudicii censuram ei imponat. Liceat tibi tuisque successoribus imperpetuum episcoporum more nostro dono nostraque munificentia apostolicam sedem ad uestram defensionem appellare. ac contra omnes emulos romanę maiestatis scuto uos defendere. Haec [5]) denique uniuersa inter totius orbis coenobia uestram fuldensem abbatiam

---

[3]) Es ist wohl mit Schannat *seruatis* zu lesen; Eb. hat *perfruatur*. [4]) Die bleierne Bulle, welche Schannat hat abbilden lassen, findet sich nicht mehr an der Urkunde. Es ist übrigens dieselbe, welche an der folgenden Urkunde hängt.

748. OU. und CU. aus dem 11. Jahrh. Eb. I, 19b. Diocc. 250, 22. Vindic. tab. I. [5]) Von hier an hat Eberhard's Copie einen ganz abweichenden Text.

Digitized by Google

specialissimo dilectionis affectu perpetuo habituram concedimus ac firmiter corroboramus. Vsum [3]) autem sandaliarum. calligarum ac dalmaticarum. qui sacris canonibus tuo ordini interdicitur. apostolica auctoritate non solum tibi tuisque successoribus in perpetuum. uerum etiam cunctis uiuentibus ac uicturis omnium monasteriorum abbatibus in orbe terrarum consistentium abradendum omnino iubemus. Quamuis fuerint nonnulli in hac summa sede pontifices. qui tyrannide prauorum coacti hoc indigne uestrę ac ceteris diuersis concesserunt ęcclesiis. quod sanctorum patrum sanctionibus constat esse diuersum. Nos uero quoniam praue nouimus fuisse petitum pessimeque per priuilegii paginam esse concessum. non solum confirmare nolumus. uerum etiam penitus abdicare gestimus. Si enim monasterium nostrum quod sacratissimum beati apostoli Pauli corpus amplectitur hunc superstitiosum morem a sancto Petro impetrare non meruit. aliqua orbis terrarum abbatia qualiter obtinebit? Totus paene mundus nouerit. quod specialissimas dignitates nostri episcopi ac cardinales presbiteri atque diacones habeant. quas ceterarum ęcclesiarum huiuscemodi gradibus habere non licet. Dalmaticas nostri cardinales presbiteri ferunt. naccis in processionibus [3]) sollempniis utuntur. si dignum hoc nostris sanctissimis decessoribus uideretur. abbatia sancti Pauli quae uniuersis proximior ac familiarior nostrę sedi fore constat dalmaticis ac sandaliis liberaliter ac sollemniter potiretur. vnde quod sanctus Paulus a sancto Petro non expetit ceteri [4]) iuniores sancti nostra ineuitabili auctoritate obtinere desistant. Igitur quicumque huius nostri priuilegii obseruator extiterit. omni benedictione repleatur. Qui autem quoquomodo hanc nostram preceptionem uiolare presumserit. nisi resipiscat. indiuiduae trinitatis iram incurrat. sancti Petri apostolorum principis maledictione redundet. trecentorum decem et octo patrum sacrosancto concilio dampnetur. atque in extrema die iudicii amaranatha anathemate perditus lucis claritudinem nesciat. sed exteriores tenebras cum diabolo ac consentaneis eius perpetualiter gemat. Scriptum hoc priuilegium per manum Iohannis scrinarii ac notarii sacri palatii. † Bene valete.

Datum pridie kal. ianuarias per manus Petri diacuni bibliothecarii et cancellarii sanctę apostolicę sedis. Anno domni nostri Ihesu Christi M.XLVI°. Domni Clementis secundi papę .I.° ind. XV. [5])

749. Traditio Werinhardi.

1046, 19 December.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Nouerint cuncti fideles tam presentes quam et futuri. qualiter quidam vir nobilis Werenhardus nomine dedit et tradidit sancto Bonifacio archiepiscopo et martiri in honore domini nostri Ihesu Christi et sanctę Marię uirginis in conspectu domini Egberti abbatis fuldensis monasterii quedam predia ob beneficium quod tunc uiuens tenuit quedam uidua nomine Accla. nomina uero locorum que dederat hęc sunt. Arestbach et Megelenrot. cum omnibus illuc iure pertinentibus. ecclesiis. molendinis. decimis. agris cultis et incultis. siluis. campis. terris. aquis. aquarum decursibus. quesitis et inquirendis. et in omni genere utilitatis sub tali conditione. ut ab hac die in reliquum tempus predictus abbas suique successores liberam habeant potestatem se intromittendi. possidendi et in usus ęcclesię redigendi omnia. Predictus autem abbas dedit illi beneficium quod predicta tenuit Accla excipiens unam curtem Mulinhusen uocatam. eius scilicet terram salicam. cum XXX tribus hubis. Et si in eadem uilla

[3]) Die ganze Stelle von *usum autem* bis *obtinere desistant* hat Schannat weggelassen. [4]) C wohl richtiger *processionalibus*. [4]) C *sanctus Bonifacius ac ceteri iuniores*. [5]) An einem Pergamentstreifen hängt die Bulle.

749. Eb. II, 55b. Tr. 606. Die zweite Hälfte der Urkunde gehört in die Zeit des Abts Widerad zwischen 1060—1075.

Digitized by Google

minus sufficerent illę XXX hubae. ubi proximum fuisset ex eodem beneficio. ibidem numerus adimpleretur. Istud quoque firmiter condixere. ut quamdiu illa uiueret ipse omni anno a camera abbatis in pasca aut in natiuitate domini VIIL talenta pro beneficio acciperet. Complacuit quoque ei ut pro eodem beneficio singulis annis sicut et alii milites seruiret abbati et in expeditionibus cum sex scutis militaret. Pactum etiam firmum condixerunt. ut si idem Werinhardus moreretur filius eius beneficium susciperet et deseruiret. Acta sunt hęc in monasterio Breitingen. anno dominicae incarnationis M°XL. VIII°. indictione IIIa. [1]) XIIII kal. ianuarii. regnante domino Heinrico tercio imperatore. qui et hanc cartam sua potestatiua confirmatione solidauit et sigilli sui impressione muniuit.

Isti sunt testes horum quę prescripta et per hęc tempora gesta sunt. Heinricus imperator. Egbertus abbas. Gerhart aduocatus qui et hanc uestituram suscepit. Bertolt comes. Hecil comes. Gerhart comes. Sigiboto comes. Vto. Boppo. Manegolt et alii plures.

Post mortem uero predictę uiduę cepit idem Wernhardus temporibus Widerati abbatis predictam curtem exigere affirmans quod ipsa quoque in beneficium suum deberet redire. Predictus autem abbas cum scriptis his et testibus hoc refellens dedit illi hubas duas. unam in Tungedi. aliam in Mellenbrunnen. insuper et pecuniam quam pro italica expedicione debuit illi dimisit. et sic prescriptam confirmationem stabiliuit. Confirmata est quoque et hęc pactio atque conuentio coram testibus infra scriptis. et sic illa cessauit exactio. Testes fuere. Vto comes. Tammo comes. Adelbreht comes. Wolfganc. Vnan. Rihmunt. Sigiboto. Eberhart. Gerlah. et alii.

750. Priuilegium Leonis IX. papae.

Leo episcopus seruus seruorum dei. Echberto pio et religioso abbati uenerabilis mo- 1049, 13 Juni.
nasterii saluatoris | domni nostri Ihesu Christi et sancti Bonifacii. quod situm est in loco qui uocatur Bochonia. iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda. et per tè eidem uenerabili monasterio tuisque successoribus in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini pia religio|ne pollentibus beniuola compassione succurrere. et poscentibus iuste et religiose alacri deuotione assensum impertiri. Ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium deo procul dubio promeremur. si uenerabilia loca | oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia postulastis a nobis. decreuimus nostra apostolica prȩceptione reconcedere ac reconfirmare perpetualiter uobis uestrisque successoribus predictum monasterium | saluatoris domni nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii situm in loco qui uocatur Bochonia iuxta ripam fluminis quod dicitur Fulda cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus. quas nunc habet et in futuro deo auxiliante habebit. Concedimus etiam atque donamus uobis carissime ac dilectissime fili. uestrisque successoribus abbatibus in perpetuum. pro magno nostro amore et nimia dilectione quam circa uos habemus et habere deinceps cupimus. monasterium sancti Andreę apostoli quod uocatur Exaiulum. situm Romę iuxta ecclesiam sanctę dei genitricis Marię semper uirginis quę uocatur ad presepe. cum omnibus mansionibus. caminatis. cellis uinariis et coquina. cum uineis. hortis diuersisque generibus pomorum. cum curte et puteo et introitu per portam maiorem a uia publica et cum omnibus ad idem monasterium generaliter pertinentibus tam intra quam extra urbem sitis. quę ei

[1]) Die Indictionszahl ist falsch.

750. OU, an welcher die Bulle fehlt; CU aus dem 12. Jahr.; Eb. I, 24a und wiederholt 52a. H. F. II, 163, 48.

Digitized by Google

iuste ac recte pertinere dinoscuntur. Prohibemus autem omnem cuiuslibet ecclesię sacerdotem in idem uestrum fuldense monasterium quamlibet ditionem habere uel auctoritatem preter nostram apostolicam sedem. specialiter episcopum in cuius diocesi constructum esse uidetur. ita ut nisi ab abbate monasterii ipsius fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollemnia celebrare presumat. Dona uero et oblationes decimasque fidelium absque ullius personę contrarietate firmitate perpetua ipsi monasterio uestro secundum predecessorum nostrorum priuilegia confirmamus et corroboramus. Decernimus etiam ne alicui personę magnę uel paruę liceat aliquam uim uel controuersiam inferre eidem monasterio in rebus et familiis eius. Et ne femina umquam illuc ingredi presumat. nostra apostolica interdicimus auctoritate. et ne quis umquam placitum ibi habeat uel in cęteris eius locis nec seruos nec colonos ad aliquod seruitium constringat. nisi cui abbas ad utilitatem suę necessitatis assensum prebuerit. Eligendi quoque sibi abbatem quando opus fuerit fratres inter se potestatem habeant secundum regulam sancti Benedicti sine ullius contradictione personę. Cęterum uero hoc deliberantes decernimus. ut congruis temporibus nostrę sollicitudini ęcclesiasticę intimetur. qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ecclesiastico studio mancipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii optentu animus gressusque rectitudinis uestrę a norma insticię aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi quem bene eruditum et bene eloquentem uirum esse nouimus dulcissime fili predicare uerbum dei auctoritate sancti Petri apostoli et nostra eius indigne uicarii. et ut tam uos quam successores uestri ante alios abbates Gallię seu Germanię primatum sedendi in omni loco conuentuque nostra apostolica auctoritate optineatis. Usum quoque dalmaticę et sandaliorum in missarum sollemniis licentia nostrę apostolicę auctoritatis concedimus tam uobis quam successoribus uestris secundum quod in priuilegiis predecessorum nostrorum habetur. Abbas uero nonnisi a nostra apostolica sede benedicatur. à qua benedici debet. Et si in aliquo crimine accusatus fuerit. de eadem nostra apostolica sede tantum iudicium expectet. Illud etiam generaliter addendum dignum duximus. ut quicquid auctoritate antecessorum quorumlibet nostrorum. regum et imperatorum ipsi uestro fuldensi monasterio constat fuisse concessum. sit etiam nostra apostolica auctoritate per hoc nostrum priuilegium confirmatum atque corroboratum. statuentes apostolica censura sub diuini iudicii obtestatione. ne quis umquam nostrorum successorum pontificum romanorum. regum. ducum. marchionum. comitum. et preterea archiepiscoporum. ac cuiuslibet dignitatis uel condicionis hominum contra hoc nostrum priuilegium quicquam audeat attemptare. quod si quis presumserit. sciat se nostri anathematis uinculo usque ad dignam satisfactionem insolubiliter innodatum. qui autem pio intuitu se custodierit et ne in aliquo infringatur in se obseruauerit. benedictionis gratiam et peccatorum suorum absolutionem a retributore omnium bonorum deo consequi mereatur. ut in celesti sede glorietur.

(Sign. pap. symb.) Bene valete.

Datum [1]) per manus Petri diaconi et bibliothecarii sanctae romanae et apostolicae sedis. mense iunio. anno domni Leonis VIIII. primo. indict. II.

751. Concambium Egberti abbatis.

1049. September.

Notum sit omnibus ęcclesię fidelibus qualiter Egbertus abbas uenerabilis monasterii fuldensis. in quo preciosus Christi martir Bonifacius sacro corpore quiescit. cum quodam milite nobili

[1]) C *Datum idibus iunii* per m. P. d. bibl. *et cancellarii* s. apost. s. anno domni *noni papae Leonis primo.* ind. secunda.

751. Eb. II, 123b. Tr. 607.

Digitized by Google

nomine Rohô placitum utrisque concambium fecit. Placuit itaque eis. ut predictus nobilis miles Roho nomine prefecturam et aduocationem cum beneficio quod prius habuit dato quodam suo predio absque seruicio ipse et uxor eius possiderent et post mortem amborum in ius et potestatem abbatis utraque et beneficium et predium redirent. quod et ita factum est. Dedit itaque memoratus Roho predium quod habuit in helidungeri marcha in comitatu Ottonis et Gozwini in locis subter nominatis. Ermaneshusen et in Rieden et in Stadelhouen et Muslidorf. Helidungen. Suezedorf. totum et integrum quicquid ibi proprietatis habuit in terris cultis et incultis. areis. campis. siluis. pratis. pascuis. cum XXX mancipiis et cum omni genere humanę utilitatis. E contrario accepit ipse et uxor eius ipsum predium pro beneficio a domino abbate et aduocationem et beneficium absque seruicio. pro quo prius ut dignum erat seruierunt. talemque firmiter legem interposuerunt. ut si idem abbas uel alius superuenturus in loco eius abbas aut alia quelibet imperatoria potestas hoc pactum infringeret. ipse dominus Roho uel uxor eius si superstites essent bonum quod dederant nullo prohibente reciperent. Acta sunt hęc in loco Biberaha in curia albatis anno dominicae incarnationis millesimo. XL. VIIII. mense septembrio. indictione. III. coram his testibus. Eghertus abbas. Berngerus prepositus. Ezzo camerarius. Rupertus decanus. Guntherus archidiaconus. Sigifridus subdiaconus. Enger presbiter capellanus. Gerhardus comes. Reginboto. Boppo. Heriman. Adelbraht. et alii plurimi.

752. De discordia inter abbatem fuldensem et episcopum wirceburgensem sedata per Heinricum imperatorem.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Constat nos diuina disponente gratia cęteris supereminere mortalibus. unde oportet ut cuius precellimus munere eius studeamus modis omnibus uoluntati parere. Quapropter omnium nostrique fidelium presentium scilicet ac futurorum nouerit industria. qualiter litem qui inter episcopum wirceburgensem et abbatem fuldensem fuit auctoritate domni papae Leonis et consilio multorum fidelium nostrorum placuit nobis diffinire. Episcopus namque wirceburgensis Adalbero conquestus est domno apostolico Leoni et nostrę excellentię in synodo quę celebrata est Mogontię. quod abbas fuldensis denegaret sibi episcopalem potestatem super se et monachos suos et locum fuldensem. Egbertus uero qui tunc abbas fuldensis monasterii extitit priuilegia multa romanorum pontificum et traditiones predecessorum nostrorum imperatorum ac regum permissu domni papę et nostro in medium protulit in his defendens se. quod nulli alii nisi romano pontifici subditus esse deberet. Quorum quidem grauem conflictum pacifice terminare desiderantes auctoritate domni papę et consilio nostro sanctęque synodus ipsoque wirceburgensi episcopo consentiente sequentes priuilegia pontificum et precepta imperatorum statuimus. ut in prefato loco fuldensi nec in abbatem nec in monachos nec in ipsum monasterium ullam potestatem exigendam aut exercendam habeat episcopus wirceburgensis aut ullus successor eius. Insuper etiam quia conquestus est abbas fuldensis quod archidiaconi eiusdem wirceburgensis episcopi quasi infensi frequenter inhabitatores loci fuldensis exacerbarent. placuit omnibus conlaudante hoc wirceburgensi

1049. 20. Nov. Worms.

752. Eb. II, 53a. Diese für die Geschichte der städtischen Pfarrkirche sehr wichtige Urkunde hat Schannat nicht veröffentlicht aus Gründen, die bekannt sind.

Digitized by Google

episcopo. ut clericus in forensi ecclesia fuldensis loci ab abbate subrogatus bannum ab episcopo wirceburgensi accipiat et in suburbanis uillulis quę sunt inter locum fuldensem et fluuiolum Hunaha dictum, quod burchfelt inibi dicitur. placitum habeat. adiectis duabus uillulis Hunefelt et Ratesdorf nuncupatis. Hoc quoque statutum est ut si dicti episcopi clericus. parrochianus uidelicet fuldensis plebis. aliquid plus iusto errauerit et ratione conuictus aut morte preuentus fuerit. alter clericus a predicto abbate subrogetur bannum et altare ab episcopo suscepturus et statutis temporibus sibi rationem redditurus. Hanc uero preceptionem nostram superius intimatam ob dei amorem eiusdemque sacrosancti loci reuerentiam necnon etiam pro tranquillitate nitę regularis fratrumque ibidem degentium securitate firmanda ipsi loco concedimus atque in perpetuum indultam esse uolumus. ut ibidem domino annuente nostris et futuris temporibus proficiat in aumentis quatinus ipsam congregationem pro anima pii genitoris nostri Chunradi imperatoris necnon et Gisilę imperatricis. nostrę genitricis. et pro nobis uxoreque nostra et filiis nostris domini dei nostri misericordiam attentius deprecari delectet.

Hęc vero nostra regia auctoritas ut pleniores in dei nomine obtineat dignitatis firmitates. auctores consilii et testes prefati negotii hic iussimus subscribi et manu propria subtus eam firmauimus sigilloque precepimus insigniri.

Isti sunt testes huius compositionis atque regię preceptionis de venerabili loco fuldensi inter episcopum wirceburgensem et locum fuldensem. ipsemet imperator Heinricus augustus. Bardo archiepiscopus mogunciensis. Hunfridus archiepiscopus magdeburgensis. Eberhart archiepiscopus treuirensis. Ecelinus episcopus hildinesheimensis. Brun episcopus mindensis. Rudolf episcopus hauderbrunn. Megenhere abbas herueldensis. Winthere cancellarius regius germanicus. Opozo cancellarius italicus. Bernhart dux. Vto comes. Diterih comes. Otto comes. Eberhart comes. Sigiboto comes Friderich comes. Giso comes. Gozwin comes. Boppo. Vto. et alii plures.

Signum Heinrici tertii regis. Ego Wintherius cancellarius recognoui. Datum XII. kal. ~~Decembr~~. Nov. anno dom. incarnationis M°. XL°. VIIII. indict. II. Actum Mog. feliciter.

753. Immunitas Heinrici III. imperatoris.

1036, 23. September

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Constat nos diuina disponente gratia ceteris supereminere | mortalibus unde oportet ut cuius praecellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter omnium dei nostrique fidelium praesentium scilicet ac futurorum nouerit industria qualiter Ekberhtus. uenerabilis abbas ex | monasterio quod dicitur Fulda in pago Grapfeld situm. in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctique Bonifacii martiris Christi constructum ubi idem gloriosus martyr corporaliter requiescit. serenitatis nostrae clementiam adiit humiliter ob|secrans. ut more antecessorum nostrorum Pippini uidelicet. Karoli. Ludouuici. Chuonradi. necnon trium Ottonum. Heinrici. et Chuonradi imperatoris augusti felicis memorię scilicet patris nostri praefatum monasterium cui ipse deo donante praesidet cum monachis et talia bona qualia ab antecessoribus nostris regibus uel imperatoribus et ab episcopis abbatibus uel aliquibus beatę recordationis uiris illuc collata sunt immunitatibus in abbatiis in forestis in theloneis in monetis in

753. OU. Eb. I. 122a. H F. II. 165. 49.

Digitized by Google

bannis et in omni districtu in praediis maioribus et minoribus in mancipiis utriusque sexus per auctoritatem nostri praecepti in nostrum mundiburdium et tuitionem susciperemus et confirmaremus. Cuius peticioni pium sicut iustum erat assensum praebentes ob diuinum amorem necnon ob interuentum carissimę contectalis nostrę scilicet Agnetis imperatricis augustę nostrique filii dilectissimi Heinrici quarti regis praescriptum monasterium cum monachis et cum supra nominatis bonis in nostrum mundiburdium et in ius nostrę defensionis per hoc imperiale praeceptum suscepimus ea uidelicet ratione ut nullus publicus iudex. dux. comes. uel uicecomes aut quilibet ex iudiciaria potestate in aecclesias. uillas. loca. uel agros. possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis concessum praefatum possideat monasterium [1]). . .

. . . . . .

. . . . . .

monachos in susceptione hospitum pauperumque semper esse paratos. De militibus suis iubemus ut nullus comitum in omni regno nostro illos pro aliqua expetitione hostili inquietare praesumat suorumque sequaces. et ipse potestatiue et honorifice suos et suorum habeat potestatem usque ad nostrum iussum. Et si quando uocatione diuina . . . . . .

. . . . . insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (M) secundi romanorum imperatoris augusti. Uuinitherius cancellarius uice Liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui. (S)

Data VIIII kal. oct. Anno dominicae incarnationis MLVI. indictione VIIII. Anno autem domni Heinrici tercii regis secundi imperatoris. ordinationis XXVIII. regni vero XVIII. imperii X. Actum Botvelt in dei nomine feliciter amen.

754. Traditio Heciles.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus presentis et futurę etatis. qualiter Hecil quidam nobilis et uxor eius Ôta nomine tradiderunt deo et sancto Bonifacio martiri coram Egberto uenerando abbate fuldensis ęcclesię omne predium suum quod habuerunt in locis subter nominatis. in wllenstat et in alia wllnestat X. hubas. et quartam partem ecclesię cum decimis superioris wllenestat. in Bezcingen XV hubas et nemus et duo molendina. in Steinfurte VI. hubas et nemus. in Hahbrahteshouen II. hubas. in Hekistat ipsam curtem cum omnibus appendiciis suis. insuper quicquid habuerunt in Hekestat superiori et in Hekestat inferiori et in Aschrunnen cum omni genere utilitatis in edificiis. in agris cultis et incultis. uineis. siluis. pratis. pascuis. aquis. aquarum decursibus uel quidquid dici vel nominari potest in omni genere humani cultus cum familia sua numero. C. et XVII. cum sui census iure et seruitute ea condicione ut nulli hominum subiciantur nisi abbati et fratribus fuldensis monasterii. Huius tradicionis testes sunt. Sigiboto comes. Gotebolt. Tete. Gerunc. Tammo. Vto. Tuto. Rudolf. Hartman. Ditbern. et alii plures.

Facta est autem hęc tradicio sub imperatore Heinrico qui et confirmauit eam sua auctoritate et sigilli sui impressione precepit insigniri deditque talem preceptionem. ut quicunque hominum huius cartae confirmationem uiolare presumpserit regię majestatis reus sit.

---

[1]) U. s. w. wie in dem Diplom Conrad's II. von 1031.

754. Eb II, 79 b.

Digitized by Google

755. Privilegium Victoris II. papae.

1057, 9 Febr. Victor episcopus seruus seruorum dei Echberto pio et religioso abbati | monasterii saluatoris domni nostri Jhesu Christi et sancti Bonifacii. quod situm est in loco qui uocatur Bochonia iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda. et per te eidem venerabili monasterio suisque successoribus in perpetuum. | Conuenit apostolico moderamini pia religione pollentibus beniuola compassione succurrere et poscentibus iuste et religiose alacri deuotione assensum impertiri. ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore | omnium deo procul dubio promeremur. si venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia postulastis a nobis. decreuimus nostra apostolica preceptione reconcedere ac reconfirmare | perpetualiter uobis vestrisque successoribus predictum monasterium saluatoris domini nostri Jhesu Christi et sancti Bonifacii situm in loco qui uocatur Bochonia iuxta ripam fluminis qui dicitur Fulda. cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus quas nunc habet et in futuro deo auxiliante habebit. Concedimus etiam atque donamus uobis karissime ac dilectissime fili vestrisque successoribus abbatibus in perpetuum pro magno nostro amore nimiaque dilectione quam circa uos habemus et habere deinceps cupimus monasterium sancti Andreę apostoli quod uocatur exaiulum situm Romę iuxta ecclesiam sanctę dei genitricis Marię semper virginis quę uocatur ad presepe. cum omnibus mansionibus. caminatis. cellis vinariis. et coquina. cum vineis. ortis. diuersisque generibus pomorum. cum curte et puteo et introitu per portam maiorem a uia publica et cum omnibus ad idem monasterium generaliter pertinentibus tam intra quam extra urbem sitis quę ei iuste ac recte pertinere dinoscuntur. Prohibemus autem omnem cuiuslibet ęcclesiae sacerdotem in idem uestrum fuldense monasterium quamlibet diuinam habere uel auctoritatem preter nostram apostolicam sedem. specialiter episcopum in cuius diocesi constructum esse uidetur. ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus nec missarum sollempnia ibidem celebrare presumat. Dona uero et oblationes decimasque fidelium absque ullius personę contrarietate firmitate perpetua ipsi monasterio uestro secundum predecessorum nostrorum priuilegia confirmamus et corroboramus. Decreuimus etiam ne alicui personę magnę uel parue liceat aliquam uim vel controuersiam inferre eidem monasterio in rebus ac familiis eius. et ne femina umquam illuc ingredi presumat. nostra apostolica interdicimus auctoritate. et ne quis umquam placitum ibi habeat vel in ceteris eius locis nec seruos nec colonos ad aliquod seruitium constringat. nisi cui abbas ad utilitatem suę necessitatis assensum prebuerit. Eligendi quoque abbatem sibi quando opus fuerit fratres inter se potestatem habeant secundum regulam sancti Benedicti sine ullius contradictione personę. Ceterum vero hoc deliberantes decreuimus. ut congruis temporibus nostrae sollicitudini ęcclesiasticę intimetur. qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque conuenienti ęcclesiastico studio mancipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrae a norma iusticię aliquomodo retorqueatur. Concedimus etiam tibi quem bene eruditum et bene eloquentem uirum esse nouimus dulcissime fili predicare uerbum dei auctoritate sancti Petri apostoli dei et nostra eius indigne uicarii. et ut tam uos quam successores uestri ante alios abbates Gallię seu Germanię primatum sedendi in omni loco conuentuque nostra apostolica auctoritate optineatis. Alibas uero non nisi a nostra apostolica sede benedicatur a qua benedici

---

755. OU. Eb. I, 25 b. H. F. II, 166, 50.

Digitized by Google

debet. et si in aliquo crimine accusatus fuerit de eadem nostra apostolica sede tantum iudicium expectet. Vsum quoque dalmaticę et sandaliorum secundum quod ab antecessoribus nostris uobis concessum est concedimus et confirmamus. Igitur generaliter addendum dignum duximus. vt quicquid auctoritate antecessorum quorumlibet nostrorum. regum et imperatorum. ipsi vestro fuldensi monasterio constat fuisse concessum. sit etiam nostra apostolica auctoritate per hoc nostrum priuilegium confirmatum atque corroboratum. statuentes apostolica censura sub diuini iudicii obtestatione ne quis umquam nostrorum postdecessorum pontificum romanorum. regum. ducum. marchionum. comitum. et preterea archiepiscoporum. episcoporum. aut cuiuslibet dignitatis uel conditionis hominum contra hoc nostrum priuilegium quicquam audeat attemptare. Quod si quis presumpserit. sciat se nostri anathematis uinculo usque ad dignam satisfactionem insolubiliter innodatum. qui autem pio intuitu se custodierit et ne in aliquo infringatur a se obseruauerit. benedictionis gratiam et peccatorum suorum absolutionem a retributore omnium bonorum deo consequi mereatur ut in cęlesti sede glorietur.

(S. p. s.) B. V.

Datum v. idus Febr. per manus Aribonis vice Annonis sanctę romanę et apostolicę sedis archicancellarii et coloniensis archiepiscopi. Anno. II°. papę Victoris. II. indictione. X. [1])

756. Traditio Diudechae.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris 1057
quam presentibus. qualiter ego Diudecha pro anima filii | mei Reginhardi trado ad fuldense cenobium pro amore Christi et sancti Bonifacii martiris. quicquid habeo in locis subternominatis. in Sigifrides. et Scambach. | et Weisteim. duas etiam huobas in Mitilesdorf. Trado preterea seruos quorum hęc sunt nomina. Reginbodo. Hertuuin. Benno. Duodo. | Reginuuart et Hertunio cum uxoribus et filiis et omni cognatione et omnigena possessione. Et quia spem generandę prolis non habeo. | sancto martyri Christi Bonifacio uitam et animam meam uoueo. ut sit mihi sponsus et auxiliator in conspectu domini. pro cuius amore quicquid hereditario iure possideo ad fuldensium fratrum seruitutem deuotissime dono et concedo pro anima mea et dilecti filii mei Reginhardi. Isti sunt testes eiusdem traditionis. Gerhardus aduocatus qui hanc uestituram suscepit. Sigebodo comes. Dammo comes. Gozuuin comes. Bobbo et Godebold. Adelbrath de Duncdorff. Adelbrath de Bilirieth. Rihmunt. Berngoz. Lyuf. Manegolt. Hildibolt. Burchart. Cristan. Izo. Dyobbraht. Sigibolt. Saleman. Abbelin. Ruobbrath. Geruuig. Berngoz. Gumbraht. Dyocelin. Sanderat. Gundolt. Meginlah. Dyomo. Wecil. Werinheri. Dyodolf. Razo. Friderih. Egilmar. Ruodung. Wizeman. Fukelin et Dyadolf. Gundolt. Fryeso. Reginbuodo. Dudo. Iz. Folebraht. Dieto. Vdo. Alduom. Altuuin. Buobo. Bernhart. Hamunt. Hemedo. Hideman. Diudo. Ymezo. Warman. Eccelin. Reginheri. Hazecho. Gyso. Hunolt. Buno. Vnizo. Eggihart. Heribrath. Yrminger. Ibbo. Hadebrath. Dyemo. Friderih. Ortuuin. et alii multi.

Et ut hęc traditionis nostrę uestitura stabilis et inconuulsa seruetur. cartulam super eam conscriptam sigillo reuerendi abbatis Egberdi in cuius presentia hec facta sunt insigniri fecimus. ut absque omnium contradictione fuldensium fratrum omnimodis in perpetuum cedat usibus. (S)

---

[1]) An seidner Schnur hängt die Bulle.

756. OU. Eb. II, 57a. Brow. antiq. 260. Tr. 609.

Digitized by Google

Acta sunt hęc in Biberaha coram Egberdo abbate eiusque fidelibus. Anno dominicę incarnationis millesimo. LVII°. indict. VIIII. Regnante Heinrico eiusdem nominis quarto rege primo anno regni eius.

757. Traditio Sigifridi de Suallungen.

1057. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam et futuris. qualiter quidam uir nobilis nomine Sigifridus de Sunllungen tradidit deo et sanctissimo martiri eius Bonifacio necnon et uenerando abbati Eggeberto ceterisque fratribus sanctę fuldensis ęcclesię in pago Graffelt quedam predia sua sita in uiculis subter notatis. in Westheim XI areas et VIII hobas et XXIII mancipia. in Hilteriches III hubas et unum biuanc qui dicitur blancstruth. in Regenharteswineden XI hubas. ad Folcholdes VI hubas. in Drasenróde Nangozesbiuanc et iuxta eum Folcholdesbiuanc. ad Sigefridesrode illum biuanc qui ibi captus est. cum omnibus rebus facultatibus atque substantiis ad prenominata loca iure pertinentibus. agris. cultis et incultis. siluis. campis. quesitis et inquirendis. et cum omni iure utilitatis. Facta est autem hęc tradicio in fuldensi monasterio sub Heinrico imperatore IIII°. atque ab eo confirmata est et sigillo ipsius insignita et precepto eius ita corroborata. ut nullus hominum eam infringere debeat. Huius rei testes sunt. Egbertus abbas. Werńhart. Ermenrich. Hartwin. Heinrih. Nendinc. Liuz. Regil. Rudger. et alii quam plurimi. Acta sunt hec anno dom. incarnationis M°. L. VII. indict. VIIII.

758. Concambium inter Richardum abbatem et Theophanu abbatissam.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Omnibus aecclesiae dei fidelibus tam praesentibus quam futuris sit notum. qualiter uenerabilis Richardus fuldensis abbas et domna Theophanu abbatissa | placitum sibi fecere concambium. Dedit itaque memoratus abbas iam dictę uenerabili abbatissę in pago Saxonum quandam curtem Scersteti dictam cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus. ut dum uiueret | absque ullius contradictione firmam in eis illa haberet potestatem illaque defuncta iterum in potestatem abbatis rediret. E contra uero domna abbatissa tradidit in ius et dominium sancti Bonifacii martiris | Christi quoddam predium in Nitahgonue in loco Bonemesi nominato cum omnibus quę ibi iuste et legaliter uisa est possidere ea conditione. ut a die illa et in reliquum predictus abbas eiusque successores potestatem | haberent quod de eo facere uellent. Et hoc coram testibus infra scriptis pepigit. ut si iam sepe dictus abbas uel aliquis successorum eius uellet hoc pactum infringere illa nullo prohibente posset suum repetere. Postea uero eadem uenerabilis matrona ob amorem et peticionem beatę memorię Rohingi abbatis reddidit supradictum beneficium in potestatem domni abbatis. ut in locis Seliheim et Heririche acciperet beneficium quod ualeret X. talenta. insuper omnibus annis a domno

---

757. Eb. II. 81 a. Tr. 610.

758. OU. Eb. II. 52 b. Schannat trad. 600 hat den Schluss der Urkunde von den Worten *Postea uero* weggelassen und setzt sie um das Jahr 1030. In jene Zeit kann der ursprüngliche Tauschvertrag fallen; aber die vorliegende Fassung und Bestätigung gehört in die Zeit Egbert's.

Digitized by Google

abbate acciperet sexaginta camisialia. Hoc quoque domnus abbas Egberdus concambium recognouit atque confirmauit et sigillo suo insigniri fecit.

Testes sunt huius commutationis. Reginhart comes. Reginbodo. Dudo. Widerat. Reginhart. Gerhart. Gotebold. Bobbo. Wolfheri. Vdo. Sigebodo. Wolfganc. Aldum. Dedi. Adalbraht. Berhtold. Gerlach. Dammo. Heriman. Willo. Milo. Adalbraht. Bobbo. Wigger. Berenhart. Adalbraht.[1])

759. Traditio Ruocelini de Aldenfelt.

Notum sit presentis et futuri temporis fidelibus ueritatem scire uolentibus qualiter Ruocelin de Aldenfelt delegauit ad altare s. Bonifatii IIII hu obas ad Luothero. et capturam I. in Ruocelinerode et VIII mancipia ac Reginoldum filium suum ex propria ancilla genitum cum omni sua posteritate eo uidelicet pacto. ut pro data oblatione sine censu optimo lidorum uteretur iure. nullius aduocati uel iudicis obnoxius dominio nisi qui preesset fuldensi coenobio. Acta est haec traditio abbate Egberto. Reginhardo aduocato. coram his testibus. Aecelin de Luythardes. ôdelo. Reginhart. Wiceman. Alberich. Ridant. Reginuuart. et aliis multis. Si quis autem temerarius hoc irritum fecerit quod prefatus liberae conditionis homo pro animae suae remedio gessit. ipse absque dubio diuino puniendus erit iudicio.

760. Traditio Heinrici IV. regis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. | Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae. simul ob fidele seruicium nostri dilecti abbatis | Sigifridi. ad altare sancti Bonifacii martiris in cenobio fuldensi constituto. uuiltbannum super quoddam forestum eiusdem fuldensis aecclesiae proprium. infra hos terminos situm. id est. de foresto Brauorst[1]) in aridam Gisilaha | deinde in Aeiddiraha[2]) et sic sursum Aeiddiraha usque ad Nollenburc. inde ad Deichenstein. dehinc ad Habelstein in fluuium Ulstra. et sic sursum Ulstra usque ad Batten. dehinc ad Richolfesrod. inde ad Scoderolfesberc et per | plateam in flumen Strouuua.[3]) deinde ad Werinfrideshurc. hinc in fluuium Sunderhaha. indeque sursum usque ad caput eius. inde ad illam arborem cui lapis infixus est. dehinc ad Hugimuododung.[4]) hinc ad fontem qui emergit in campo Staheresfeld. inde in Smalensinna. deinde ad Ekkenbrunnen. et sic sursum Habechesdal usque ad Dahsluchirun. inde in fluuium Dissibach. et deorsum Dissibach usque in Milsibach. et sic sursum Milsibach in Suonebach. et deorsum Snonebach in flumen Dulba. inde ad Spurkehe. deinde in flumen Askaha. et deorsum Askaha usque in Sala. et sic deorsum Sala in Scundra. inde sursum usque ad ste-

[1]1039, 1. December.

---

[1]) Unten zur linken Hand findet sich noch ein Stück von dem Siegel Egbert's.

759. C. 84 a, 224. Hd. d Tr. 611.

760. OU. Eb. 1, 119 a und mit einigen Zusätzen wiederholt 124 a. Buch. vet. 320. [1]) Eb. *Bramuorst.* [2]) *Eiteraha* [3]) *Stréwa* [4]) Eb. 1 *hugeniodetunc*; Eb. 2 *hugefodentunc.*

Digitized by Google

gun. hinc per plateam in Uraha. hinc Phafenhusun. deinde ad Bilstein. inde ad Buochgrindilun. dehinc in fluuium Elebenbach.[5]) et sic in Orbaha. et per litus Orbaha usque ad Gerstacharun. hinc in Engilgeresdal.[6]) inde Waeidinenbrunnen.[7]) deinde in Kincicha. et sic sursum usque in Steinaha. deinde ad Helmeriches. indeque ad crucem. hinc Widenaha. hinc iterum in Wostunsteinaha ad forestum Zunderenhart. inde iterum ad aliud forestum Brannorst. in proprium dedimus atque tradidimus. ea uidelicet ratione. ut praedictus abbas ceterique sui successores liberum eiusdem uuiltbanni potestatem habeant. nullusque sine suo suorumque successorum consensu in praenominatis terminis uenari praesumat. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi manuque propria ut subtus cernitur corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Consenserunt autem huic nostrae traditioni. Adalbero wirziburgensis episcopus. Eberhardus comes. Sigiboto comes. Gozuuinus comes. Tammo comes. Gerhardus. Ramuolt comes. Öto. Reginhardus. Öto. ceterique . . .[8]) quicunque aliquod praedium aut beneficium siue aduocationem in his praescriptis terminis possederunt sic habeant ut idem Sigifridus abbas omnesque post eum fuldensis aecclesiae abbates tam piscandi quam uenandi preuatam potestatem habeant.

Signum domni Heinrici quarti regis. (M) (S)

Gebehardus cancellarius uice Liutpaldi archicancellarii recognoui.

Data est. kal. Decembris. Anno dominicae incarnationis. M. L. VIIII. indictione. XIII. Anno autem ordinationis domni. H. quarti regis. VI. regni uero .IIII. Actum Wizenburc in dei nomine feliciter amen.

761. Conventio inter Witeradum abbatem et Erenfridum.

1061. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter ego Witeradus gratia dei fuldensis abbas suscepi a quodam nobili uiro Erenfrido et uxore eius Ruccla tale predium quale in prouincia Hassia in comitatu Werenheri habebant et econtra illis precarium prestiti quod expetebant. Primum enim ipsi in castello Bingenheim coadunatis manibus tradiderunt ad reliquias sancti Bonifacii et in manum Gerhardi aduocati predictum predium cum XXX mancipiis sine omni pacto uel condicione tantum pro sola fide. et ipsi more clientum se in manus nostras commendauerunt. et a nobis quicquid in curte nostra Mursna ad manus nostras pertinebat susceperunt in beneficium. Isti sunt testes qui hoc uiderunt et audierunt. Uto comes. Gerhart comes. Otto comes. Tammo comes. Ramuolt comes. Gozwin comes. Adelbrath. Otpraht. et alii plurimi. Deinde cum ipsi ad nostram curtem accessissent et suam nobis cum omnibus que ad eam pertinebant in proprietatem sancti Bonifacii redigendam duarum ebdomadarum spacio reliquissent. uenientibus nobis in uillam Runteshusen predictus uir una cum coniuge sua nobis obuiam uenit et coram prouincialibus nostris predium quod suum erat a nobis in beneficium suscepit adiecta seruitutis condicione. ut pro eo nobis nostrisque successoribus infra prouinciam prout imperatum fuerit seruiat. sed sumptus uictua-

---

[5]) *Helkenbach.* [6]) Eb. 1 *Engeresdal;* Eb. 2 *Eingesgerstal.* [7]) Eb. 1 *Weredinenbrunnen;* Eb 2 *Weidenenbrunnun.* [8]) Das Wort ist durch den Bruch unleserlich geworden; Schannat hat *alii* geschrieben

761. Eb. II. 51 b. Tr. 613.

Digitized by Google

lium a nobis accipiat. Et si ipse prior uita decesserit. predicta uxor eius utroque beneficio potestatiue usque ad terminum uitę suę fruatur. Et si quod absit ab aliqua iniusta potestate eis hęc conuentio infringatur. quod suum erat ad eos reuertatur. Isti sunt testes ex predicto comitatu qui hoc uiderunt et audierunt. Rudewin. Tuto. Ratwart. Giso. Heribrath. Reginhart. Irminger. Hartbraht. Bubo. Hunolt. Lampreht. et alii. Et ut hęc nostra et illorum conuentio stabilis et inconuulsa permaneat. cartam hanc super eadem negotia conscriptam sigillo nostro signauimus et apud omnes successores nostros inuiolatam eam fore omnixe deposcimus.

Sed et regis Heinrici decreto et auctoritate munita et confirmata est hec eadem carta et sigillo regię maiestatis insignita. ut nullus hominum hanc eandem conuentionem possit infringere et res predictas ęcclesię fuldensi legaliter collatas ab ea nemo mortalium queat ulla calliditate seu uiolentia remouere.

Scripta est hec cartula in Bruslaha. Anno dominicę incarnationis millesimo. LX°. 1°. Regnante rege Heinrico IIII°. sub Sigifridi moguntini episcopi et Witeradi fuldensis abbatis temporibus.

762. Traditio Reginbodonis.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Noverint fideles praesentis et futuri temporis. 1062
qualiter ego Reginbodo ad locum qui dicitur Fulda trado sancto martiri Bonifacio et fratribus in eodem monasterio sub regula s. Benedicti deo militantibus praesente venerabili Widerado eiusdem loci vigesimo sexto abbate omne quod habere possum in Rosdorf pro remedio animae fratris mei Sigebodonis et ob memoriam mei. id est X huobas. in eadem villa VI cum mansionariis et omni posteritate eorum. unam in Kebilo unam in Weldericheshusun unam in Buocho unam in Owecheim. et vineam unam. praeterea centum quinquaginta iugera terrae salicae et ecclesiam cum omni decimatione ad eam pertinente. insuper trado IIII. huobas quibus ipsa ecclesia dotata est. tres in ipsa villa unam in Ruomundeshusun quas frater meus Sigibodo adhuc uivens et tertiam partem decimationis populo dante clerico qui illuc deo et sanctis eius ministret in usum concessit. et haec ut ita permaneant firmiter rogamus. Ceterum si abbas uel quisquam alius de usu fratrum eadem bona quaerat abstrahere. deo redditurus sit rationem et heres proximus mei potestatem habeat ilata recipiendi. Isti sunt testes. Abbo presb. et monachus. Acelinus presb. et mon. Lanzo presb. et mon. Saleman presb. et mon. Dioherdus presb. et mon. Gumberdus presb. et mon. Fukelinus presb. et mon. Ugo presb. et mon. Fukelinus diac. et mon. Gerhardus advocatus qui traditionem suscepit. Dammo. Folcholt. Uto. Gozmar comites. Heinrich de Sinna. Benno. Adalhelm. Reginund. Madalbodo. Hartman. Dudo. Reginhard. et alii multi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M.LXII. indict. XV. regnante Henrico quarto rege procurante fuldense cenobium Widerado eiusdem loci XXVI abbate. (S)

762 P. III. 582. 28. Eb. II. 76 b und wiederholt 163 b. Schann. tradit. 614 nach der Originalurkunde

Digitized by Google

763. Privilegium Alexandri II. papae.

1064 † A. episcopus servus servorum dei. Widerato pio et religioso abbati venerabilis monasterii salvatoris | domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonefatii. quod situm est in loco qui uocatur Bochonia iuxta ripam fluminis [1]quod uocatur Fulda. et per te eidem uenerabili monasterio suisque successoribus imperpetuum. Conuenit apostolico moderamini pia | religione pollentibus beniuola compassione succurrere et poscentibus iuste et religiose alacri deuotione assensum impertiri. Ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium deo procul dubio promeremur. | si uenerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducia. Igitur quia postulastis a nobis. decreuimus nostra apostolica preceptione reconcedere ac reconfirmare perpetualiter uobis | uestrisque successoribus predictum monasterium salvatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonefatii situm in loco qui uocatur Bochonia iuxta ripam fluminis quod dicitur Fulda cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus quas nunc habet et in futuro deo auxiliante habebit. Concedimus etiam atque donamus [1] . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

et ut tam uos quam successures uestri ante alios abbates Gallię seu Germanię primatum in omni loco conuentuque nostra apostolica auctoritate optineatis. Usum quoque dalmaticę et sandaliorum in missarum solemniis licentia nostrę apostolicę auctoritatis concedimus tam uobis quam successoribus uestris secundum quod in priuilegiis predecessorum nostrorum habetur. Abbas uero nonnisi a nostra apostolica sede benedicatur. a qua benedici debet. et si in aliquo crimine accusatus fuerit. de eadem nostra apostolica sede tantum iudicium expectet. Illud etiam generaliter addendum dignum duximus . . . . . .

. . . . . .

ne quis umquam nostrorum successorum pontificum Romanorum . . . . . .

. . . . . .

. . . . . ut in celesti sede glorietur.

(S. p. s.) B. V.

Datum per manus Petri sanctę romanę ecclesię subdiaconi et uice domni Annonis coloniensis archiepiscopi. cancellarii in lateranensi palatio. Anno ab incarnatione domni nostri Ihesu Christi millesimo sexagesimo. IIII. indictione. III. [2])

764. Pactio de decimis in Thuringia.

1089 In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnium fidelium tam futurorum quam presentium noticię-qualiter deo mediante finita est seditio. quam inter Sigifridum archiepiscopum mogontinum et Witeradum abbatem fuldensem decimarum peperit inquisitio. Nam cum predictę

---

763. OU. Eb. I. 27 a. H. F. II, 167. 51. Eine zweite Copie bei Eb. I, 54 a enthält eine von dem Original und der ersten Abschrift ganz abweichende Fassung. [1]) Der ausgelassene Text ist gleichlautend mit dem Privilegium Victor's II. von 1057. [2]) An seidner Schnur die Bulle Alexander's II. Die zweite Abschrift Eberhard's hat den Schluss: *Datum .IIII. nonas Aug. per manum Iohannis primiscrinii*, ohne Jahr oder Indiction.

764. Eb. II, 122 b. Dioec. 251, 23.

Digitized by Google

sedis archiepiscopus sicut de cęteris intra parrochiam suam habitantibus ita et de seruis et colonis s. Bonifacii decimas sibi uendicaret. procurator autem fuldensis cum easdem decimas per priuilegia romanorum pontificum sub perpetuo anathemate stabilitas et per precepta regum et imperatorum fuldensi monasterio concessas affirmaret. de hisdem decimis non parua inter eos contentio extitit. sic tamen ut licet archiepiscopus exigeret et abbas non sibi ilandas contenderet. terminari non potuit. Huius causam contentionis quia soli inter quos agebatur archiepiscopus scilicet et abbas per se suosque terminare non poterant. ut iusticię maioris auctoritate tractaretur. utrisque utrorumque fidelibus coram rege cęterisque principibus complacuit diligenter examinare. Inquisitione autem archiepiscopi et contradictione abbatis coram principibus satis caute discussa ut firma pax perpetuaque concordia inter ipsos ipsorumque successores et utramque familiam confirmaretur. iuxta Heinrici IIIIti regis edictum aliorumque multorum consilium ab utrisque conlaudatum est. quatenus sub hac condicta pactione ab omni deinceps cessarent dissensione. Igitur decretum est ut ex beneficiis militum abbatis in Thuringia decimę archiepiscopo persoluantur et eisdem militibus ex ipsis decimis tanta pars ab episcopo rependatur quanta prius eis ex debito decimationis persoluebatur. Illud quoque conplacuit firmiterque sancitum est. quatinus omnibus in locis ad s. Bonifacium intra parrochiam suam pertinentibus de curtibus. de ecclesiis. de territoriis. de noualibus. de uillis. de clericorum et ministrorum prediis et beneficiis. de lidis. triduanis. liberis. colonis. Sclauis. et quicquid huiusmodi est. absque omni contradictione abbati decimę ab apostolicis pontificibus concessę et ab imperatoribus et antiquis regibus confirmatę permaneant nec archiepiscopus uel ipsius clerici ullam in his exigendi exerceant ulterius potestatem. Preterea illud confirmatum est. ut pro confirmanda predictę pactionis ratione prenominatus archiepiscopus uel successores eius neque in Adesfelt. Rodeheim. Widenhart. nec usquam in tota parrochia sua ulterius predicti loci procuratores uel suos colonos de exactione decimationis ulla inquietare presumant uexatione. sed sicut sancti patres statuere ita locus fuldensis sine ulla perturbatione permaneat et sua teneat.

Acta sunt hec in Mulinhusen anno incarnatinnis dominicę millesimo LX. VIIII. indictione VII. sub rege Heinrico IIII° quiłet testis et iudex atque mediator extitit. Hi sunt testes huius pactionis et conuentionis. Anno coloniensis archiepiscopus. Burchart halberstatensis episcopus. Ebbo zicensis episc. Benno osnebrugensis episc. Babo cancellarius. Hiltebolt. Burchart episcopi. Otto dux Baioariorum. Tete marchio. Bernhart comes. Tammo comes. Erkenbraht comes. Adelbraht comes. Boppo comes. Diterich comes. Friderih comes et alii.

765. Traditio Gerhardi comitis.

In Christi nomine. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus quod Heinrico quarto regnante et Ruthardo abbate fuldensem ecclesiam gubernante Gerhardus aduocatus eiusque contectalis Hacecha prefatum abbatem adierunt et s. Bonifacio martiri predia sua tradiderunt quae habuerunt in locis subscriptis. in Misgede et Roggenbere. ea uidelicet ratione ut si filios procrearent et Gerhardus prior uita decederet predicta matrona quamdiu uiueret haberet.

765. Eb. II, 75b. Tr. 615.

Digitized by Google

et beneficia militum subscripta possideret scilicet in Walahesleba. Tucheldi. Vanere. Truhtmaresheim. et in Madelungen. in Otgereshusen. in Hengesbach. in Flagesbach. cum decimis et omni utilitate. Insuper etiam beneficia militum istorum Ôgonis scilicet et Mareholdi Diterici Ditonis Irmingeri Ruggeri tradita sunt ecclesię fuldensi et beatissimo Bonifacio martiri ab eodem Gerhardo comite et uxore ipsius Haeccha ea condicione ut eorum commemoratio semper sit cum fratribus eiusdem monasterii. Acta est hęc tradicio in monasterio fuldensi et hi sunt testes eiusdem traditionis. Manegolt et eius filii. Richwin. Manegolt. Kuno. Alberich. Dudo. Fridirih. Rupraht. Regingerus. et ceteri fideles.

Postero tempore idem Gerhardus comes et uxor Haeccha tradiderunt sancto Bonifacio hubas X. in Fogetdeshagen et in Wanesbach et in Adelesfelt terciam partem cum decimis. decretumque est ut nullus hominum hanc traditionem infringere possit.

766. Traditio Berthae.

1070 In nomine sanctę et individuę trinitatis ego Rûthardus abbas sanctę fuldensis ecclesię omnibus futuri temporis hominibus salutem et | benedictionem a domino. Notum facimus universis uenturi temporis hominibus qualiter Herige homo nostrę ęcclesię de Engersgowe | accepit in uxorem feminam quandam liberę condicionis nomine Berthâm natam de uilla quę nocatur Hildebere in prouincia | Weterchia. et quia ipsa femina libera fuit. ut posset eam uir suus indotare bonis ęcclesię. exuit se libertate sua et fecit se ipsam mancipium ęcclesię delegans se propria manu ad altare sancti Bonifacii martyris patroni nostri in Fulda ea conditione. ut quamdiu ipsa uiueret duos denarios pro recognoscenda iusticia sua et pro tutela quam uolebat ab ecclesia habere ad altare dicti martyris in festo passionis eius annuatim persolueret illaque mortua quisquis de stirpe sua cuiuslibet sexus maior inter ceteros natu fuerit in predicto censu matri succedat aliis interius a censu uacantibus. et quamdiu hunc modum obseruent et ecclesię suam iusticiam exhibeant. ubicunque locorum uoluerint habitent et nulli homini preter fuldensi ecclesię aliquid debeant. sed et nullus posterorum nostrorum alicui mortalium liceat eos inbeneficiare. Acta sunt hec anno millesimo LXX. VIIII^mo^ incarnationis dominicę sub rege Heinrico et abbate Rûthardo. sub istis testibus. Vtone aduocato fuldensis ecclesię. Brunone decano. Gunzelino cellerario. Fukkelino camerario et his ministerialibus ęcclesię. Hartmanno. Herstalo. Cuniberto. Ottone. Gundekaro. Ekberto. Trutmanno et aliis multis. (S)

767. Traditio Fukelini presbiteri.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus christianę fidei cultoribus tam futuris quam presentibus qualiter Fukelinus presbiter et monachus huius sanctę congregationis frater non infimus. uir magnę prolitatis et discretionis. cum per gratiam dei et licentiam abbatis sui pię memorię Rûthardi multis bonis haluudaret. eo quod camerarius eius esset. cogitabat uir prudens

---

766. OU. Tr. 616.

767. Eb. II, 179a. P. III, 581, 26 ein Auszug, in welchem der Schenker *Gulielmus* genannt wird. H. F. I, 43.

Digitized by Google

quomodo ex his quę sibi suppetebant facultatibus domini misericordiam complacaret ęternamque sibi memoriam prepararet. Cumque animus prudentis uiri circa talia uersaretur. ut memoriam sui aliqua certa consolatione fratribus suis commendare uellet. uenit ei ad manus sic utile negotium scilicet ut illam haut procul hinc remotam Wâten nuncupatam licentia predicti abbatis sui dato pretio ab heredibus redimeret et pro eterna recordatione sui fratribus huius congregationis ad annuę seruitutis usum deo et beato Bonifacio delegaret. Cumque deo aspirante et adiuuante ęptum opus ad felicem perduxisset effectum. uenit cum multitudine fratrum pariterque cum turba non modica testium probatorum uirorum ciuium ac militum obtulitque deo et sancto Bonifacio patrono suo quod ex suis laboribus conquisiuerat predium uidelicet in Waten eo pacto ut fratres reditum illius boni accipiant et non solum fraternam et debitam sed et specialem eius commemorationem semper agant.

768. Traditio Gerhil de Truthilingun.

Notum sit omnibus deum diligentibus tam futuris quam presentibus quod Gerhil | de 1004.
Truthilingun mulier liberę conditionis ancillam propriam nomine | Diezelam cum filiis suis ad altare sancti Solae confessoris in Solenhouen pro re|medio suę animę perpetuo iure delegauit, ut cum omni posteritate potirentur eo iure quo fruuntur ministeriales sancti Bonifacii fuldensis ęcclesię. Facta est autem hęc traditio anno millesimo XCV. indictione III^{a} imperante Heinrico IIII. imperatore. abbate Râthardo fuldensem ęcclesiam regente et Berwardo sancti Solę praeposito existente. Huius rei sunt testes. Erkenbraht. Woffo. Bernger. et Fridericus aduocatus sancti Solę. Radehodo. Brun. Hartman. Einwic. Burchart. Suicger. Cûnrat. Bernger. Hartpreht. Adelhart.' Ôdelscalc. Cadelher. Dealher. Cûno. Adelger. Becelin. Arnolt de Solenhouen. Heinricus. Rûpreht et alii quam plures.

769. Traditio Gerhardi prefecti moguntiacensis.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter dominus Gerhardus prefectus moguntiacensis et uxor eius Berhta diuino instinctu prouocati et ex spiritus sancti gratię dono incitati ęperunt tractare apud se. ut de caducis et temporalibus donis eternum et indeficientem thesaurum mercarentur in ęlis secundum preceptum domini qui ęlestia pro terrenis et mansura pro caducis se daturum promisit. Hac igitur spe incitati idem Gerhardus et prefata uxor eius Berhta. X. mansos ad sanctum Bonifacium in Fulda specialiter ad usum fratrum delegauerunt in villa quę Phaffenhusen dicitur pro remedio animarum suarum et filię suę totiusque posteritatis suę ea interposita condicione. ut ipse Gerhardus et posteri sui super his aduocatione fruantur. Acta sunt hęc sub abbate Godefrido eo tempore quo filię suę Arnoldo comiti iam desponsatę beneficium summ fuldense allegarunt coram his testibus. Fukelino camerario. Ecelino preposito. Gerhardo aduocato fuldensi.

---

768. OU; das Siegel ist herausgebrochen.
769. Eb. II. 181a Tr. 617

Digitized by Google

770. Immunitas Heinrici V. imperatoris.

1111, 9 November

In nomine sanctae et individuae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Constat nos diuina disponente | gratia ceteris supereminere mortalibus unde oportet ut cuius precellimus munere eius studeamus modis omnibus parere uoluntati. Quapropter omnium dei nostrique fidelium presentium scilicet ac | futurorum nouerit industria. qualiter Wolfhelmus venerabilis abbas ex monasterio quod dicitur Fulda in pago Grapfeld situm in honore sancte dei genitricis Marie sanctique Bonifacii | martiris Christi constructum ubi idem gloriosus martyr corporaliter requiescit serenitatis nostre clementiam adiit humiliter obsecrans. ut more antecessorum nostrorum Pippini videlicet. Karoli. Ludewici. | Cuonradi. necnon trium Ottonum. Heinrici. et Cuonradi imperatoris augusti praefatum monasterium cui ipse deo donante praesidet monachis et talia bona qualia ab antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus et ab episcopis abbatibus vel aliquibus pie recordationis uiris illuc collata sunt inmunitatibus. in abbaciis. forestis. in theloneis. in monetis. in bannis. et in omni districtu. in praediis maioribus et minoribus. in mancipiis utriusque sexus. per auctoritatem nostri praecepti in nostrum mundiburdium et tuicionem susciperemus et confirmaremus. Cuius peticioni pium sicut iustum erat assensum praebentes ob diuinum amorem necnon ob remedium anime nostre nostrorumque parentum. videlicet aui nostri secundi Heinrici imperatoris et patris nostri tercii Heinrici imperatoris augusti pieque matris nostre Berthe praescriptum monasterium cum monachis et cum supra nominatis bonis in nostrum mundiburdium et in ius nostre defensionis per hoc imperiale praeceptum suscepimus ea uidelicet ratione. vt nullus publicus iudex. dux. comes. uel uicecomes aut quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias. villas. loca. vel agros. possessiones. quas moderno tempore iuste et racionabiliter infra regnum diuinitus nobis concessum prefatum possideat monasterium uel que deinceps diuina pietas illuc augere uoluerit. ad causas iudiciario more aliquando audiendas. aut freda undecunque exigenda. uel [1]) paratas faciendas. aut fideiiussores tollendos. aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes distringendos. nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat. uel ea que supra memorata sunt exigere presumat. sed eidem abbati suisque successoribus liceat eiusdem monasterii cum sibi subiectis sub nostra defensione possidere. et quicquid de supradictis rebus ius fisci exigere poterat pro eterna remuneratione prefato monasterio et monachis confirmauimus firmissime praecipientes. ut de uillis ecclesie sancti Bonifacii. seruis etiam et colonis in illis manentibus. quas moderno tempore habere uidetur uel que deinceps in ius ipsius loci dominus amplificauerit. habeat prefatus abbas successoresque eius potestatem decimas accipiendas propter edificia perficienda uel restauranda luminariaque renouanda. et ut sibi suisque fidelibus pauperibus quoque et peregrinis tempore susceptionis usus necessarios possint impendere. idque sancte regule propositum ac mandatum iubet. monachos in susceptione hospitum pauperumque semper esse paratos. De militibus suis iubemus. ut nullus comitum in omni regno nostro illos pro aliqua expetitione hostili inquietare presumat suorumque sequaces. et ipse potestatiue et honorifice suos et suorum habeat potestatem usque ad

---

770 Ot. H. F. II. 168. 52.

[1]) Es fehlen die Worte: *mansiones aut*

Digitized by Google

nostrum iussum. Et si quando uocatione diuina iam prescriptus abbas de hac luce migrauerit. quamdiu ipsi monachi tales inter se possint inuenire qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere ualeant. per hanc nostram auctoritatem saluo consensu regis uel imperatoris licenciam habeant eligendi abbatem. Et quisquis huic nostrę preceptioni reniti temptauerit. apostolicam quę in priuilegio Zacharię papę expressa est experiatur sententiam. Haec uero auctoritas ut pleniores in dei nomine obtineat firmitates. manu propria subter eam firmauimus sigilloque nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici quarti Romano (M) rum imperatoris augusti. (S)

Adilbertus archicancellarius et archiepiscopus recognoui.

Data .V. id. novemb. anno dominicę incarnationis millesimo. C. XI. anno ordinationis domni Heinrici quinti regis. XI°. regni autem eius. .VI.° imperii uero .I°. eiusdem quoque anni indictione. .IIII.° Actum est Herisfelt in nomine domini amen.

771. Traditio Gundolfi.

In nomine dei omnipotentis. Ego seruus Christi Gundolfus cogitans atque deliberans 1111
de mundo in maligno iam posito ad portum salutis confugere et pro terrenis cęlestia. pro caducis ęterna recipere. ad uenerabile fuldense monasterium ego et frater meus uenientes dedimus pro remedio animę nostrę dimidiam hubam in Hunolteshusen et partem agri et molendinum in eadem uilla positum. et omne predium quod habuimus in Asmareshusen cum omni utilitate camporum. siluarum. domorum et mancipiorum utriusque sexus. ea condicione ut ipsa familia eandem possessionem inhabitet et censum debitum annuatim ab ipso bono et a se ipsa persoluat. et quod quisque eorum habuerit in uestibus uel iumentis cum de hac uita migrauerit monasterio sancti Bonifacii contradat. Tradimus etiam ad ipsum monasterium quandam uillulam nomine Adolfesrot iuxta ciuitatem Francwarteshusen sitam. quę nunc quidem destructa et desolata est. postmodum uero cum fuerit reedificata et exculta reddat censum quem debeat.

Acta est hec tradicio anno dominicę incarnationis M°. C. XI. indictione IIII. regnante Heinrico rege V°. sub abbate Wolfhelmo. Gozmaro aduocato. coram his testibus. Ernust prepositus. Odalricus camerarius. Sigifrit. Altûm. Eriho. Reginfrit. Almunt. Gundeloch. Friderih. Gezo. cum aliis compluribus testibus.

772. Traditiones in Sterrenrode et Mecelnrode.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Notum sit cunctis ortodoxę fidei cultoribus tam 1114
futuris quam presentibus. qualiter quidam fidelis homo nomine Heinricus de Lantenhusen obtulit ad altare s. Bonifacii martiris de bonis suis ad X. solidos in uilla Sterrenrode nuncupata tum pro se tum pro filio suo Heroldo in presenti ęcclesia monacho. Deinde uero Fridericus de Angereshach pro animę suę remedio obtulit etiam in eadem uilla Sterrenrode ad quinque solidos. et sic uterque census fratribus in oblationem deditus annuatim soluebat XV. soli-

771. Eb. II, 82 a. Tr. 618.
772. Eb. II, 174 b. Tr. 619.

Digitized by Google

dos. quibus prefuit quidam Eggehardus uir fidelis et honestus. qui utraque bona a fratribus habebat et eundem censum annuatim ad monasterium fideliter afferebat. Eunluis autem aliquot annis quidam noster ministerialis Berngoz nomine uita excedens apud nos sepultus est. pro cuius anima parentes eius mansum unum in uilla Mecelnrot obtulerunt V. solidos persoluentem. Veniens ergo prefatus Eggihardus petiuit a fratribus ut mansum illum in Mecelnrode uenderet et in Sterrenrode de suis propriis bonis tantum ęcclesię restitueret. scilicet ut prioribus X. et quinque solidis quinque alios superadderet et ex his omnibus talentum integrum annuatim persolueret. Hoc itaque fratres permiserunt fieri sub hac conditione. ut siue idem Eggihardus siue sui heredes de bonis in Sterrenrode talentum annuatim ut pacti sunt non soluant. et ipsa bona amittant et mansum supradictum in Mecelnrot ęcclesię restituant. Ut autem hęc conuentio firma et inconuulsa permaneat. presentem cartam inde conscribi et sigillo patroni nostri preciosissimi martiris Bonifacii decreuimus insigniri. Acta sunt anno dominicę incarnationis M°. C°. XIIII. indictione VII. regnante Heinrico imperatore. Erlolfo abbate. Gozmaro aduocato. Warmundo decano.

773. Traditio Bobbonis comitis de Hennenberg.

1116 Ego Bobbo comes de Heinnenberc pro spe ęternę uitę territorium quod in Salzungen proprietatis iure | possedi. in altare beati Bonifacii Christi martyris in Fulda hac conditione delegaui. ut primo | usui fratrum eiusdem ęcclesię in memoriam mei cedat. et sepultura me inter ipsos post mortem meam | maneat. et anniuersarium meum communis oratio eorum deo commendet. Porro idem predium ab ipsis hac lege suscepi. ut tam ego quam posteri mei annuatim ex eodem talentum persoluamus. ne ab aliis usibus eorum alienetur. Hanc traditionem ego Erlolfus abbas confirmo et ne a quouis infringatur auctoritate sigilli mei insigno. Acta sunt hęc anno incarnationis millesimo C. XVI. inductione VIIII imperante glorioso Romanorum imperatore Heinrico iuniore. aduocato eiusdem ęcclesię Gozmaro seniore. Warmundo decano. Aldûm maiore preposito et hi sunt testes qui uiderunt et audierunt. Godebertus comes de Heinneberg germanus eiusdem B. Cunimundus de Hildebere. Erf de Nithardeshusen. Gerlacus de Geysaha. Dûdo de Steyn. Reginher de Salzungen. Erminold de Slitese. Dûdo de Fulda. et Almunt. et alii quam plures. Hęc qui irrita fecerit quod conferenti in bonum cedit. sit in contrarium auferenti. (S.)

774. Traditio Albhardi in Warzaha.

1117. In nomine sanctę trinitatis et individuę vnitatis. Ego Erlolfus non meis meritis sed gratuita dei gratia solo nomine dictus abbas sacrosanctę fuldensis ęcclesię omnibus Christi fidelibus salutem et pacem. Quia iuxta Salomonis uocem generatio preterit et generatio aduenit notum facimus uestrę in Christo dilectioni qualiter Albhardus quidam uir deo plenus abrenuntians seculo duas hubas regales in Warzaha pro anima sua suorumque carorum tradidit deo sanctoque Bonifacio. ut libere ab omni potestate secularium personarum absolutę singulis annis censum

773. OU. Eb II. 176 b in etwas veränderter Fassung. Tr. 620.

774. Eb II, 56 b und mit verändertem Eingang wiederholt 185 a: abgekürzt bei P. III, 586, 38. Tr. 621.

Digitized by Google

persoluant. LXXX. [1]) solidorum. Has autem hubas ad eundem censum quidam uir Gerwigus [2]) nomine suscepit et ut sibi posterisque suis confirmaretur aream in ipsa uilla cum ędificiis instantibus sancto Bonifacio tradidit. hac conditione ut quamdiu ipse aut posteri eius censum predictum dare noluerint has hubas cum omnibus suis conpertinentiis habeant. Si autem non. fratres cui voluerint cum ceteris sibi commissis committant. Facta est hęc tradicio anno M°. C°. XVII. [3]) indict. XI. tempore Heinrici imperatoris et tradita per manus Gozmari aduocati huic fuldensi ęcclesię in utilitatem fratrum ad oblationem eorum. Soluuntur autem census duobus anni temporibus. in pascha et in festo sancti Michahelis. Hi sunt autem testes huius tradicionis. Heinrih. Adelbero. Tuto. Gundelah. Gerlah. Ermenolt. Trageboto. Willihart. Ruprahtet alii.

775. Traditio Ermenoldi de Slitese.

In Christi nomine. Notum fieri uolumus omnibus christianę fidei cultoribus tam futuris 1118.
quam presentibus. qualiter Ermenoldus de Slitese huius ęcclesię ministerialis sat diues et ingennus post mortem Gerbirgę coniugis suę. tactus dolore et cordis compunctione. uolens tam pro se quam pro illius animę recordatione eternum sibi in fuldensi ęcclesia facere memoriale. quoddam predium quod habebat in Heimenrode promto animo ac pia uoluntate obtulit deo sanctoque Bonifacio. ea conditione et tenore ut fratres in eodem monasterio regulariter deo et sanctis eius die noctuque seruientes huius predii censum in suae seruitutis conuertant usum eiusque ac defunctae coniugis suae annuam recordationem agant et pro peccatis ac negligentiis eorum domini misericordiam attentius exorare non omittant. Facta est autem hęc tradicio tempore Erlolfi abbatis regnante Heinrico imperatore augusto anno dominicę incarnationis millesimo centesimo XVIII. indictione XII. Hi sunt testes huius tradicionis. Gerhardus comes. Gozmarus aduocatus. Reginhart. Hartunc. Adelbero. Willehart. Rupraht. Berthob et frater eius Muthere. Trageboto et alii. Est autem census istius predii quinque solidi. qui soluitur in festiuitate sancti Michahelis.

776. Traditio Adalhardi in Northeim.

In nomini domini. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus 1120
qualiter ego Adalhardus cum uxore mea Huccla et sex filiis meis quorum haec sunt nomina. Adalhart. Ortuuin. Berngер. Hertuuic. Rihger. Folmar et filia Mahtilda. ad sanctum Bonifacium in Fulda delegaui hubam unam in Northeim et areas III. cum totidem domibus et curtilibus suis et unum molendinum cum aquae ductu et prato et curtili suo ea conditione interposita. ut ipsi et posteri eorum ea quae nobiscum bona obtulerunt hereditario iure possideant et annis singulis de ipso predio IV. solidos in festiuitate sancti Bonifacii martyris persoluant quem censum usui fratrum sanctae fuldensis ecclesiae specialiter deputaui ut mei perpetuo memores

---

[1]) P. XV. solidorum. [2]) E. 2 *Berengerus*. [3]) Bei Eb. steht M° C° XXVII; mit Schannat habe ich ein X weggelassen; jedoch stimmt damit nicht die Indiction.

775. Eb II, 170 a: abgekürzt bei P. III, 577, 7. Tr. 622.

776. Aus Schann. trad. 623; abgekürzt bei Eb. II, 181 b und P. III, 584, 33.

Digitized by Google

sint in orationibus suis et solatia sumere dignentur de laboribus meis. Hoc uero praecipue statuo praecipio atque confirmo ut nec posteritatis meae oblatio de eodem bono nec alia hereditatis meae possessio ulli hominum in beneficium detur sed a fuldensi aduocato ab omnibus iniuriis et offensionibus omni tempore defendatur. Facta est haec traditio anno ab incarnatione domini MCXX. coram Erlolfo abbate et cuncta fuldensi congregatione praesentibus et adstantibus Gozmaro sanctae fuldensis ecclesiae aduocato et multis idoneis testibus quorum nomina haec sunt. Hartunc. Reginhart. Poppo. Hertuuic. Gerlah. Uuillihart. Tuto. Reginfrit et alii plures.

777. Privilegium Calixti II papae.

1122, 9. Mai. Calixtus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Erlolfo abbati uenerabilis monasterii saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii. quod situm est in loco | qui uocatur Bochonia. iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda. eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Cum uniuersis per orbem ecclesiis debitores ex apostolicę sedis auctoritate | ac beniuolentia existamus. illis tamen locis quę specialius ad Romanam noscuntur ecclesiam pertinere. propensiori nos conuenit studio prouidere. Quam ob rem dilecte in Christo fili Erlolfe abbas. petitiones | tuas benignius admittentes. saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii monasterium regimini tuo commissum ad exemplar predecessoris nostri sanctę memorię Alexandri papę beati Petri patrocinio | communimus. Statuimus enim ut quęcumque bona. quascunque possessiones. concessione pontificum. liberalitate regum uel inperatorum. oblatione fidelium. uel aliis iustis modis idem cenobium in presenti quintadecima | indictione possidet. uel in futurum largiente deo poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane omnem cuiuslibet ecclesię sacerdotem et ipsum specialiter episcopum in cuius diocesi locus idem constructus est quamlibet ibi ditionem habere uel auctoritatem preter nostram sedem apostolicam prohibemus. ádeo ut nisi ab abbate fuerit inuitatus nec missarum ibidem sollennia celebrare presumat. Interdicimus etiam ne magnę cuilibet aut paruę personę facultas sit uim aliquam seu controuersiam monasterio eidem inferre in rebus et familiis eius. Nec placitum ibi uel in ceteris eius locis umquam quis habeat. nec seruos uel colonos ad seruitium aliquod constringat. nisi cui abbas pro necessitatis suę utilitate assensum prebuerit. Nec femina illuc ingredi qualibet temeritate presumat. Porro quicquid in donis oblationibus et fidelium decimis sepedicto monasterio uestro per antecessorum nostrorum priuilegia concessum et confirmatum est. nos quoque concedimus et presentis priuilegii pagina [1]) confirmamus. Vsum quoque dalmaticę atque sandaliorum prout a nostris predecessoribus constitutum est tibi karissime fili tuisque successoribus ex apostolicę sedis liberalitate concedimus. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu uel pars consilii sanioris secuudum dei timorem et beati Benedicti regulam elegeriut a romano pontifice consecrandum. qui primatum in omni loco et conuentu ante alios abbates Gallię et Germanię obtinebit. et si forte aliquo fuerit crimine accusatus de sede tantum apostolica iudicium expectabit. Congruis vero temporibus monasterii uestri religio sedi apostolicę intimetur. ne forte quod absit animus

---

777. OU; Eb. I, 56 a mit geringen Abweichungen. H F. II, 170, 54. [1]) In der OU. steht vor diesem Worte die Sylbe *con*, ist jedoch mit derselben Dinte durchstrichen Schannat hat daraus *etiam* gemacht.

Digitized by Google

gressusque rectitudinis uestrę a norma iustitię ob nostri libertatem priuilegii retrahatur. Ad hęc patrum nostrorum uestigiis insistentes tibi tuisque successoribus concedimus et inuiolabili stabilitate conferimus monasterium sancti Andreę apostoli quod uocatur Exaiulum. situm Romę iuxta ecclesiam sanctę dei genitricis semperque uirginis Marię quę uocatur ad presepe. cum ōmnibus mansionibus caminatis et cellis. cum curte puteo et introitu per portam maiorem a uia publica. et cum omnibus intra uel extra urbem iuste ad ipsum pertinentibus. Si quis igitur archiepiscopus aut episcopus. imperator. rex. dux. marchio. comes. aut ecclesiastica quęlibet secularisue persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi. quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inueniant. Amen.

Scriptum per manum Gervasii scriniarii. regionarii et notarii sacri palatii.

(S. p.) Ego Calixtus catholicę ecclesię episcopus. (B. V.)

Datum per manum Grisogoni sanctę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii. VII°. idus Maii. indictione XV. ° incarnationis dominicę anno M°. C°. XXII°. pontificatus autem domni Calixti secundi papae anno IIII.° [2]).

778. Traditio Vodalrici abbatis.

In Christi nomine. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam successuris qualiter bonę memorię Vodalricus fuldensis abbas sempiternam memoriam sibi in benedictione domini in congregatione s. Bonifacii statuere uolens a duobus fratribus Kunone scilicet et Diterico uiris liberae conditionis uillam unam Elbwines nuncupatam acquisiuit. Diterico precium quinque talentorum impendens. Kunoni uero mansum unum in Heimechen accomodans ea interposita ratione. ut ipsis uiuentibus predictam uillam sine censu haberent. post mortem uero eorum sine ullius contradictione census et usus ad monasterium rediret. Hac pactione inducti predicti duo fratres Kuno uidelicet et Ditericus eandem uillam Elbwines nuncupatam ad altare s. Bonifacii sicut abbas postulauerat delegauerunt. et fratres huius ęcclesię ab eodem altari ipso domno abbate iubente possidendum et incolendum susceperunt ea conditione. ut anniuersarium ipsius abbatis summa cum deuotione et sollempni commemoratione celebrarent. Idem etiam abbas Vodalricus acquisiuit et coemit uillam unam Sigifrides nuncupatam a nepote suo Godefrido de Kemenaten quae ei precipue hereditatis iure cesserat. datoque condicto precio legitime eam comparauit et per manus ministerialium huius fuldensis ęcclesię eandem uillam ad altare s. Bonifacii delegare fecit. eadem conditione ut supra scilicet ut fratres fuldensis ęcclesię redditum et censum annuatim inde susciperent et eius perpetuam inde memoriam per singulos annos celebrarent. Acta sunt hęc temporibus Heinrici iunioris imperatoris anno dominicę incarnationis M°. C°. XXI°. indictione VII. [1])

---

[2]) An seidner Schnur die Bulle.

778. Eb. II, 164 b. P. III, 579, 18. H. F. II, 171, 55. [1]) Das Jahr und die Indiction sind falsch. Udalrich wurde erst im Jahre 1122 Abt. Schannat hat geschrieben MCXXIV und die Indiction weggelassen. Bei P steht kein Datum.

Digitized by Google

1127

779. De oblatione Gerlahi.

780. Traditio Berthoi de Bruslohen.

1128, Februar.

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter ego Berthous de Bruslohen nobilis huius ecclesiae ministerialis die qua filius meus Herimannus puerilibus adhuc constitutus in annis obtulit deo semet ipsum in fuldensi cenobio regulariter ad uiuendum tradidi ad prefatum monasterium s. Bonifacii martyris in usum fratrum sub regula s. Benedicti deuote deo famulantium tam pro memet ipso quam pro filio meo Herimanno necnon et pro omnibus caris meis uiuentibus seu defunctis quicquid hereditario iure possederam in uilla quae Owa nuncupatur V. uidelicet hubas cum omni utilitate ad ipsam possessionem pertinente. et ne eadem possessio propriis careret cultoribus tria tradidi mancipia ad ipsam possessionem pertinentia quorum haec sunt nomina. Lutheri Adalburc Ditmar. eo pacto ut eandem possessionem iure legitimo ad incolendum possideant et ex ea talentum in usus fratrum annuatim persoluant. hac igitur traditione coram domino Henrico uenerabili s. fuldensis ecclesiae abbate praesentibus cunctis fratribus eiusdem sacrosancti loci legaliter firmiterque peracta recepi eadem bona ego Berthous in usus fructuarios ad dies uitae meae concedente ac permittente abbate omnique praefata congregatione ea uidelicet ratione ut annuatim ab ipsa possessione solidus persoluatur post obitum uero meum ex integro in usus fratrum reuertatur. Facta est haec traditio in fuldensi monasterio anno dominicae incarnationis MCXXVIII. mense februario regnante Lothario imp. aug. Gozmaro comite. huius traditionis testes sunt praefatus abbas Heinricus et omnis congregatio fuldensium fratrum. Gozmarus aduocatus. Gozwinus comes. Goteboldus comes. Adelbertus comes. Regenhart. Boppo. Hertuuic. Gerlah. Uuillehart. Rupraht. Herchint. Dietrich et alii plures.

Praedictus Berthous iam confectus aetate cum extremam diem mortis uideret appropinquare tactus infirmitate ad Fuldam se transferre postulauit oblatisque praediis suis uilla scilicet in Siegenroth et sex beneficiis in Opoldesroth in id heredibus suis consentientibus habitum religionis suscepit sicque migrans ad dominum ante fores monasterii intra claustrum sepultus tum fratrum compassione tum recordatione suae hereditatis illis in memoriam eiusdem oblatae quiescit.

781. Traditio Gerlahi de Slitise.

Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri uolumus qualiter uir nobilis et religiosus nomine Gerlahus filius Ermenoldi de Slitese pia patris sui defuncti commemoratione commonitus predium quoddam in Sualmanaha digno precio ab heredibus comparatum ob recordationem predicti patris sui Ermenoldi ad altare s. Bonifacii in fuldensi monasterio

---

779. S. meine traditiones c. 69.

780. Aus Schann. tradit. 625; unvollständig bei P. III, 586, 39 und bei Eb. II. 164 a.

781. Eb. II, 170 a. Tr. 626.

Digitized by Google

coram abbate Heinrico et ceteris fratribus deleganit. ea uidelicet conditione et pactione ut fratres prefati monasterii annuum censum ab eodem predio ab incolis susciperent et tam eius quam patris sui pie ac deuote memoriam in suis orationibus facerent. cuius peticionem uenerandi fratres nostri qui tunc temporis erant cum pie ac deuote suscepissent. decreuerunt traditionem bonorum illius suscipere et amborum commemorationem studiose ac deuote fieri debere ut non solum presentes sed et futuri fideles per hoc commoniti carorum suorum memoriam tanto diligentius atque frequentius eius commendarent quanto studiosius eos pro defunctis fidelibus die noctuque domini misericordiam exorare uiderent. Facta est itaque hec tradicio et prefate pactionis condicio tempore Lotharii imperatoris sub abbate Heinrico Gozmaro aduocato. anno M°. C°XL. IIII. indict. VIII [1]). Census est VI. solidorum.

782. De oblatione Warmundi.

783. Praeceptum Lotharii imperatoris.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia imperator augustus. Cum memorię occurrit quantum deuotionis affectum pro instituendo religionis cultu antecessores nostri. Pippinus uidelicet. Carolus. Ludewicus. Cunradus et Henricus ceterique preclari imperatores ac reges catholici in fundandis et ditandis tuendisque dei ecclesiis ac monasteriis exhibuerint. mens nostra quadam indignationis molestia afficitur eo quod nostri regiminis temporibus non solum religione decrescere et imminui uerum etiam oblationes fidelium miserabiliter distrahi et inutiliter cernimus distribui. quem compassionis affectum cum omnibus ecclesiis debeamus precipue tamen super fuldensis ęcclesię desolatione compati debitores sumus. quem licet uigorem religionis omnino non amiserit perfecte tamen omnino propter defectum et indigentiam seruare non potuit sicut debuit. quę speciali prerogatiua religionis et bonę conuersationis a sanctis et uenerantis patribus antiquitus instituta floruit et uiguit. Quia uero huius inminutionis causa maxime prelatorum ignorantia et negligentia extitit. notum esse uolumus tam futuris quam presentibus qualiter communicato principum consilio concordante non minus fratrum fuldensium concilio cedente Vodalrico aliquid minus de monasterii rebus sollicito Heinricus eiusdem monasterii decanus uir per omnia perfectus et religiosus in locum eius subrogetur. cui precipimus et per nostram imperialem commonitionem iniungimus ut res monasterii dispersas congregare congregatas conseruare studeat. Huius inquam peticioni et suggestioni pium et deuotum semper prebebimus assensum et ob diuinum amorem predictum fuldense monasterium cum fratribus ac familiis cum prediis et substantiis et cum omnibus interioribus et exterioribus ecclesiasticis facultatibus in nostrum mundiburdium et in ius nostrę defensionis suscipimus et omni protectionis munimine solidamus. ea uidelicet ratione ut nullus iudex aut aduocatus uel comes seu

1130, Mai

[1]) Das Jahr und die Indiction sind falsch. weshalb Schannat den ganzen Schluss weggelassen hat. Wenn die Indictionszahl richtig ist, so gehört die Urkunde in das Jahr 1130.

782. S. meine Tradit. c. 68.

783. Eb. I, 129 a.

Digitized by Google

quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias uillas aut loca uel agros aut possessiones quas moderno tempore infra regnum nostrum prefatum possidet monasterium uel quę deinceps diuina pietas ad auxerit ad causas iudiciario more audiendas aut freda exigenda uel mansiones faciendas uel seruos aut colonos distringendos nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quę supra memorata sunt exigere presumat. sed liceat abbati fuldensis monasterii totam familiam cum cunctis eiusdem ęcclesię rebus sub nostra defensione possidere et decimas sibi apostolica auctoritate traditas accipere nec laicis in beneficium tradere uel prestare. Et quicquid de supradictis monasterii rebus ius fisci nostri exigere debuit pro ęterna remuneratione prefato monasterio et fratribus deo ibi famulantibus conferimus firmissime precipientes ut in bonis et locis ac familiis eorum nullus eos contristet. Habeat ergo abbas prefati monasterii potestatem tam ex nostra quam ex patrum nostrorum regum donatione thelonea monetas uectigalia reditusque prediorum suorum simulque omnem decimationem tollere et in suę ditionis utilitatem redigere propter ędificia facienda et lapsa restauranda et hospites pauperesque secundum preceptum regulę confouendos. Quicunque ergo contra hoc nostrum regale et imperiale preceptum facere presumpserit. centum libras auri impendat camere nostrę et insuper damnum quod intulit prefato monasterio in duplum restituet. Quod ut uerius credatur et ab uniuersis eiusdem monasterii insidiatoribus inuiolabiliter custodiatur. presentis decreti paginam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Lotharii III. imperatoris augusti.

Ego Ecgehardus cancellarius vice recognoui. Datum anno d. incarn. M°. C°. XXX°. ind. VIII. mense maio.

784. Traditio pro Liutgarda et Heinrico.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Notum fieri uolumus cunctis fidelibus christianis ortodoxę fidei catholicis qualiter quędam matrona huius ęcclesię ministerialis femina filia Berengozi de Spanelo quę successerat in coniugium cuidam Heinrico filio Willehardi de Biberaha hereditatem suam quę ei a parentibus suis legitima ac manifesta proprietate in Uteles-bach obuenerat marito suo predicto Heinrico iure matrimonii dedit. at defuncta eadem femina Liutgarda nomine cum filio quem ab ipso Heinrico conceperat non post multum tempus et idem Heinricus eius uidelicet maritus post ipsam moritur. Conuenientes itaque utrorumque parentes atque cognati diuiserunt idem prenominatum predium quod ambo simul habebant dum uiuerent et partem quę uxori cessit in Biscofesberc ubi ipsa mulier Liutgarda tumulata est pro remedio animę eius delegauerunt. partem uero mariti sui uidelicet Heinrici defuncti nobis fuldensibus fratribus apud [quos] et idem Heinricus sepultus est in memoriam animę eius tradiderunt. Reditus autem eiusdem predii fiunt. VIII. solidi. quorum medietas nobis debetur pro commemoratione Heinrici. altera medietas debetur in Biscofesherc pro commemoratione Liutgardę. Testes multi affuere.

---

784. Eb. II. 173b; abgekürzt bei P. III, 579. 14. Tr. 628.

Digitized by Google

785. Privilegium Innocentii II. papae.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Henrico abbati monasterii 1131, 1. Apr.
saluatoris domini nostri Jhesu Christi et sancti Bonifacii quod situm est | iuxta ripam fluminis quod uocatur Fulda eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. In eminenti apostolicae sedis specula disponente domino constituti ex | iniuncto nobis officio religiosas debemus personas diligere et loca eis commissa apostolicae protectionis patrocinio defensare. Proinde dilecte in domino fili Henrice abbas tuis rationabilibus | petitionibus annuentes monasterium saluatoris domini nostri Jhesu Christi cui deo auctore presides presentis scripti suffragio roboramus. statuentes ut quascunque possessiones quaecunque | bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum. largitione principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante | domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus annotanda. Monasterium uidelicet sancti Andreę apostoli quod uocatur Exaiulum situm Romae iuxta aecclesiam sanctae dei genitricis Marię semper uirginis quae uocatur ad presepe a predecessore nostro sanstę memoriae pp. Leone predecessori tuo Hecberto religioso abbati amoris causa donatum cum omnibus mansionibus [1]) . . . . . pertinere noscuntur. Nouale quoque quod eidem monasterio deuotionis intuitu contulisti [2]) nostra auctoritate apostolica ei in perpetuum confirmamus. Prohibemus autem omnem cuiuslibet aecclesiae sacerdotem in prefato uestro fuldensi monasterio aliquam ditionem habere . . . . . firmitate perpetua eidem monasterio confirmamus. Interdicimus etiam ne femina umquam illuc ingredi presumat. et ne quis umquam placitum ibi habeat . . . . . assensum prebuerit. Obeunte uero te eiusdem loci abbate nullus ibi per uiolentiam aut subreptionem nisi quem fratres communi assensu secundum beati Benedicti regulam eligendum decreuerint abbas substituatur. Statuimus autem ut congruis temporibus . . . . . retorqueatur. Concedimus etiam tibi. fili karissime. predicare uerbum dei auctoritate nostra apostolica. et ut tam tu quam successores tui . . . . . licentia nostrae auctoritatis tam tibi quam successoribus tuis concedimus secundum quod in antecessorum nostrorum priuilegiis continetur. Abbas uero non nisi a nostra sede benedicatur a qua benedici debet. Et si in aliquo crimine accusatus fuerit eiusdem tantummodo nostrae sedis iudicium exequatur. Illud etiam generaliter addendum esse dignum duximus ut quicquid auctoritate predecessorum nostrorum. regum uel imperatorum ipsi uestro fuldensi monasterio constat fuisse concessum. sit etiam nostra auctoritate apostolica per hoc nostrum priuilegium confirmatum. Si qua igitur in futurum aecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit a sacratissimo corpore dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem

---

785. OU und mit sehr unbedeutenden Abweichungen Eb. I, 59 a. H. F. II, 172. 56.

[1]) Die ausgelassenen Stellen sind gleichlautend mit dem erwähnten Privilegium Leo's IX. vom J. 1049.

[2]) S. m. tradit. c. 67.

Digitized by Google

eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(S. p.) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus. (B. V.)

Datum. Leodii. per manum Almerici sanctae Romanae aecclesiae diaconi. cardinalis. et cancellarii. kal. aprilis. indictione VIIII.ª incarnationis dominicae anno M°. C°. XXXI°. pontificatus uero domini Innocentii II. papae anno. II.° [1]).

786. Traditio Rudolfi canonici wirciburgensis.

Quanta spe quantoque eternorum bonorum desiderio attractus quidam clericus huius ecclesiae filius. ex nobili ministerialium prosapia genitus et alitus. wirciburgensis quoque ecclesię canonicus nomine Rudolfus sacris orationibus uenerabilium fuldensium fratrum se commiserit. tam moderni quam fideles omnes agnoscant et abinde normam et exemplum tantę pietatis et deuotionis trahant. Igitur prefatus idem uenerabilis clericus tam nobilitate quam probitate preclarus uolens matrem suam uenerabilem uidelicet fuldensem ecclesiam condigna honorare deuotione et ampliori sanctę fraternitatis se societate commendare cupiensque et amplectens plenę orationis eorum auxilio domino saluatori et sancto Bonifacio eius inquam patrono ac domino propinquare obtulit ad altare eiusdem preciosi martiris quędam predia quę ei hereditario iure in Bonelanden et in Huntesfelde obuenerunt. Insuper et uineam quandam in Hamelenburch quam suis rebus legitime ac iuste acquisierat in eternam sui commemorationem simul cum ceteris obtulit et coram multis testibus tradidit ac delegauit. ea uidelicet conditione atque peticione ut plenę fraternitatis et orationis consortio sancto iungeretur conuentui ipsique fratres studiose eius commemorationem facerent ac bonorum suorum quę obtulerat annuum censum sine ullius hominis contradictione perciperent. Census hic XXX. sol. in natiuitate s. Mariae et in palmis datur.

787. Traditio Eggihardi presbiteri.

1131, Juli. Ad laudem et gloriam nominis domini dei nostri. Notum sit omnibus fidei christianę cultoribus qualiter quidem uenerabilis clericus parrochianus presbiter Eggihardus nomine de prepositura s. Sixti in Holzchirechen audita fama summe bonę religionis fratrum de monasterio sancti Bonifacii quod situm est Fuldae in honore s. saluatoris et quia diuinę seruitutis et sacrosanctę conuersationis feruor attrahit quosque fideles ad participandum orationi et fraternitati eorum. cogitabat intra se quomodo posset particeps fieri societatis et fraternitatis eorum. ut per illorum intercessionem peruenire queat ad regna ubi uera sunt gaudia. cumque magno desiderio estuaret intrinsecus misit deus in cor eius ut ex terrenis et perituris rebus eternam sibi societatem praepararet in celis. Volens ergo eternam sibi memoriam cum fratribus fuldensis monasterii preparare et cum eis eterni regni sedes possidere predium quoddam in Heitenefelt a se precio comparatum et ab his quibus propria hereditate obuenerat coemptum obtulit s. Bonifacio

[1]) An seidener Schnur hängt die bleierne Bulle.

786. Eb. II, 169 a: abgekürzt bei P. III, 577, 5. Tr. 629

787. Eb. II, 162 a. P. III. 577.2. Tr. 630.

Digitized by Google

in fuldensi monasterio fratribus ibidem deo deuote seruientibus ut in perpetuo eorum esset obsequio. obsecrans et postulans obnixius ut sui memores essent in diuino ministerio et ut animam ipsius deo commendantes eius fruerentur beneficio. Facta est autem hęc traditio anno dominicę incarnationis M°. C°. XXX°. I°. regnante Lothario imperatore inuictissimo. mense iunio.

788. Praeceptum Lotharii imperatoris.

In nomine sanctę et individuę trinitatis Lotharius diuina fauente clementia tertius Roma- 1133.
norum imperator augustus | Cum memorię occurrit, quantum deuotionis affectum pro instituendo religionis cultu antecessores nostri in fundandis ecclesiis exhibuerint, | mens nostra quadam indignationis molestia afficitur. dolentes nostris temporibus non solum religionem decrescere et imminui. uerum etiam — oblationes fidelium miserabiliter distrahi. inutiliter distribui. Quem compassionis affectum cum omnibus ęcclesiis debeamus. | precipue tamen fuldensi debitores sumus. quę licet uigoris sui statum omnino non seruauerit. tamen speciali praerogatiua religionis | et bonę conuersationis antiquitus instituta uiguit. Quia uero huius imminutionis causa maxime praelatorum ignorantia et neglegentia extitit. notum esse uolumus tam futuris quam presentibus. qualiter nos instinctu consortis nostrę Richinzę imperatricis. communicato principum nostrorum consilio. concordante non minus electione fratrum suorum Berthoum religionis amatorem et secularis administrationis gnarum praefatę ęcclesię praefecimus. Cui sicut fidelissimo nostro in omnibus quę pro reformanda religione petierit. exauditionis aurem praebere uolentes. res praeposituraruin quę in praesenti monasticę professioni seruierint. seu postmodum per manus abbatis de beneficio uacante. uel ex suis reditibus. uel ex oblatione fidelium oblatę fuerint. omnino a iure beneficii absoluimus. priuilegii nostri auctoritate talem inde facientes traditionem. ut nec ipse uel aliquis suorum successorum potestatem habeat eas mittendi in beneficium. idque praecipientes confirmamus. et confirmantes praecipimus. Si quis uero contra hoc quod non credimus presumpserit. centum libras auri. medietatem camerę nostrę. et medietatem ęcclesiis ad quas pertinent componat. et is qui beneficiatur temeritate accepti beneficii quinquaginta libras ad cameram nostram persoluat. Quod ut uerius credatur et ab omnibus inuiolabiliter custodiatur. presentis decreti paginam sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Lotharii tercii Romanorum imperatoris (M) inuictissimi [1]). (S)

789. Privilegium Innocentii II. papae.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Bertoo abbati monasterii sal- 1133, 5 Juni.
uatoris domini nostri Jhesu Christi sancti Bonifacii quod situm est iuxta ripam fluminis | quod

---

788. OU; Eb. I, 131 b. Client. fuld. 195, 3.

[1]) Recognition und Datum fehlen; vielleicht standen sie am untern Rande der Urkunde und sind weggeschnitten. In Eberhard's Abschrift stehen sie abgekürzt und lauten: Ego Eggehardus uice Adalberti archicancellarii et archiepiscopi mogunt. recogn. Dat. id. mr. Indict. XI. Der Monat ist aber offenbar verschrieben.

789. OU; Eb. I, 110 b. Dioec. 255, 27.

Digitized by Google

Fulda uocatur. eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiis dei tam prope quam longe positis attentam sollicitudinem | gerere. et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante domino prouidere. Dignum namque et honestati conueniens esse cognoscitur. ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus. eas et a prauorum hominum nequitia tueamur. et apostolicę sedis munimine roboremus. Eapropter dilecte in domino fili Berthoe abbas tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus. et saluatoris domini nostri Jhesu Christi monasterium. cui deo auctore preesse dinosceris. sanctę Romanę ecclesię priuilegio communimus. Statuimus enim. ut quascumque possessiones. quęcumque bona idem monasterium inpraesentiarum iuste et legitime | possidet. aut in futurum concessione pontificum. largitione regum uel principum. oblatione fidelium [1]) . . . . . .

. . . . . .

predecessori tuo Hecberto religioso abbati respectu dilectionis donatum . . . . . .

. . . . . .

pertinere noscuntur. Prohibemus autem omnem . . . . . .

. . . . . in cuius dyocesi constat esse constructum

. . . . . .

contrarietate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus. Interdicimus . . . . . .

. . . . . .

nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu. aut fratrum pars consilii sanioris. secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem. ut congruis temporibus nostrę sollicitudini ecclesiasticę intimetur. qualiter religio monastica inter fratres tuo regimini commissos regulari habitu dirigatur . . . . . .

. . . . . in missarum sollemniis ex apostolicę sedis benignitate. secundum quod in antecessorum nostrorum priuilegiis continetur. dilectioni tuę concedimus. Et ob maiorem familiaritatis prerogatiuam. quam in sancta Romana ecclesia nostro tempore consequi meruisti. licentiam utendi mitra et anulo tibi tuisque successoribus nichilominus impertimur. Abbas uero .

. . . . . .

sit etiam nostra auctoritate apostolica per huius scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnium hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura . . . .

. . . . . .

emendauerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei . . . . . .

. . . . . premia eternę pacis inueniant. Amen.

(S. p.) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus (B. V.)

Datum. Laterani. per manum Almerici sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis et cancellarii. Nonis iunii. Indictione XI^ma^ Incarnationis dominicę anno. M°. C°. XXX°. III°. Pontificatus uero domni Innocentii anno IIII^to^

---

[1]) Der weitere Text ist mit Ausnahme der angegebenen Stellen gleichlautend mit dem Privilegium Innocenz II. vom J. 1131.

Digitized by Google

790. Traditio Gerhardi de Vargalaha. 1143.

791. Priuilegium Innocentii II. papae.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Chunrado abbati monasterii 1137, 31. Juni.
saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii quod situm est iuxta ripam | fluminis quod Fulda uocatur. eiusque successoribus regulariter substituendis. in perpetuum. Cum omnibus ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex iuncto nobis a deo apostolatus | officio ac beniuolentie existamus. illis tamen propensiori karitatis studio nos conuenit imminere. quas de iure ac proprietate apostolice sedis speciali prerogatiua constat existere. | Nec dubium quod si fratrum nostrorum peticionibus clementer annuimus. nostris procul dubio desideriis propitium dominum repperimus. Quam ob rem dilecte in domino fili Chunrade abbas. | tuis postulationibus debita benignitate impertimur assensum. et monasterium domini ac saluatoris nostri Ihesu Christi atque Bonifatii cui deo auctore presides. apostolice sedis priuilegio communimus. in primis | siquidem statuentes. ut quascumque possessiones. quecumque bona idem venerabilis locus hodie iuste ac legitime possidet. aut in futurum concessione pontificum. largitione regum. uel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis. Monasterium scilicet sancti Andree apostoli. quod uocatur Exaiulum situm Rome. iuxta aecclesiam sancte dei genitricis semperque uirginis Marie quae dicitur ad presepe. a predecessore nostro beate recordationis papa Leone. intuitu dilectionis predecessori tuo Hecberto religioso abbati collatum. cum omnibus caminatis. mansionibus. cellis uinariis. et coquina. cum uineis. ortis. diuersisque pomorum generibus. cum curte. puteo. et introitu per portam maiorem a uia publica. et generaliter cum omnibus tam intra quam extra urbem iuste ac recte ad idem monasterium pertinentibus. Prohibemus etiam omnem cuiuslibet ecclesie sacerdotem in eodem uestro cenobio sibi ditionem uel auctoritatem aliquam usurpare. excepta dumtaxat apostolica nostra sede. Sed neque episcopo in cuius dyocesi idem monasterium situm est. nisi ab abbate ipsius loci fuerit inuitatus. missarum sollempnia ibidem liceat celebrare. Porro donationes. oblationes. decimasque fidelium. absque alicuius persone contradictione eidem monasterio perpetuo firmas et inconuulsas fore decernimus. Interdicimus insuper ne femina umquam illuc intrare presumat. nec aliquis ibidem uel in ceteris eius locis aliquando placitum habeat. nec ad aliquod seruitium ipsius loci seruos colonosue constringat. nisi is cui abbas ad utilitatem eiusdem uenerabilis domus id consenserit faciendum. Obeunte uero te nunc ipsius loci abbate. uel tuorum quolibet successorum. nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu. aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Electus autem non nisi a romano pontifice benedicatur. Constituimus sane ut congruis temporibus ecclesiastice nostre sollicitudini suggeratur. qualiter ordo monasticus inter fratres regimini tuo dilecte in domino fili abbas Chunrade commissos regulari habitu dirigatur. concordiaque conuenienti inter eos ecclesiastico studio conseruetur. ne forte quod absit sub optentu huius priuilegii animus gressusque

---

790 S. meine traditiones c. 75.
791. OU: Eb. I, 62b. H. F. II. 173. 57.

Digitized by Google

rectitudinis uestre a norma iustitię in aliquo reflectatur. Concedimus tibi preterea fili karissime uerbum dei auctoritate nostra apostolica predicare. et ut tam tu quam successores tui ante alios abbates Gallię. seu Germanię. primatum optineatis in omni loco atque conuentu ubi presentes fueritis. Ad exemplum quoque predecessorum nostrorum usum dalmatice ac sandaliorum in missarum sollempniis ex apostolicę sedis benignitate tibi concedimus. Et ut tua deuotio erga beatum Petrum ac nos ipsos amplius augeatur. ad maioris familiaritatis euidentiam. qua te sub apostolicę sedis gremio uolumus confouere. tibi tuisque successoribus utendi mitra et anulo tribuimus facultatem. Quodsi abbas prefati monasterii aliquo crimine fuerit forte pulsatus. romane tantummodo sedis iudicium exequatur. Illud autem huic nostrę sanctioni generaliter addendum esse prospeximus. ut quicquid uctoritate predecessorum nostrorum. regum. uel imperatorum. eidem fuldensi cenobio constat fuisse concessum. eidem loco perpetuis temporibus presentis priuilegii maneat auctoritate subnixum. Nulli ergo omnino hominum liceat. prefatum cenobium temere perturbare. aut eius possessiones aufferre. uel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus uexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum aecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens. contra eam temere uenire temptauerit. secundo tercioue commonita. si non satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine domini dei redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem cenobio sua iura seruantibus. sit pax domini nostri Ihesu Christi. quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia aeternę pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(S. p.) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus. (B. V.)

† Ego Guido diaconus cardinalis sancti Adriani.

Datum. Bari. per manum Luce presbiteri cardinalis agentis uicem domini Almerici sanctae Romanae aecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XI. kal. iulii. indictione XV^a^. incarnationis dominicę anno. M°. C°. XXX°VII°. pontificatus autem domni Innocentii papae. II. anno VIII°. [1])

792. Traditio Bertheradae.

1137. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Nos fuldenses fratres tam futuris quam praesentibus innotescimus qua ratione Bertheradam uiduam Christani de Goltbecbe et ministerialem ecclesiae nostrae in consortium fraternitatis nostrae susceperimus. Transactis paucis annis post mortem mariti sui cum liberae uoluntati relinqueretur spe aeternae uitae ad Christum relicto mundo tendere deliberauit et hoc propositum isto modo ad effectum perduxit. Adhuc uiuente praedicto uiro suo predium quoddam uillam scilicet Elendi a Ratgunda de Cruciburc aeque ministeriali ecclesiae nostrae ut ipsa quod eidem lege hereditaria a parentibus suis euenerat condigno pretio redemit et idem predium cum aliis quae sibi uel proprietatis iure uel beneficiali lege undecumque contigerant filiae suae a Wiggero de Wartberc in matrimonium ductae

[1]) An seidner Schnur die Bulle.

792. Eb. II, 180a und abgekürzt II, 54b. P. 582, III, 30. Tr. 632.

Digitized by Google

cederent excepit ut ubi deus illam conuerti disponeret illic deo seruientibus in memoriam sui et ad commemorandum anniuersarium eius specialiter offerret. sic ad nos uenit et per manum Hartungi de Scarfenberc germani sui et Rabenoldi de Leimbach ministerialium huius fuldensis ecclesiae in altare sancti Bonifacii martyris patroni nostri ad specialem usum fratrum nostrorum pro commemoratione anniuersarii ipsius delegauit. hic ordo suae oblationis. haec adeptio nostrae plenae fraternitatis concessa utrobique prebenda ut petiuit data loco ad inhabitandum in monte dei genitricis ubi uoluit. assignata nobis ipsa possessione ad manus quam obtulit et in presens omne sibi ab eodem debitum seruicium abdicauit. Condescendentes igitur eius petitioni unam prebendam in maiori ecclesia per manum piae memoriae domni Cvonradi abbatis aliam in monte sanctae Mariae concessimus quo se locari et commendari petiuit ubi et habitum religionis postposita mundi cura suscepit. Aderat eodem tempore domnus Theotuuinus cardinalis episcopus et apostolicae sedis legatus qui ipsam traditionem auctoritate beati Petri apostoli et domini apostolici Innocentii confirmauit. et si quis eam infringeret in uerbo domini et potestate principis apostolorum ac domini papae dispensatione sibi credita sub ipsis missarum sollempniis ubi uerbum uitae ad populum habuit anathematisauit nec cuiquam licere eum absoluere uel etiam ipsi episcopo in cuius diocesi esset nisi rebus nostris nobis reconsignatis per condignam satisfactionem in uirtute spiritus sancti decretum dedit.

Acta sunt haec anno incarnationis domini MCXXXVII. indict. XV. regnante Cunrado glorioso Romanorum rege. tertio anno Cvonradi fuldensis abbatis. Gozmaro aduocato altaris eiusdem ecclesiae. presente eodem abbate simulque tota congregatione. et hi sunt testes qui uiderunt et audierunt. Gerlach de Haselstein. Bobbo de Boimeneburch. Hertuuich de Geysaha. Hertuuich de Hunnenfelt. Dudo de Sconersteti. Gerhart de Vargelaha. Gerlach de Slidese. Heribort et Cvonrat de Bienbach. Almunt et Godefrit de Lutero. Trageboto de Uuillehart. Rupracht. Gerlach. Uuigant. Bertoch. Uuigger. Iordan. Uuigger, Arnolt. Sigefrit. Gezo. Godefrit. Sigehold. Uuignant. Adelun et alii multi. Confirmamus ipsam traditionem nos fuldenses fratres auctoritate sigilli nostri patroni quam qui uiolauerit iuxta uerbum apostolici legati anathema sit.

793. Traditio Hecekindi.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter Hecekindus huius sanctę ecclesię ministerialis et huius fuldensis ciuitatis indigena satis nobilis et ingenuus pro remedio animę suę filiique sui defuncti quoddam predium quod iure propinquitatis heredum suorum legeque proprietatis in uilla quę Hutten nuncupatur possederat beato Bonifacio contradidit ea lege et condicione. ut reditus eiusdem predii fratribus annuatim in usum cederet. quatenus eo libentius atque diligentius tam sui quam filii sui ceterorumque carorum suorum memores essent. quo suorum beneficiorum commodis perfruerentur.

---

793. Eb. II, 178a; im Auszug bei P. III, 581, 28. Tr. 634.

Digitized by Google

794. Traditio Clementiae.

Nouerint omnes christianę fidei cultores tam futuri quam presentes qualiter decedente de hac vita christianissimo uiro Gozmaro aduocato matrona eius uidua Clementia nomine. nobilis ac deum semper timens omnibusque bonis operibus iugiter intenta. memoriam uiri eius ac suam in fuldensi ecclesia uolens constituere adiit fratrum conuentum ad portam sancti Petri petiitque obnixius multis obortis lacrimis. ut sui pariterque mariti precibus assiduis memores esse uellent attentius. Quibus statim deuotissime communiter atque priuatim promittentibus se libentissime pro eo oraturos animamque illius deo commendaturos et ex debito utpote aduocati sui fidelissimi. qui non solum congregationis sed et loci et totius familiae defensor ac patronus in omnibus et per omnia fuerat promptissimus. obtulit illa tota animi deuotione uillam quandam Screkesbach nuncupatam quam iure proprietatis ipsa et filia eius possederant. ambęque delegaueruut in manus fratrum totius sacri conuentus. ea conditione ac firmissima pactione ut anniuersarium illius magna cum deuotione agerent. optimum exemplum nobilitatis ac liberalitatis cęteris matronis relinquens ut defuncto uiro fidem post mortem exhibeant et pro animabus eorum quęque cara ac preciosa impendant. Census iste X. solidorum in festo s. Michaelis soluitur.

795. Praeceptum Chunradi regis.

1141. In nomine sanctę et individuę trinitatis Chunradus diuina fauente gratia Romanorum rex et aduocatus. Cum uniuersi orbis gubernacula diuina prouidentia possidere nos constet. restat ut eius solius subdamur imperio qui nostro cuncta subiecit imperio. Notum sit igitur omnibus nostris Christique fidelibus quia promptam in omnibus habentes uoluntatem circa monasteria diuino cultui mancipata sollerti cura dilapsa reparare et ablata restituere. ad memoriam sepius reuoluimus quantum deuotionis affectum pro instituendo religionis cultu antecessores nostri Pippinus. Karolus. Ludowicus. Lotharius. Chunradus et Heinricus ceterique ęquinoci eorum preclari imperatores ac reges catholici in reparandis et ditandis tuendisque dei ecclesiis ac monasteriis exhibuerunt. Hunc ergo bonę sollicitudinis affectum cum omnibus ecclesiis impendere debeamus. precipue tamen super fuldensem ecclesiam sepius inuigilare debemus quę speciali prerogatiua religionis et bonę conuersationis titulo insignita sicut a sanctis patribus antiquitus instituta fuit sic etiam usque ad tempora nostra floruit et uiguit. licet in multis suis necessitatibus destituta pene et inconsolata fuerit. Quia uero huius destitutionis et indigentię causa maxime prelatorum ignorantia et neglegentia extitit. nos diuino zelo tacti intrinsecus communicato principum consilio concordante non minus fratrum fuldensium concilio secundum communem eorum electionem Aleholfum religiosam personam et ab ipsis fratribus satis commendatam in abbatię gradum nostro cum iure promouimus et ad apostolicę benedictionis consecrationem cum litteris nostrę commendationis direximus. cui precepimus et per nostram imperialem commonitionem iniunximus. ut res monasterii dispersas congregare. congregatas conseruare studeat. Ob diuinum igitur amorem et beatissimi Bonifacii martiris deuotionem predictum fuldense monasterium cum fratribus ac familiis cum pre-

---

794. Eb. II, 171a; ein Auszug bei P. III, 578, 9. Tr. 635.
795. Eb. I, 132b. H. F. II, 175, 59, verändert und unvollständig.

Digitized by Google

diis et substantiis et cum omnibus interioribus et exterioribus ecclesiasticis facultatibus in nostrum mundiburdium et in ius nostrę defensionis suscipimus et regię protectionis munimine solidamus ea intentionis interminatione. ut nullus iudex aut aduocatus uel comes seu quilibet ex iudiciaria dignitate in uillas aut loca seu possessiones quas moderno tempore infra regnum nostrum prefatum possidet monasterium uel quę deinceps diuina pietas adauxerit ad causas iudiciario more audiendas aut freda exigenda uel mansiones faciendas uel seruos aut colonos distringendos uel ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quę memorata sunt agere presumat. Liceat ergo abbati fuldensis monasterii totam sibi subiectam familiam gubernare ac regere et res facultatesque ecclesię nostre defensione possidere. decimas apostolica sibi auctoritate traditas in usus suarum prepositurarum dispendere. nec laicis in beneficium contra canonum decreta prestare. Et quicquid de supra dictis rebus ius fisci nostri poterat exigere pro ęterna remuneratione prefato monasterio et fratribus deo ibidem famulantibus impendimus. Firmissime autem omnibus circum habitantibus precipimus ut in bonis ac locis familiisque eiusdem monasterii nullus hominum sanctissimi martiris Bonifacii omnino contristet congregationem. sed habeat abbas ac fratres sui quibus ipse iniungit officia obedientię suę ex nostra sicut ex antiquorum regum donatione potestatem thelonea et uectigalia ac monetas ceterosque reditus suos statuere atque recipere et in suę ditionem utilitatis redigere propter edificia facienda uel reparanda et hospites pauperesque ac peregrinos iuxta preceptum regulę recipiendos et confouendos. Quicunque hoc preceptum tam apostolicum quam nostrum uiolauerit. ex sententia Zacharię papę dampnandus et excommunicandus erit. amen. Data non. Marcii.

796. Privilegium Innocentii II. papae.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Alolfo abbati monasterii sal- 1142, 13. November.
uatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii siti iuxta ripam fluminis quod Fulda uocatur eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. | Cvm uniuersis dei fidelibus ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio debitores existamus. illis tamen locis atque personis. quę ad sedem apostolicam specialius pertinere noscuntur. propensiori nos conuenit ea | ritatis studio inminere. Eapropter dilecte in domino fili Alolfe abbas. tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et saluatoris domini nostri Ihesu Christi monasterium. cui deo auctore pre | esse dinosceris. sanctę romanę ecclesię priuilegio communimus. Statuimus enim ut quascumque possessiones . quecumque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione ponti | ficum . largitione regum uel principum . oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis nominibus duximus anno | tanda. Monasterium uidelicet sancti Andree apostoli. quod uocatur Exaiulum. situm Romę iuxta ęcclesiam sanctę dei genitricis Marię semper uirginis quę uocatur ad presepe. a predecessore nostro felicis memorię Leone predecessori tuo Hecberto religioso abbati respectu dilectionis donatum. cum omnibus caminatis. mansionibus. cellis uinariis et coquina. cum uineis. ortis. diuersisque pomorum generibus. cum curte et puteo. et introitu per portam maiorem a uia publica et cum omnibus ad idem monasterium generaliter

796. OU; Eb. I, 114 b. Schannat H. F. II, 176, 60 gibt die Urkunde »ex chartario«, daher die Unterschriften unvollständig sind.

Digitized by Google

pertinentibus tam intra quam extra urbem sitis quę ei iuste ac recte pertinere noscuntur. Prohibemus autem omnem cuiuslibet ęcclesię sacerdotem in iam dicto uestro fuldensi monasterio aliquam ditionem habere uel auctoritatem preter nostram apostolicam sedem. Specialiter uero episcopum in cuius dyocesi constat esse constructum. ita ut nisi ab abbate ipsius monasterii fuerit inuitatus. nec missarum ibidem solemnia celebrare presumat. Porro dona. oblationes ac decimas fidelium absque ullius personę contrarietate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus. Interdicimus etiam ne femina unquam illuc ingredi presumat. et ne quis unquam placitum ibi habeat uel in ceteris eius locis. nec seruos nec colonos ad aliquod seruitium constringat nisi cui abbas ad utilitatem suę necessitatis assensum prebuerit. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur nisi quem fratres communi consensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem ut congruis temporibus uestrę sollicitudini ęcclesiasticę intimetur. qualiter religio monastica inter fratres tuo reginimi commissos regulari habitu dirigatur concordiąque conuenienti ecclesiastico studio mancipetur. ne forte quod absit sub huius priuilegii obtentu animus gressusque rectitudinis uestrę a norma iustitię aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi fili karissime predicare uerbum dei auctoritate nostra apostolica. et ut tam tu quam successores tui ante alios abbates Gallię seu Germanię primatum in omni loco conuentuque optineatis. Vsum quoque dalmaticę et sandaliorum in missarum sollemnijs ex apostolice sedis benignitate secundum quod in antecessorum nostrorum priuilegiis continetur dilectioni tuę concedimus. Et ob maiorem familiaritatis prerogatiuam. quam in sancta romana ecclesia nostro tempore consequi meruisti. licentiam utendi mitra et anulo tibi tuisque successoribus nichilominus impertimur. Abbas uero non nisi a nostra sede benedicatur a quo benedici debet. Et si in aliquo crimine accusatus fuerit. eiusdem tantummodo romanę sedis iudicium exequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus. ut quicquid auctoritate predecessorum nostrorum. regum uel imperatorum ipsi fuldensi cenobio certum est fuisse concessum. sit etiam nostra auctoritate apostolica per huius scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat [1]). . . . . .

. . . . . .

eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(S. p.) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus (B. V.)
† Ego Cunradus sabinensis episcopus.
† Ego Stefanus prenestinus episcopus.
† Ego Guido sanctae romanae ecclesie indignus sacerdos.
† Ego Petrus presbiter cardinalis de tit. Pastoris.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi.
† Ego Otto diaconus cardinalis s. Georgii ad uelum aureum.
† Ego Hvmbaldus diaconus cardinalis sanctę Marię in uia lata.
† Ego Octauianus diaconus cardinalis s. Nicholai in carcere.
† Ego Petrus diaconus cardinalis s. Marie in aqro.
† Ego Petrus diaconus cardinalis s. Marie in porticu.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctę romanae ęcclesię presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. XVII. kal. decembr. indictione. VI. incarnationis dominice anno M° C° XL° II° pontificatus uero domni Innocentii. II. papae anno XIII [2]).

[1]) Der weitere Text wie in dem Privilegium vom J. 1137. — [2]) An seidner Schnur die bleierne Bulle.

Digitized by Google

797. Traditio Heribotonis in Sundheim.

798. Traditio pro Boppone in Sunnebrunnen.

Notum fieri uolumus cunctis fidei christianę cultoribus tam futuris quam presentibus qua- 1147?
liter heredes cuiusdam Bopponis huius ęcclesię ministerialis uiri de Sunnebrunnen predium quoddam in Wisentaha. quod idem Bobbo dum uiueret habebat. nobis fuldensibus fratribus sicut idem predictus Boppo dum adhuc uiueret disposuerat tradiderunt. Accedentes igitur prefat heredes Bopponis ad altare s. Bonifacii martiris obtulerunt in eo prefatum predium in Sunnebrunnen ea lege et condicione ut fratres fuldensis monasterii anniuersarium ipsius celebrarent animamque illius studiose deo commendarent et omnem censum ab eodem predicto predio annuatim tollerent. Quam oblationem et traditionem uenerandi fratres fuldensis ęcclesię deuote suscipientes et peticioni fidelium benigne annuentes promiserunt defuncto uiro Bopponi precum suarum presidia se annuatim exhibituros. Decreuerunt etiam hanc inde cartam conscribi. ut que oblata et tradita sunt rata et firma permaneant et que ab iis promissa sunt in posterum obseruari debeant.

Facta est hec traditio et conuentio tempore dominice incarnationis anno M°. C°. XXX. VII. Regnante Cunrado rege. ante expedicionem. Testes sunt huius rei Cunradus fuldensis abbas [1]). Wiggerus prepositus. et ceteri fratres multique huius ęcclesię ministeriales. — XXIIII sol

799. Traditio Willihardi.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter Willihardus ministerialis huius ęcclesię et fuldensis cuius pro remedio animę filii sui Hecekindi predium quoddam quod iure propinquitatis et legitime proprietatis a parentibus suis in Sigiwantes possederat. beatissimo martiri Bonifacio in monasterio fuldensi delegauit. eo tenore et conditione ut fratres eiusdem monasterii memoriam prefati pueri apud nos sepulti deuote peragerent et oratio eorum studiosius illius animam deo commendarent et annuum censum a supradicto predio in suam utilitatem transferrent. Cuius oblationis et conditionis peticionem uenerandi fuldensis monasterii fratres deuote susceperunt et orationes sue fraternitatis tam ipsi patri quam defuncto ipsius filio persoluere promiserunt. Huius predii census V. solidi in festiuitate s. Martini fratribus persoluitur.

800. Traditio bonorum ad monasterium Tulbae.

Fuldensis conuentus ancillis Christi sororibus nostris in Tulba oleum cum lampadibus in 1150.
dispensationem ueri sponsi ipsius adiutorio sibi assumere. Integritas famę uestrę in diuina lege

---

797. S. m traditiones c. 71; auch bei P. III, 580, 21.

798. Eb. II, 175b; ein Auszug bei P. III, 579, 17. Tr. 637. — [1]) In dem Datum stecken Fehler. Da nur König Conrad III und der zweite Kreuzzug gemeint sein können, so fehlt in der Jahreszahl ein X. und der Name des Abts ist verschrieben; im J. 1147 war es Alebolf, nicht Conrad. Bei Schannat ist die Schlussschrift geändert.

799. Eb. II, 175a; bei P. III, 579, 15 ein Auszug. Tr. 638.

800. P. 584, III, 32. Dioec. 258, 29.

Digitized by Google

cordi nobis est et ut incremento sui ad meliora semper procedat consortium nostrum precatur et optat. licet enim quod nostrum est facere omnes ad bona tendentes eo affectu caritatis quo possumus amplectimur. tamen de uestro profectu amplius solicitamur quas pro nobis et statu loci nostri dominum exorare tum gratia fraternitatis tum debito iustitię non dubitamus. Volentes igitur pro tempore circa uos affectum debitę dilectionis ostendere quod sepius a nobis humilitatis specie exegistis. tradimus ad augmentum prebendę uestrę ex compassione paupertatis quam in quotidiano uictu habetis pro consilio et assensu patris nostri Marcwardi abbatis beneficia scilicet nostrę recordationis quę possidemus in Bonlanden Hundesfeld Hohheim. hac interposita ratione ut uineas nostras in Hamelenburc et Heidingesfeld et predicta Hohheim exinde colatis et duas partes uineę in Hamelenburc et Heidingesfeld et medietatem de Hohheim nobis persoluendo dirigatis. reliqua in usus nostros cedant. et si forte habitus illic immutetur uel alio transferatur et hoc sine consilio et assensu aut decreto nostrae ecclesiae. ut concessa beneficia ad nos redeant eisque perpetuo careatis. Hoc ne a quouis peruertatur sigillo patroni nostri confirmamus. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCL. indictione XIII. regnante domino Conrado glorioso Romanorum rege. primo anno abbatis nostri et tota congregatione id concedente et uotiua concordia confirmante in honorem dei et memoriam sui. Hec qui irrita fecerit anathema sit.

801. Priuilegium Eugenii III. papae.

1151. 12. Januar.

Eugenius episcopus seruus seruorum dei. dilecto filio Marchwardo abbati monasterii saluatoris domini nostri Ihesu Christi et sancti Bonifatii quod situm iuxta ripam fluminis quod Fulda uocatur eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. | Cum omnibus ęcclesiasticis personis debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio existamus. illis tamen propensiori cura nos conuenit imminere. qui in religionis habitu omnipotenti domino militant et ad apostolicam | sedem speciali prerogatiua pertinere noscuntur. Dignum namque et honestati conueniens esse cognoscitur. ut qui ad ęcclesiarum regimen assumpti sumus eas et a prauorum hominum nequitia tueamur et apostolicę sedis munimine robo | remus. Eapropter dilecte in domino fili Marchwarde abbas tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et saluatoris domini nostri Ihesu Christi monasterium cui deo auctore preesse dinosceris ad exem|plar predecessoris nostri felicis memorie papae Innocentii sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem monaste|rium inpresentiarum iuste et legitime possidet. aut in futurum concessione pontificum. largitione regum uel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante domino poteri adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permancant. In quibus hec propriis nominibus duximus annotanda. Monasterium uidelicet sancti Andree apostoli quod uocatur Exaiulum situm Rome iuxta ecclesiam sancte dei genitricis Marie semper uirginis. quę uocatur ad presepe. a predeccssore nostro felicis memorie papa Leone predecessori tuo Hecberto religioso abbati respectu dilectionis donatum. cum omnibus caminatis [1]). . . . . .

---

801. OU; Eb. I, 66b. Diocc. 259, 80. — [1]) Der weitere Text wie in dem Privilegium Innocenz II. vom J. 1142.

Digitized by Google

ac decimas fidelium quas usque modo possedistis. absque ullius persone contrarietate . . . .
. . . . . .
primatum quem hactenus habuistis in omni loco conuentuque optineatis . . . . . .
. . . . . .
premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(S. p.) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus.
† Ego Imarus tusculanensis episcopus.
† Ego Nicolaus albanensis episcopus.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti.
† Ego Hvbaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis.
† Ego Nicolaus presbiter cardinalis tit. sancti Cyriaci.
† Ego Manfredus presb. cardin. sancte Sauine.
† Ego Aribertus presb. cardin. tit. sancte Anastasie.
† Ego Vbaldus presb. cardin. tit. sce crucis in Ierusalem.
† Ego Julius prbr cardin. tit. sancti Marcelli.
† Ego Bernardus prbr cardin. tit. sancti Clementis.
† Ego Oddo diaconus cardin. sci Georgii ad uelum aureum.
† Ego Octauianus diac. card. sancti Nicholai in carcere tulliano.
† Ego Johannes Paparo diacon. cardin. sancti Adriani.
† Ego Gregorius diaconus cardinal. sancti Angeli.
† Ego Astaldus diaconus cardinal. sancti Eustachii iuxta templum Agripe.
† Ego Gvido diac. cardin. sancte Marie de porticu.
† Ego Iacintus diac. cardin. sancte Marie in cosmydyn.

Datum Ferentini per manum Bosonis sanctę romanę ecclesię scriptoris id. jan. indictione. XIIII. incarnationis dominicę anno M° C° quinquagesimo [1]). pontificatus uero domni Eugenii. III. papae anno sexto [2]).

802. Praeceptum Conradi III. regis.

In nomine domini. Chunradus diuina disponente gratia Romanorum rex et aduocatus pacificus. Cunctis fidelibus liquet quanta sollicitudine et cura dei ecclesias et monasteria sacrę religioni dedita. ex quo dei nutu regnare cępi. complector et intueor et quę ab antecessoribus nostris imperatoribus et regibus deo et sanctis oblata sunt seruare atque defendere paratus et promptus sum. Vnde notum esse uolumus cunctis noatris Christique fidelibus quę nostris temporibus circa fuldensem ecclesiam regalem et principalem totius Germaniae abbatiam domino mediante peracta sunt. quomodo eam inuenerim et quomodo reliquerim. Christi et totius ecclesię suscepi inimicos.

---

[1]) Da Marquard im April 1150 vom König Conrad III. zu Speier zum Abt vorgeschlagen und hierauf erst gewählt wurde, so kann das Privilegium allerdings nur in das Jahr 1151 gehören, wohin auch die Indiction weist. Daher hat Schannat geändert und geschrieben M C L I. und am Schlusse anno V II. Aber diese Aenderung ist aus bekannten Gründen nicht nöthig.

[2]) An seidner Schnur hängt die Bulle.

802. Eb. I. 134a. Fehlt bei Schannat.

Digitized by Google

a ciuitate domini Ierosolima cum pace essem reuersus. inueni prefatam fuldensem ecclesiam omnino disturbatam multorum insidiis predonum expositam. eo quia oues pastore orbatę erant et lnporum insidiis faucibusque patebant. Is enim quem abbatem antea reliqueram et omnibus ecclesię rebus legitime prefeceram ab apostolico domino Eugenio accusantibus eum cunctis fratribus auditus Treueris depositus est. Fratres prefatę congregationis cum inter se de alterius electione discordarent. sano consilio habito medium me sibi fecerunt et omne consilium mihi imposuerunt. Quorum pium desiderium uidens et considerans estimaui iustum et dignum succurrendum loco et mei iuris esse. ut prouiderem tam fratribus quam toti familię.

Accitis igitur religiosis uiris et deum timentibus habui consilium ubi tamen inuenirem uirum per quem regulariter et honeste secundum deum et secundum mundi cultum fuldensem regere possem monasterium. At illi consilio inter se habito obtulerunt mihi uenerabilem et perfectum uirum domnum scilicet Marquardum omni religione et regulari consuetudine adprime imbutum. Quem statim cunctis fratribus cum gaudio occurrentibus tam loco quam omni populo prefeci. et non post longum tempus cum litteris nostris Romam ad Eugenium papam sublimandum et promouendum cum duobus episcopis Basiliense et Constantiense direxi. Qui susceptum eum clementer atque benigne tum propter nos tum propter honorem fuldensis loci promotum. sublimatum. infulatum. cum priuilegiis ceterisque honoribus debite sibi pro loci honore inpensis cum gaudio eum ad nos remisit. Quem rursus susceptum cum digno honore postmodum habui commendatum credens pro certo eum in omnibus eidem monasterio utilem esse futurum. Cui primum in mandatis dedimus ut omnes uillicationes a laicis reciperet et per prepositos suos uiros honestos et religiosos officia dispensando disponeret. Postmodum uero ei in omnibus propter deum et loci honorem adherentes ab omnibus curis et sollicitudinibus etiam et a quibusdam insidiatoribus absoluimus. securi de eius industria et probitate. quod tam interius quam exterius dei opus sit expleturus. Anditis autem quibusdam primi sui negotii inpedimentis id est quod tam ministeriales quam homines sui plus multo de bonis monasterii sibi adiacentibus diripuissent quam in legitimo beneficio suo haberent. iterum uenimus ei in auxilium precipientes ut nullus ei esset molestus uel contrarius in his quę ad iusticiam et ad utilitatem monasterii spectant. Nos ergo propter religionem et reuerentiam uiri inclinatum semper ad eius peticionem habentes animum perfecteque cognoscentes animum eius totum in hoc esse. ut non solum res monasterii dispersas congregare. congregatas studeat conseruare. uerum etiam pro iusticia et pro honore loci eius ipsam uitam uelit impendere. suggestioni eius pium et deuotum quamdiu superuixerimus prebebimus assensum et ob diuinum amorem predictum fuldense monasterium cum rebus et omnibus ad se pertinentibus in nostrum mundiburdium et in ius nostrę defensionis suscipimus et nostrę protectionis munimine solidamus tali sub interminationis condicione. ut nullus iudex uel aduocatus uel comes seu quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut uillas aut loca uel possessiones. quas moderno tempore infra regnum nostrum prefatum possidet monasterium uel quę deinceps diuina pietas adauxerit. ad causas iudiciario more audiendas aut freda exigenda uel mansiones faciendas uel seruos aut colonos distringendos nec ullas redibitiones uel illicitas occasiones requirendas nostris futurisque temporibus ingredi audeat uel ea quę memorata sunt exigere presumat. Liceat ergo abbati totam sibi subiectam familiam regere et res facultatesque ecclesię suę sub nostra defensione possidere decimas sibi apostolica auctoritate concessas accipere nec laicis eas in beneficium prestare. Et quicquid de supradictis rebus ius fisci nostri poterat exigere. pro eterna remuneratione prefato monasterio et fratribus deo ibidem seruientibus conferimus. Habeat ergo abbas fuldensis monasterii tam ex nostra quam ex antiquorum regum donatione potestatem thelonea et monetas ac nectigalia reditus-

Digitized by Google

que bonorum simul cum decimatione per suos prepositos et dispensatores tollere et in utilitatem suę ditionis redigere propter edificia facienda et lapsa reparanda. hospites et pauperes ac peregrinos secundum preceptum regulę suscipiendos ac recreandos. Quicunque hoc nostrum imperiale et apostolicum preceptum uiolauerit iuxta sententiam Zacharię papę ceterorumque apostolicorum qui uenerabile hoc vuldense monasterium suis priuilegiis confirmauerunt excommunicandus erit.

Signum Cunradi regis pacifici.

803. Traditio Gerhardi praetoris fuldensis.

Quia uoce domini celestia pro terrenis et mansura pro caducis promissa sunt. hac spe Gerhardus prętor ibidem et uxor Berta incitati X. mansos ad s. Bonifacium in Fulda specialiter ad usum fratum delegauerunt in uilla quę Pfaffenhusen dicitur uidelicet pro remedio animarum suarum et filię suę toiusque posteritatis suę ea interposita conditione ut ipse Gerhardus posterique eius super his fruantur aduocatione.

804. Traditio Perhtoldi.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter quidam miles de Sconerstete in Turingia. ministerialis huius ęcclesię. de nobili genere oriundus Perhtoldus nomine. de morte patris sui Tutonis ualde contristatus uenit ad monasterium s. Bonifacii in Fuldam et allocutus est fratres nostre congregationis dicens se uelle pro recordatione patris sui defuncti beato Bonifacio martiri hubam unam .VIII. solidos singulis annis soluentem fratribus in oblationem offerre. obsecraus et petens ut plene fraternitatis orationibus ei dignarentur subuenire et omnipotentem dominum pro ipsius requie studiosius exorare. Cuius petitionem fratres uenerabilis conuentus simul collecti clementer ac deuote susceperunt et orationum suarum tam eum quam patris animam unanimiter fecerunt [1]). Tum ille cum multis amicis et cognatis suis qui simul aderant ad altare s. Bonifacii accedens obtulit deo et sanctissimo eius martiri Bonifacio hubam unam in Sconerstete ad VIII. solidos fratribus in oblationem. ut singulis annis in anniuersario illius placabiles hostias pro ejus absolutione offerrent deo et annuum censum susciperent ab ipso quod obtulit predio. Suscepitque eandem hubam ab ipsis fratribus dum uiueret excolendam eundemque censum persoluendum.

805. Traditio Ebbeceiz matronae.

In Christi nomine. notum fieri uolumus omnibus fidei orthodoxe catholicis modernis quam successuris. qualiter quedam matrona Ebbeceiz nomine huius fuldensis ciuitatis incola commota

---

803. P. 584, III, 34. Dieses Summarium ist mit dem der folgenden Urkunde bei P. in eine Nummer zusammengezogen.

804. Eb. II, 185b. P. 584, III, 34. Tr. 639. [1]) *participem?*

805. Eb. II, 178a. P. III, 581, 24. Tr. 640.

Digitized by Google

dolore non modico de morte uiri sui Gundelahi tam ipsa quam filii sui possessionem quam iure proprietatis in uilla Kemercella possederant ad altare s. Bonifacii patroni nostri in memoriam eiusdem Gundelahi delegauerunt. ea lege et conditione ut reditus eiusdem possessionis fratribus in annuam seruitutem cedat. eisque caritatis munus abinde inpendatur et ab ipsorum orationibus anima eius deo commendetur. ut memoria illius in libro uitę asscribatur. Testes sunt huius traditionis Trageboto. Wigandus. Almundus. Berthoh. et alii.

806. Traditio Ebezae matronae.

Cunctis fidelibus christianis tam presentibus quam futuris notum esse uolumus quemadmodum quedam matrona nomine Ebeza tam pro se ipsa quam uiri sui Almundi defuncti animę remedio duas hubas in uilla Nuwenstete nuncupata cum duobus mancipiis easdem hubas possidentibus et incolentibus cum omni genere utilitatis ad se pertinentis. uel que modo in presenti habent uel quę deinceps habituri sunt uel addi possunt. per manus ministerialium nostrorum Willihardi et Ruperti Gundelahi et Hecekindi ad altare s. Bonifacii martiris in fuldensi monasterio delegauit et contradidit. ea conditione ut fratribus eiusdem monasterii annuus census inde solueretur et anniuersarius predicti Almundi studiose celebraretur. illud summopere petens atque stabiliens. ut post mortem suam etiam ipsius memoria inde celebretur et pro amborum commemoratione fratribus caritas exhibeatur. Excepit autem. ne super hec bona cuiuslibet dignitatis persona potestatem aut dispensationem habeat. nisi qui communem fratrum prouidere debet utilitatem. Huius rei testes sunt Trageboto. Wigant. Almunt. Gerlah. Jordan. Diterih. Eberhart. Wigger. Adelbero. Heinrih.

807. Traditio Ruperti.

In nomine et honore sanctę et indiuiduę trinitatis. notum sit omnibus Christi fidelibus futuris atque presentibus qualiter Rupertus frater Willihardi ministerialis huius ęcclesię uir probus et honestus et in omnibus consiliis prudens ac prouidus. cum infirmitate atque languore graui usque ad mortem se detineri persensisset. uocauit ad se filios suos et fratrem Willihardum ceterosque cognatos et amicos et ait illis. Ecce ego moriar et uado ad patres meos. vos autem seruite deo in timore et sancto martiri ac domino patrono nostro Bonifacio et habebitis gloriam et laudem in hoc et in seculo futuro. ponite animas uestras periculo pro defensione domus dei fuldensis scilicet monasterii a quo habetis gratia domini predia et beneficia totius commodi uestri. Deinde rogauit eos obnixius atque diligentius. ut partem prediorum suorum in Heimenrode uidelicet ad sex solidos ad altare s. Bonifacii unanimi uoto pro eterna anime illius requie et annua commemoratione delegarent atque contraderent. eo tenore et pactione ut fratres sanctę fuldensis ęcclesię annuum censum inde percipiant et suis orationibus pro anima illius intercedant. Illi autem hęc audientes fecerunt sicut erant docti. Fratres uero nihilominus corpus illius defuncti solitis orationibus ceterisque funereis executionibus ex more celebratis ad ostia monasterii sepelierunt et eius memoriam deuote peregerunt.

---

806. Eb. II, 179 b. P. III. 581, 27.
807. Eb. II, 188 b. Tr. 641.

Digitized by Google

808. Traditio Gumbrahti.

Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse cupimus qualiter quidam homo liber ac nobilis Gumbraht nomine de Bleichenbach diuitiis et secli honoribus pollens ac prepotens. habens noticiam huius sanctę congregationis ex affinitate quorumdam fratrum nostrorum religiosorum ualde uirorum uidensque sepeumero sancte conuersationis ac diuini seruicii feruorem in fuldensi nostro monasterio compunctus et attactus spiritus sancti instinctu cogitabat ac desiderabat particeps fieri sanctę fraternitatis huius sacrosanctę congregationis. Proponens ergo ut uir sapiens in animo quid uoueret domino quod reddere posset. incidit illi consilium bonum ut sanctum Christi martirem uisitaret Bonifacium offerretque ei de pura conscientia suaque propria quam non habebat ex rapina substantia sacrificium illibatum corque contritum et humiliatum quod ubicunque deus respicit non contempnit. Vir itaque deo plenus ueniens ad fuldense monasterium. secum deportans optimum hoc uotum. obtulit deo et s. Bonifacio predium quoddam in Rotenkirchen quod de suo comparauit et fratribus huius ęcclesię in sui memoriam pia uoluntate contradidit. ut oratione eorum ipse cum suis deo commendetur et in recordatione tam futurorum quam presentium fratrum semper habeatur.

809. Traditio Hilderici.

Notum fieri uolumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter quidam homo fidelis et christianę religionis deuotione ac uirtutum perfectione preditus nomine Hildericus huius ęcclesię ministerialis haut infimus. tactus instinctu diuini amoris et sanctę caritatis igne succensus cepit intra se cogitare quomodo deum creatorem et redemptorem suum sanctumque eius martirem Bonifacium posset placare. ut in tremendo iudicio coram districto iudice possit securus apparere. Cumque hęc et hia similia sepius in corde reuolueret misit deus in cor eius ut ad s. Bonifacii fuldense monasterium pergeret et salustori suo deuota munera offerret. Venit ergo uir deo plenus et obtulit deo sanctoque martyri eius Bonifacio bona sua in uilla Wizenesheim nuncupata ad quatuor uidelicet uncias eo tenore et conditione. ut fratres sanctę fuldensis ęcclesię eundem censum annuatim accipiant et pro ęterna animę illius requie dominum deum nostrum deuote atque studiose exorare non desinant. Audita itaque peticione illius fratres sanctę fuldensis ęcclesię susceperunt eum in plenarię fraternitatis consortium iusseruntque ei hoc describi testamentum. ut nullus hominum eius oblationis irritum faceret uotum neque bonorum istorum traditio a fuldensium fratrum umquam remoueretur seruicio. Quod si quis faceret et iram dei omnipotentis incurreret et a cetu sanctorum segregatus eternaliter interiret.

810. Traditio Godeboldi canonici in Wirceburch.

Cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus constet esse notissimum. qualiter quidam uenerabilis ac nobilis clericus de ęcclesia quę est in Wirceburch. canonicus scilicet

---

808. Eb. II, 178 b. P. 581, III, 25. Tr. 642.
809. Eb. II, 189 a. Tr. 643.
810. Eb. II, 169 b. P. 577, III, 6. Tr. 644.

Digitized by Google

sancti Kiliani. [nomine Godeboldus [1]).] cum rerum mundanarum substantia ac diuiciis copiosissime ut illud hominum genus solet habundaret. uolens ex his quę sibi deus contulit commemorationem suam in fuldensi preparare monasterio. ut per gratiam domini et per interuentum beati martiris Bonifacii suffultus cottidianis precibus uenerabilium fratrum in eodem sacrosancto fuldensi monasterio particeps ęternę uitę fieri mererętur. decreuit aput se. ut predium suum in Hohcheim quod sibi proprietatis et hereditatis iure ac lege obuenerat deuotissimę uoluntatis affectu ad altare s. Bonifacii patroni nostri pro remedio animę suę et pro spe cęlestis patrię deo offerret fratrumque per hoc ut sui memores esse dignarentur gratiam conciliaret. Tandem nacta oportunitate uenit ad uenerabile s. Bonifacii martiris templum obtulitque in eo quod in uoto habebat supradictum predium suum in Hohheim ea intentione cum humili supplicatione. ut plenę fraternitatis et orationis consortio sancto iungeretur conuentui ipsique fratres studiose eius commemorationem facientes bonorum suorum quę obtulerat annuum censum sine ullius hominis contradictione perciperent. — XL. denar.

811. Traditio pro Berhtoldo in Ascheche.

812. Traditio Wernt.

Memorie cunctorum fidelium tam futurorum quam presentium uolumus esse notissimum. qualiter quidam ministerialis huius ęcclesię. nobilis et ingenuus inter suos comprouinciales Wernt nomine miles strenuus uir honestus et probus secundum seclum. erga deum religiosus et bonus. de Abbechelingen. postquam secli huius diuiciis et honoribus sibi large affluentibus satis fuerat fatigatus cogitabat intra se quod dicitur in euangelio. quid prodest homini si lucretur uniuersum mundum. se ipsum autem perdat et detrimentum animę suę faciat. Volens ergo temporalibus eterna lucrari bona sua quę habebat in Abbechelingen et nuwen Helingen quę ei iure hereditarię proprietatis successerant fratribus s. Bonifacii martiris in fuldensi ęcclesia ad possidendum propter nomen domini et propter amorem cęlestis patrię delegauit. ea conditione ut annuum reditum predicti fratres de tradito sibi patrimonio accipiant et eum tam uiuentem quam morientem in plenarię fraternitatis societatem recipiant. Quam traditionem cum deuote et intente peregisset et testes idoneos adhibuisset. a mundo perfecte conuersus euasit et ad nos transiens monachum se uerum fecit sicque multis annis nobiscum in bona conuersatione uiuens in extrema ętate feliciter hominem exuit et ad celestia regna felicius transmigrauit. census XXVIII sol.

813. Traditio pro Ditmaro de Luitfrideshusen.

Fideles cuncti tam presentes quam successuri cognoscant qualiter oblatio uenerabilium fratrum fuldensium a fidelibus christianis collata et tradita idcirco a sanctis patribus predecessoribus

---

[1]) Der Name steht bei Pistorius.

811. S. m. tradit. c. 70.

812. Eb. II, 171b. P. 578, III, 10. Tr. 646.

813. Eb. II, 172a. P. 578, III, 12. Tr. 647.

Digitized by Google

nostris uiris religiosis et deum timentibus concessa est et permissa. ut si quando defectum paterentur fratres in uestimentis seu in alimentis ex fidelium oblationibus possint sustentari. Preter hęc multis utilitatibus monasterii congruit census iste fidelium diligenter collectus et conseruatus. si tantum illi qui presunt et conportant animarum suarum salutem in eo custodiunt et pre oculis habent quod dominus ait. qui fidelis in paruo. fidelis est in maximo. et e contra. Nec dubium est quin seculares homines mundi diuitias possidentes eo deuotiores nobis sint alia conferre. quanto diligentius uiderint ista tractare. Multi enim sunt qui tam pro se ipsis quam pro caris suis hoc quod offerunt diligunt et fideliter dispensari. cupiunt. Defuncto Ditmaro de Luitfrideshusen ministeriali huius ecclesię heredes sui cęlum pro terra illum hereditare cupientes predium quod proprietatis iure per illum possederant in Kolbendorf in recordationem sui nobis tradiderunt. hac oblatione memoriam eius nobis commendantes eiusque animam a nobis commendari attentius postulantes. cui peticioni fratres deuote annuerunt et postulata concesserunt. — VI. solidi.

814. Traditio Bernhardi civis fuldensis.

Omnium fidelium christianorum cognouerit auctoritas. qualiter quidam uir religiosus ac timens deum ciuis fuldensis ciuitatis Berenhardus nomine. cum uideret tam ex longinquis quam de prope positis terrarum partibus omnes gentes uenientes deferre munera et oblationes ad altare sancti Bonifacii martiris et exinde adiuuari a fratribus precibus piis et sacris orationibus dicebat intra se. Quid nos miseri fuldenses ciues dicturi sumus qui prope positi inutiles et infructuosi terram preciosissimi martiris Christi Bonifacii sine gratiarum actione possidemus. cum ex longinquis locis totius pene orbis fideles innumerabiles cum suis ueniant muneribus commendare se deo et beatissimo martiri Bonifacio sanctoque conuentui uenerabilium fratrum deuotissime deo famulantium in nostro monasterio. Talibus ergo bonis cogitationibus a deo interius excitatus et ad bona opera aliorum bonorum uirorum exemplo prouocatus sicque inductus assidua eorum commemoratione quorum recordatio cottidie agitur in monasterio et participari his desiderans uenit et ipse prompto animo totoque succensus desiderio offerens deo et s. martiri Bonifacio uillulam quandam in Snepfenrode coram multis testibus. ea conditione ut fratres annuum censum inde accipiant et suum memorialem diem annuatim agant tantoque intentius deum pro eo exorent quanto ipsius beneficio largius fruantur. — X. solidi epiphan.

815. Traditio heredum Wigandi de Quekkaha.

Dei fideles tam futuri quam presentes agnoscant. fideliter firmiterque hoc factum omnes christiani credant. heredes cuiusdam Wigandi de Quekkaha huius ecclesię ministerialis uiri post mortem ipsius sperantes eum apud districtum iudicem a peccatis suis per orationes uenerabilium fratrum fuldensium alleuari predium quoddam in Ditolfesrode quod iure propinguitatis

814. Eb. II, 168b. P. III, 577, 4. Tr. 648.
815. Eb. II, 174a. P. III, 579, 13. Tr. 649.

Digitized by Google

per ipsum hereditaria uice possederant fidelibus fratribus fuldensis ecclesię pro remedio animę illius delegauerunt. ut quod inde annuo censu administrari possit singulari eorum utilitati cedat. Facta igitur hac uotiua postulatione per parentes predicti Wigandi fidelis defuncti uiri fratres uenerandi s. fuldensis ecclesię qui nichil umquam negare solent fidelium peticioni susceperunt oblationes fidelium uirorum pariterque promiserunt se oraturos et fraternitatis obsequium deuote exhibituros. ut idem defunctus propinquus uidelicet illorum Wigandus ob deuotionem et fidem offerentium communionis et fraternitatis societatem habeat cum eis in fuldensi monasterio extunc et nunc et tempore perpetuo. Testes huius rei sunt. Wigant et fratres eius Berthoh et Almunt. Trageboto. Gerlah. Adelbero. et ceteri ministeriales. – Census III. sol.

816. Traditio Goteboldi.

Ad laudem et gloriam nominis domini. Notum fieri uolumus cunctis christianę et ortodoxę fidei cultoribus. qualiter quidam parochianus uenerabilis clericus de Ermeneswerde diues et inclitus secundum seculi gloriam. secundum deum uero misericors bonus atque benignus. tactus interius igne diuinę compunctionis cepit cogitare intra se quia terrena et temporalis gloria caduca et instabilis esse dinoscitur et quia diuicię undecumque quesitę morientem hominem non secuntur. premium uero uitę eternę non solum magno sed et paruo constare precio dicente beato papa Gregorio. Regnum inquit cęlorum tantum ualet quantum habes. Hęc itaque et his similia ut diximus perpendens religiosus idem clericus nomine Goteboldus et sepius secum tacite reuoluens tandem elegit uiam incedere et relictis omnibus secularibus cum Maria ad pedes domini sedere. Misit ergo deus in cor eius consilium bonum ut beatissimi Bonifacii martiris in fuldensi ecclesia peteret patrocinium ipsosque uenerabiles fratres ex terrenis rebus intercessores faceret. ut eo melius deo propinquare posset. Quoddam ergo predium in Asmareshusen comparauit et beato Bonifacio offerens nobis fratribus ob recordationem sui contradidit. ipse uero non multo post seclo relicto ad nos uenit et monachus factus in sancta conuersatione uitam finiuit. — V. sol. Michael.

817. Traditio Adelberti.

Cunctis fidelibus Christi tam futuris quam presentibus notum sit. qualiter quidam Adelbertus nostrę substantię fidelis et utilis procurator multo tempore nobiscum in bono proposito conuersatus. religiosam castamque uitam ducens. de sua proprietate et labore quantum potuit ęcclesię contulit. quatuor uidelicet mancipia et de prediolo suo quantum habuit in Luterenbah. sed et in uilla Wigeres nuncupata ad III. solidos. obtulit etiam beatę Marię semper uirgini unum macellum in fuldensi foro. quod singulis annis reddit de adipe siue de sepo talenta XX. quinque ad illuminandum altare sanctę dei genitricis Marię in orientali parte monasterii nostri. Idem uir beatus diu cum egrotaret et dolorem intrinsecus multis diebus perpessus fuisset. fratres

---

816. Eb. II, 177b. P. 581, III, 22.
817. Eb. II, 189b.

Digitized by Google

nostri misericordia moti super eum fecerunt eum portare ad caminatam infirmorum curamque habentes super eum. utpote qui eis multo tempore fideliter et deuote seruierat. uisitabant eum frequenter et consolabantur. Cumque iam in agone positum cernerent ad extrema tendentem in articulo mortis esse. uenerunt ad eum omnes fratres et unguentes eum oleo commiserunt eius transitum domino et beato Bonifacio. nec minus cum iam obiret. aderat iterum pene omnis congregatio feceruntque ei omnes fratres sicut bene meruerat apud eos et communi officio peracto sepelierunt eum.

818. Commutatio bonorum inter Marquardum abbatem fuldensem et Adam abbatem eberacensem.

In nomine summae et individuae trinitatis eiusdemque inseparabilis unitatis. Ego Mar- 1151.
quardus sanctae fuldensis ecclesiae uocatus abbas notum esse cupimus omnibus tam subsequentibus quam praesentibus in Christo fidelibus. qualiter cum uenerabili uiro Adam abbate de Ebera et fratribus eius de quibusdam ecclesiae nostrae et suae ecclesiae bonis conuenimus sibi carius nobis uero utilius et commodius commutatis. in uilla siquidem quae uocatur Ysenheim quae ecclesiae nostrae iuris est uinetum est ex parte cultum et ex parte incultum. id ipsumque quod cultum fuerat in spinas et uepres iam olim siluescit. contiguum tamen uineis eberacensis ecclesiae. Placuit ergo praefato uenerabili uiro Adam primo eiusdem loci abbati et patribus eius id ipsum uinetum situm in loco qui Brunnen dicitur in ius ecclesiae suae trahere et uineis suis cultis adiacentibus plantando et putando inserere. Conuenimus ea propter Marquardum beneficiatum nostrum de Grumbach eorum rogatu qui id ipsum uinetum principaliter a nobis habebat ipseque homines suos per hoc beneficauerat ex omni parte absoluimus et ab eo resignatum sine omni contradictione recepimus ac per manum eiusdem Marquardi in manus uenerabilis fratris nostri Gebehardi wirziburgensis episcopi et germani sui Bopponis comitis in ius eberacensis ecclesiae confirmandum ac perpetualiter possidendum delegauimus. Verum quatenus concambium fieret ac legitimis commutationibus ratum et inconuulsum permaneret. uineas duas ab incolis eiusdem loci sacramento iuris iurandi pluris multo estimatas per predicti episcopi Gebehardi et fratris eius Bopponis manus solemni donatione in ius ecclesiae nostrae suscepimus et prefato Marquardo in beneficium concessimus. per predictum itaque Marquardum aduocatum uillae Ysenheim caute ac legitime ut diximus uinetum nostrum cum decimis suis eberacens. ecclesiae contradidimus et uineas duas cum agris quibusdam in eadem marca sitis recepimus. Acta sunt haec anno domini MCLI. indictione XIIII. epacta I. presente glorioso domino Cunrado Romanorum rege. anno quarto decimo regni eius. et episcopis wirceburgense G. et misinense et abbate stabulense. huius rei testes sunt. Hermannus palatinus. Boppo comes et Bertolfus frater eius. Giso et Manegoldus de Tunedorf. Herman de Bramberg et tres fratres eius. Hermannus camerarius noster. Bertolfus praepositus. ministeriales Bernhardus de Cigenhart. Willelmus de Uulda. Fringus et Billungus. Heinricus. Billungus. et alii multi. Et ut haec rata et inconuulsa permaneant cartam hanc fieri iussimus quam sigilli nostri titulis munimus.

---

818. Aus Schann. tradit. 650.

Digitized by Google

819. Traditio Gysonis comitis de Bilstein.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter Gyso comes de Bilstein abrenuntians seclo dedit nobis in oblationem quoddam predium suum in Rieden ad XXX. solidos. ut memoriam eius annuatim agamus et orationibus nostris animam eius deo commendemus. Is cum antea tres hubas de prebenda nostra iniuste sibi usurpando rapuisset in Hamelenburch et multo tempore contentio nobis fuisset cum eo. compunctus demum aliquando deo iubente soluit eas a nobis cum alio bono suo in hunc modum. ut pateremur eum habere easdem hubas ad spacium tantum uitę suę uel si hoc deo placeret magis usque ad conuersionem suam et postmodum haberemus simul ipsas hubas cum concambio quod dederat. Postquam autem mutatione dexterę excelsi mundum relinquere et ad Christum confugere disposuit. per interuentum domini Adę ebracensis abbatis easdem hubas reddidit eo tenore et conditione ut easdem hubas in Tulbam monialibus in aucmentum prebendę eorum daremus et ab eis bona nostra in Hohheim quę antea eis dederamus reciperemus. quod et fecimus. Placuit ergo nobis hęc omnia sub certa testificatione conscribi et memorię omnium tradi ne aliqua inde rursus permutatio nobis oriatur.

820. Priuilegium Hadriani IV. papae.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Marchwardo abbati uenerabilis monasterii sanctę fuldensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem in Christo. Inter uniuersas ecclesias theutonici regni ab antiquis patribus et predecessoribus nostris sanctis et apostolicis uiris priuilegiis et decretis confirmandum est fuldense monasterium et ideo non immerito ex auctoritate romanę curię et tutela principis apostolorum Petri floruisse opibus et dignitatis excellentia idem constat claruisse locus. cui nimirum benignius semper in suis negociis sacrosaneta romana prouidit ecclesia et quanto ipsum ad ius et tutelam suam specialius pertinere atque in sua deuotione firmius manere perspexit. tanto attentius in suis necessitatibus ei subuenire curauit. Scientes igitur quantis idem monasterium contra sanctorum precepta patrum procellarum quatiatur incursibus et quantas per secularium uirorum nequiciam pressuras patiatur atque molestias. quam duros etiam et remissos quosdam fratres et coepiscopos nostros multoties ad exhibenda tibi de malefactoribus tuis iusticiam inuenias attendentes. id auctoritatis personę tuę ex benignitate sedis apostolicę decreuimus indulgendum ut uidelicet si de malefactoribus tuis et commissę tibi ecclesię et inuasoribus bonorum ipsius in quibuscunque episcopatibus constitutis ad episcopos illos ad quos cura illorum spiritualiter pertinet querelam secundo tercióue pertuleris et ipsi tibi iusticiam facere recusauerint. liceat tibi malefactores illos post secundam et tertiam commonicionem nisi tibi et ecclesię tuę sicut rectum est satisfecerint. auctoritate nostra excommunicationis sententia innodare et non ante a quoquam episcoporum eadem sententia relaxetur quam tibi de his quę aduersus eos habueris satisfactionem exhibeant competentem. Tu itaque dilecte in domino fili taliter matri tuę

---

819. Eb. II, 187a. Tr. 65t.
820 Eb. I, 68b.

Digitized by Google

sacrosanctę romanę ecclesię pro indulto tibi beneficio deuotis et fidelis existe et taliter tibi indulta utere potestate. ut et hoc beneficium non immerito uidearis adeptus et ad alia impetranda conuenienter assurgere comproberis. Et quia prouidentiam tuam fuldensi monasterio in multis scimus esse necessariam. ex auctoritate nostrę apostolicę sedis statuimus et confirmamus. ut omnia quę in reditibus ecclesię a laicis requisiuisti et de prius ablatis uel iniuste possessis monasterio tuo restituisti sint rata et stabilia in perpetuum. Ea etiam quę fratribus tuis in consolationem cenę constituisti uel quę ceteris congregationibus tuis ob recordationem tuę memorię tribuisti. firma et inconuulsa permaneant. Denique ędificia murorum et possessiones castellorum ceterosque labores quos quos in eodem monasterio fecisti auctoritate apostolica roboramus. ut nullus hoc audeat infringere quod tu pro dei timore studuisti tuo monasterio requirere et requisita conseruare. Super hęc omnia decernimus et apostolica auctoritate sancimus. ut quicunque hęc ceteraque quę a sanctis patribus eidem monasterio tradita sunt irrita fecerit anathema sit.

Datum II. nonas Iulii.

821. Traditio Herolti.

Notum sit tam futuris quam presentibus lidum quendam nostrum nomine Herolt in uilli- 1156.
cationem nostram Hamelenburc pertinentem uillam Scunderun inhabitasse et uxorem de Muhthermes nomine Osterlint in gingium duxisse et eam predio quod iure proprietatis possederat ibidem dotasse. hęc pertinuit ad curiam cellarii nostrorum fuldensium fratrum. Genuit autem eadem Osterlint marito suo duos filios et duas filias quorum nomina haec sunt. Helenuic Uuolfbero Tolcrat Adelgund. Uolentes ergo prefati tam prole sua quam nepotibus in futurum prospicere ipsa predia quę in denominata uilla possederant ad curiam cellarii nostri hac condicione delegauerunt. ut singulis annis in festo s. Martini tam ipsi quam heredes sui cellario nostro duos solidos de eodem predio persoluant nec uiolentia alicuius ad possidenda alia beneficia nostrę ecclesię cogantur. Acta sunt hęc anno incarnationis dominicę MCLVI. indictione IV. imperante glorioso Romanorum imperatore Friderico. Marcuuardo abbate. Godefrido aduocato maiores domus. Dudone cellario. et hi sunt testes qui uiderunt et audierunt. Uuillihart. Rudipraht. Adalun. Ripraht. Iordan. Meginfrit. Uuigger. hęc qui irrita fecerit anathema sit.

822. De villicatione in Ottenhusen. 1157.

823. Traditio Ruggeri in uilla Kemercella.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Ego Marquardus sanctę fuldensis ecclesię hu- 1158.
milis minister notum fieri uolo uniuersis fidelibus tam presentibus quam futuris. qualiter quidam

821. P. 475, I, 102.
822. S. meine traditiones c. 74.
823. Eb. II, 182a. Dioec. 264, 34

Digitized by Google

noster prepositus uir per omnia probus et honestus et sacrę religionis amator et in dei lege timoratus et perfectus Ruggerus nomine de monte sanctę Marię semper uirginis inter cetera pietatis suę opera predium quoddam comparauit situm in uilla Kamercella nuncupato dato digno precio possessoribus eiusdem predii sine omnium hominum contradictione. Ipsum uero predium soluens XIII. solidos fuldensis monetę in maiore monasterio ad altare s. Bonifacii martiris cum nostro beneplacito obtulit sub ea condicione ut quinque solidi ad illuminandum sacellum beatę Marię semper uirginis pertineant. octo autem solidi ad fratrum communem utilitatem cedant. Ut ergo memoria eius diligentius habeatur et perpetuo inter fratres conseruetur, hanc eius traditionem uel oblationem conscribi et sigilli impressione roborari iussimus. ut et futuris omnibus pateat et a nulla umquam persona infringi uel immutari preualeat. Acta sunt hec anno domin. incarn. M°. C°. L. VIII°. indict. VI. regnante Friderico glorioso imperatore sub abbate Marcwardo. Godefrido aduocato. Huius rei testes sunt. Ludewicus. Herimannus. Lambertus. Willihardus. Rupertus. Jordanus. Wiggerus. Richardus. Reginfridus.

824. De villa in Riggozes.

1156. Ego Marcwardus dei gratia fuldensis abbas cum uiderem fratrum meorum infirmariam paucis reditibus usque ad mea tempora fuisse dispositam hoc ordine eam ampliaui ac melioraui eo tenore. ut infirmis et debilibus maior ibi possit esse requies et recreatio pro eius amore qui suis fidelibus in fine mundi dicturus est. Infirmus fui et uisitasti me. et. Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Villa in Riggozes pro custodia forestis nostri in Bramuirst duobus lidis dimissa fuit. sed eadem silua e medio facta predicta uilla seruicio nostro uacauit. Ego igitur sciens ex diuino mandato curam infirmorum amplius mihi incumbere. pro alleuanda eorum penuria eandem ad infirmariam fratrum meorum fuldensium tradidi et censum qui inde persoluitur decreui ibidem infirmantium indigentiae administrari. Porro prefati cognoscentes mansos suos infirmorum domui allegatos esse. cum fratre nostro Ortwino procuratore tunc temporis eiusdem obedientię in hoc uerbo conuenerunt. ut singulis annis in festo s. Walpurgis datis VII. solidis et VI. denariis tantumque tributi in festi s. Martini et X. solidis in epifania domini eosdem mansos iure hereditario possiderent. hoc adiecto ne quicquam ex his quę ad ipsos mansos pertinent inuaderent nec eosdem mansos per maiores uel minores natu se uel beneficiale iure aliis pertinentes quouis modo alienarent. Igitur me permittente et predicto fratre nostro Ortwino concedente eadem illis in hereditatem cessit. quamdiu hoc decretum per nos ab illis persoluitur. Quodsi per eos negligitur. ipsa hereditate priuentur. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°. C°. L. VIII°. indict. VIa. imperante F. Romanorum imperatore augusto. G. aduocato. presente omni congregatione nostra. Hi sunt testes huius rei. Ludewicus dec. Hermannus praepos. Lambertus camer. et ministeriales ecclesię Trageboto. Willehart. Rupraht et alii. Ego Marcwardus abbas fuldensis hanc traditionem feci et sigillo meo confirmatam memorię futurorum et presentium reliqui. quicunque ergo traditionem uiolauerit. perpetuo anathemate innodatus ab ipso domino et ab omnibus sanctis sequestrandus erit.

---

824. Eb. II, 190a. H. F. II, 186. 71.

Digitized by Google

825. Traditio Lamberti camerarii.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter ego Lambertus camerarius sanctę fuldensis ecclesię comparaui quoddam predium in Kemercella quod singulis annis sex persoluit solidos et obtuli illud domino meo s. Bonifacio martiri in oblationem fratrum nostrorum fuldensium pro recordatione dilectissimi amici mei domni Friderici abbatis de s. Godehardo in Hildenesheim pii ac reuerentissimi uiri. qui dum solito more ad festiuitatem s. Bonifacii uisitandi et orandi gratia. nam puer ipse olim hic nutritus est. aduenisset. incidit in egritudinem qua et defunctus est. Ego uero nimiam uiri familiaritatem et ueterem amicitiam et perfectę fidei illius caritatem impetraui a domino abbate et a sancto conuentu fuldensium fratrum ut exequię eius festiue et honeste celebrarentur et in loco celeberrimo iuxta dominos et patres nostros sanctę fuldensis ecclesię abbates sepeliretur. cuius memoriam annuatim postmodum celebrari a fratribus obtinui et commendationem singulis annis ad sepulcrum eius ab omni conuentu fieri impetraui. Huius rei gratia pro recordatione animę illius singulis annis statui caritatem fratribus de prefato predio exhiberi. ut eo libentius annuam recordationem illius agant. quanto pro salute animę ipsius et requie caritatis oblata percipiant.

826. Traditio Ebbonis praepositi.

Est operę precium cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus innotescere. qualiter dominus Ebbo prepositus huius sanctę congregationis. presbiter uenerabilis et monachus. uir per omnia fraternę caritatis affectione deuinctus. cogitans quomodo post mortem suam eandem caritatis deuotionem quam et uiuens solebat fratribus suis impendere potuisset. ut sua memoria cum eis semper in benedictione esset. petiit licentiam et assensum abbatis et decani sui ut quędam predia ex his quę sibi subpetebant compararet. de quibus nobis tam uiuens quam moriens annuatim deuotissime ministraret. Accepta ergo ut iam diu desiderabat a suis prelatis licentia quędam predia in Burchartes et in Bellemunt a se comparata nobis fratribus suis ea lege et conditione delegauit. ut festum s. Willibaldi episcopi et confessoris patroni illius pleno officio a nobis in memoriam sui agatur et ipsa die caritas panis piscium et uini ab eodem prescripto predio ab ipso coempto nobisque contradito subministretur. post mortem uero ipsius anniuersarius a nobis deuote ac studiose celebretur reditusque supradictorum prediorum cunctis fratribus in oblationem et commemorationem sui annuatim prebeatur uel si hoc magis placet fratribus caritas in refectorio sicut suprascriptum est in anniuersario eius subministretur. Census X. solidorum in festo s. Michaelis persolui debet.

827. Traditio Folmari praepositi.

Noverint tam seculares quam spiritales cunctique fideles presentes atque futuri fuldenses fratres semper tantę nobilitatis ac liberalitatis extitisse. ut in omnibus studiis diuini cultus sese pre

825. Eb. II, 188a. H. F. I, 44.

826. Eb. II, 172a. P. III, 11. H. F. I, 42.

827. Eb. II, 172b. P. 578, III, 11, mit dem Summarium der vorhergehenden Urkunde in eine Nummer zusammengezogen. H. F. I, 42.

Digitized by Google

omnibus exhibuerint priores et anteriores tam in cultu diuini ministerii quam in exercicio exteriori. quod inde datur intelligi quia in conscriptione librorum. in coemptione prediorum ceterorumque diuinorum studiorum exercicio uelut apes mella comportantes alius ante alium sollicitus est. quomodo aliquid ecclesię conferant. unde celestem sibi patriam acquirat. Igitur prepositus huius ecclesię Folmarus nomine quoddam predium in Kemercella per licentiam et consensum abbatis ac fratrum suorum dato precio redemit et fratribus huius ecclesię in eternam sui memoriam tradidit. confidens assidua eorum oratione ac fusa ad dominum continua prece peccatorum suorum absolutionem inuenire posse. At illi uidentes piam sollicitudinem beati uiri et caritatis indefessam beniuolentiam susceperunt eius oblationem benigno intuitu statueruntque communiter ut pro remedio animę eius annua recordatione commemorationem facerent. qua de re et hanc conscriptionem iusserunt fieri ut inter cetera pietatis opera aliorum fidelium computaretur profectus. quod frater iste quantum potuit pro salute animę suę laborauit. — V. solidi.

828. Traditio Ortwini.

In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris et redemptoris omnium. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter ego humilis frater Ortwinus considerans penuriam nostri hospitalis. ubi pauperes et peregrini in uice Christi sunt suscipiendi. collegi ex his quę abbatis mei licentia et ex commissa mihi obedientia tam in Fresia quam in nostra patria de laboribus meis seu per abstinentiam siue per diligentiam continere potui et ex his comparaui matri meę ecclesię quicquid boni potui. uidelicet in Thuringia uilla Rifenheim prestiti sex marcas puri atque probati argenti super unam hubam mihi in uadimonio positam cuidam Bopponi nostrę ecclesię ministeriali. quę huba X. solidos annuatim reddit. Emi etiam a quodam Hartmanno in eadem uilla hubam unam sex solidos per singulos annos statuto tempore hoc est in festo s. Michahelis et sanctę Walpurgis reddentem. quę omnia licet pauca domino et patrono meo s. Bonifacio cum ceteris quę uel in libris uel in aliis ecclesiasticis utensilibus quę soli deo omnium bonorum retributori cognita sunt trado et offero totaque mentis deuotione confirmo. ea condicione ut idem uadium siue predium annuo censu ad hospitale pauperum et peregrinorum deseruiat et apud Christum qui pro nobis omnibus pauper fieri dignatus est pro meis offensionibus intercedat.

829. Traditio Burchardi praepositi.

1162. In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Marcwardus dei gratia fuldensis || abbas. presentibus et futuris Christi fidelibus salutem in perpetuum. Ea quę diuina cooperante clementia || fratribus nostris a fidelibus in sublementum sui nostro tempore conferuntur. ad memoriam futurorum || litteris commendamus. ut diligentiam circa presentes et ipsos quam bonam habeamus || ex animo perpendant et memoriter teneant. Inde est quod notum omnibus facimus || qualiter

828. Eb. II, 187b. Diocc. 265, 38.
829 OU.

Digitized by Google

Burchardus maior praepositus nostrę ęcclesię et sancti Andreę in Nuenberc predia in Glihchen et Rodeheim quę compsrauerat ex his sumptibus qui ei superfuerant de praepositura in Nuenberc per manus Gerhardi germani sui comitis in Nuringes et Bertoldi comitis in Nitehe in altare sancti Bonifacii patroni nostri singulari usui fratrum nostrorum nostra licentia et consensu ipsis per futurum delegasse. ipsaque predia usu fructuario quoad uiueret recepisse. hac nostra dispensatione. ut singulis annis duas plaustratas uini ex eisdem prediis fratribus nostris in maiori ecclesia persoluat. Ad hęc uoluntarie quęcunque de futuro eius sollercia conquireret. eisdem fratribus cessura uoto se obligauit. et ut hęc ipsa ex dispensatione nobis credita consequeretur. mediantibus fratribus nostris precum instancia obtinuit. Auctoritate nobis a deo et romana sede collata hęc rata haberi decernimus et sigillo nostro inpresso presentem actionem confirmamus. Acta sunt hęc anno incarnationis dominicę millesimo. C. LX. IIº indictione Xª monarchiam romani imperii gubernante Friderico glorioso imperatore et semper augusto. VIIIº nostri regiminis anno. aduocato Heinrico cognomento albus. Hii sunt testes qui audierunt et uiderunt. Ortuuinus decanus. Lambertus camer. Ruggerus praepositus cellę sanctę Marię. Ortwinus praepositus cellę sancti Michahelis. Diemarus praepositus cellę sancti Johannis. et omnis congregatio fuldensis ęcclesię. de ministerialibus ęcclesię nostrę. Drageboto et filius eius Gerlacus. Williherus et filius eius Williherus. Rûpertus et filii eius Williherus et Heroldus. Berthous et filius eius Wigandus. Gerlacus et filius eius Cûnradus. Ermenoldus. Cûnradus et filius eius Berthous. Eberhardus et frater eius Diemarus. et alii quam plures. Hęc qui irrita fecerit anathema sit. (S.)

830. Traditio Marcwardi praepositi.

1166.

Notum sit cunctis fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter ego Marcwardus dei gratis s. Andreę apud || Fuldam dictus praepositus dimidiam huobam in Biligrimecella. diu ante tempora nostra in solitudinem redac || tam. Adelberdo cuidam libere condicionis homini. filio Rudegeri de Albenwineden libere colendam contra || didi. hac lege ut tam ipse quam omnis sua posteritas cum hereditario iure possiderent. quamdiu || singulis annis in festo s. Andreę apostoli patroni huius loci. IIIIor inde solides persoluerent. aliaque ministeria contribulium suorum seruicio similia omnimodis adimplerent. Acta sunt hęc anno dominicae incarnationis milles. C. LX. VI. indictione XIIII. regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico. Herimanno abbate. Rudolfo aduocato. Huius rei testes sunt fratres de claustro in Nûwenberc. Heinricus decanus. Hiltwinus. Godeboldus. Bern cellerarius. Diedericus de ciuitate. Eggihardus et Reginfridus de Biligrimecella. Berngerus de Welgeres. Rudegerus aliique quam plures. Ne autem hęc tradicio ab aliquo infringi possit uel adrichilari. sigillo domni Richardi abbatis fundatoris huius loci placuit eam insigniri et confirmari. (S.)

---

830. OU. Diocc. 266, 39.

Digitized by Google

831. Traditio Bobbonis de Sunneburne.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Burchardus fuldensis ęcclesię abbas. || Quotescunque per diuinam misericordiam et nostram fidelem suppeditationem diebus nostris ea promouentur. quę ad communem profectum fratrum || nostrorum prouenire dinoscuntur. ea nimirum scriptis commendari decet et oportet. ne processu temporis in obliuionem ueniant. quę ad usum || posteritatis salubriter fieri comprobantur. Inde est quod ad noticiam tam presentium quam futurorum presenti scripto deducimus. qualiter Bobbo de || Sunneburne ministerialis fuldensis ecclesię presentiam nostram adiit et quia internorum arbiter ei in aure cordis locutus erat. mundus || hic transit et concupiscentia eius. omnia quę in subscriptis allodiis iure beneficiali uel quouis modo possidebat. spe futurorum bonorum nobis resignauit eo uidelicet pacto. ut in communes usus fratrum libera et absoluta donatione transferrentur. specialiter oblationibus ipsorum deputata. allodium in Sunneburne cum omnibus suis pertinentiis. allodium in Wingarten cum omnibus suis pertinentiis. et quasdam areas in Haagen. allodium in Richenbac cum omnibus suis pertinentiis allodium in Bernwarterode cum omnibus suis pertinentiis. et molendinum in Aldenhagen. Fratres uero nostri boni uiri iusta desideria pio amore prosequentes communicato consilio quasdam possessiones quę ad ipsorum oblationes libere spectant omni tempore uitę suę tali conditione ei concesserunt. ut annuatim debitum inde censum eis persoluat et post obitum ipsius ad usus fratrum sine omni impedimento redeant. Possessionum autem nomina sunt hęc. predium in Wutensberc cum omnibus suis pertinentiis. Hattenhusun cum omnibus suis pertinentiis. molendinum in in Eberstete. Scire autem omnes desideramus. quod tam hec quam premissa bona liberrima sunt ob omni lege exactionis nec nobis nec alicui successorum nostrorum licitum sit uel prefato Bobboni uel alicui ecclesiastięę siue seculari personę in omnibus his bonis aduocatum constituere uel aliquid ex his beneficiali iure aut quouis malo ingenio occupare. Ut autem hęc actio rata et inconuulsa omni tempore permaneat. hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione firmari et testes subter annotari preecepimus. quorum nomina sunt hęc. Mehtfridus maioris ecclesię decanus. Bertolfus maior prepositus. Reginhartus camerarius. Rûggerus prepositi. Gundelacus prepositus. Sifridus praepositus. Laici. Rûdolfus comes et frater eius Gozmarus comes de Zigenhagen. Bobbo comes de Velsberc. Tragebodo et frater eius Gerlacus. Willehartus et frater eius Heroldus. item Willehartus. Gerlacus et filius eius Cûnradus. Bertohus et filius eius Wigandes. Bertohus et frater eius Bertolfus de Maggencello. Adelbertus et frater eius Fridericus de Hunivelt. Fridericus et filius eius Fridericus de Alegozes. Gerlacus et frater eius Henricus. Bertohus Teclo. (S.)

832. Traditio Geroldi.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Multi fidelium animabus post mortem atque in die iudicii resurreeturis elemosinas prodesse sperantes. quecunque possederunt mobilia atque immo-

---

831. OU. Tr. 652

832. Eb. II, 196[b], auf dem letzten Blatte, jedoch nicht von Eberhard's Hand geschrieben, H. F. I, 50.

Digitized by Google

bilia. ecclesiis. monasteriis. hospitalibus. ceterisque religiosis domibus pro remedio peccatorum suorum cum magna deuotione contulerunt. Iudas quoque Machabeus illud idem sperans pro suis sociis qui in bello ceciderant oblationes suas Ierosolimam misit offerri. Ego uero Geroldus miserabilis cecus eadem spe succinctus ea quę potui colligere uineas scilicet quas a Billungo et Gerungo Wirziburgensibus in Regenwardesberc et in Hutental pro XX. marcis et dimidia. bona etiam quę a Wigando. Reginfrido et Almundo eiusdem genere in Echincella pro XIIII. talentis et dimidio. domum quoque lapideam de foro. ad cuius constructionem X. marcas dedi. mansumque in Portenrode. quem ab Hartmûto monetario pro IIII. marcis. mansum similiter quem a Iordano in hoc loco pro tribus marcis comparani pro redemptione meorum criminum. parentum et omuium benefactorum meorum. monasterii fuldensis hospitali ad consolationem pauperum irrefragabiliter tradidi et trado. eo tamen tenore ut singulis annis in die anniuersarii mei fratribus eiusdem monasterii tam paruis quam maioribus plenaria karitas in pane et uino et piscibus a prouisore hospitalis habundanter ministretur. Tredecim pauperes eadem die pro dilectione illius qui dixit. Hospes eram et collegistis me. misericorditer pascantur. Uineam preterea in curia Hocheim quam pro VI. marcis emi supradictis fratribus tradidi. ut in die cunctarum animarum quę est post festum omnium sanctorum ipsis atque omnibus congregationibus maiori claustro adiacentibus ad honorum dei et animarum omnium omni occasione remota de eadem uinea propinetur. Hanc traditionem factam ego Burchardus fuldensis abbas una cum decano Meffrido. summo preposito Bertholdo. cellerario Cûnrado. custode Godefrido et omnibus nostrę ecclesię fratribus laudaui et laudo. et ne aliquis abbas uel aliqua persona mutare presumat sub anathemate confirmaui et confirmo. quod si quis presumpserit. a consortio fidelium in hac uita et a societate diuina in eternum separetur.

833. Traditio Hartungi de Sunnebrunnen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. || Cûnradus dei gratia sanctę fuldensis ecclesię 1187.
abbas uniuersis tam futuris quam presentibus salutem in perpetuum. || Quanto nutu diuini numinis fuldensi ecclesię pro ceteris preeminemus. tanto etiam saluti eius inuigilare debemus. et que || deo auctore nostris temporibus commode ordinata sunt. litteris annotare studuimus. Nouerit itaque tam presentium quam futurorum || posteritas. quod Hartungus ministerialis ecclesię nostrę de Sunnebrunnen. dum ad sepulchrum domini se precinxisset. diuino tactus spiritu. || bona sua in Sunnebrunnen et aliis circumiacentibus uillulis quę a progenitoribus suis loco beneficii a fuldensi ecclesia sibi prouenerant. nostra permissione et consensu pro suo suorumque remedio fratribus nostris sub testimonio plurium ministerialium ecclesię nostrę sine contradictione alicuius contradidit sub hoc census numero. maiori ecclesię tria talenta. reliquis circumiacentibus preposituris duo singulis talenta. ea conditione ut si vitae sospitae reuersus fuisset eadem bona quoad uiueret lege censuali a fratribus nostris reciperet. Iuit itaque et mortuus est. Post cuius obitum fratres nostri iam dicta bona iuri suo mancipata communicato consilio Sigebodoni de Frankinstein delegauerunt hac conditione. ut idem Sigebodo eadem bona sub eodem delegationis tempore et puncto iterum fratribus nostris delegauerit eo ordine. ut quamdiu ipse superstes esset maiori ecclesię

833. OU. Tr. 653.

Digitized by Google

V. solidos et reliquis prepositurie singulis tres solidos annuatim de ipsis bonis persolueret. Si autem uita decessisset. nominata iam bona non solum ecclesię nostrę sed et reliquis prepositurie libere uacarent in tantum ut nullus heredum suorum ullo unquam ingenio aliquid in eis sibi iuris uendicet. Et ne traditio ista tam legitime celebrata ullo temporis processu posset oblitterari auctoritatis nostrę sigillo fecimus insigniri. Acta sunt hęc anno millesimo. C°. LXXX°. VII°. indict. V. regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico. Cunrado moguntinę sedis archiepiscopo. Testes sunt hii. Otto decanus. Berngoz cellerarius. Cunradus. Bernhardus. Heinricus et Heinricus prepositi. Ludegerus et frater eius Ditherus de Haselstein. Dragebodo et filii eius Eberhardus et Cunradus. Bertolfus de Mecchencelle. Wigandus dapifer. Ermenoldus de Slitese. Bertoldus de Rockenstole. et alii multi. Amen. (S.)

834a. Privilegium Clementis III. papae ecclesiae in Radesdorf datum.

1190, 25. Mai. Clemēns episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Conrado praeposito ecclesiae sancti Iohannis Baptistae in Radesdorf eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere et uigor postulat sequitatis et ordo exigit rationis praesertim quando petentium uoluntates et pietas adiuuat et ueritas non relinquit. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et praefatam ecclesiam sancti Iohannis Baptistae et sanctae Caeciliae in Radesdorf in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti priuilegio communimus statuentes ut quascunque possessiones quaecunque bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis praestante domino poterit adipisci firma uobis et uestris successoribus et illibata permaneant in quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis. locum ipsum in quo praefata ecclesia sita est cum omnibus suis pertinentiis. ecclesiam sancti Laurentii in Ussine cum ipsa uilla et omnibus suis pertinentiis. Doftaha. Ingimaristat. Sulaha cum earum pertinentiis. Geitinstat. Isileibes. Negilstete cum earum pertinentiis. Melre. Cledistete cum omnibus suis pertinentiis. Datinberch. Serlinges. Gozoldesdorf. Haselaha. cum aliis uillis et pertinentiis omnium supradictarum uillarum. Libertates praeterea et immunitates curiarum claustralium uestrarum necnon antiquas et rationabiles consuetudines ecclesiae uestrae concessas et hactenus obseruatas ratas habemus et eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. Autoritate quoque apostolica nihilominus duximus prohibendum ne aduocatus uester qui pro tempore fuerit locum ipsum uel quae ad eum pertinent grauare seu quibuslibet indebitis exactionibus tam in forestis et nemoribus quam noualibus ecclesiae uestrae fatigare praesumat sed his quae antiquitus sibi concessa sunt et ad iustitiam suam pertinent contentus existat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare

---

834a. Entnommen aus dem Copiarium des Collegiatstiftes Rasdorf fol 14ᵇ und wiederholt in einem Notariatsinstrument fol. 18ᵃ. Bei Schannat fehlt die Urkunde; dagegen giebt er Dioec. 266. 40 das Privilegium des Papstes Coelestinus vom J. 1191, welches fast nur eine wörtliche Wiederholung der obigen Bulle ist.

Digitized by Google

sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salua sedis apostolicae autoritate et diocesani canonica iustitia [1]). Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine diuinae ultioni subiaceat. cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Amen.

Datum Lateran. per manum Moysi sanctae romanae ecclesiae subdiaconi uicem agentis cancellarii VIII. kalend. iunii indictione VIII. incarnationis dominicae anno. M. C. XC. pontificatus uero domini Clementis papae tertii anno tertio.

834b. Traditio Gerlaci de Haselstein.

In nomine domini amen. Favorabilibus negotiis laudabilis non incongrue memoria suffra- 1239, 1. Nov.
gatur. ut dubium laudem non amputet neque calumnie subnascens ex tempore favori praeiudicium inducat. Sane ad praesentes et futuros accedat. quod ego Gerlacus de Haselstein ad consequendam amplius diuinae miserationis clementiam quae sperantes in se sublevat copiose pro salutaribus animae nostrae remediis requisito favore domini Conradi abbatis fuldensis et communicato consensu coniugatae meae Mechtildis legaui fratribus maioris ecclesiae de Fulda deo et s. Bonifacio ibidem militantibus advocatiam quatuor villarum quas certis nominibus duximus exprimendas. Deiten. Batten. Syfrides. Vindelines. ut proventus ipsarum in usus fratrum dictorum sublato obstaculo convertantur. ita quod in die beati Michaelis plena caritas fratribus de tribus talentis provide ministretur. nec volumus ut eodem die pauperes debito subsidio defraudentur. in anniuersario etiam nostro seruitium caritatis pro XXXV solidis predictis fratribus innovetur. ut multiplicata fratrum intercessio veniam nobis a domino obtineat salutarem. et ut huius facti dubietas ab omnibus auferatur. ut nostra memoria oblivionem evitet. praesens scriptum sigillis domini abbatis et meo duximus perpetuo roborandum. Acta sunt haec anno gratiae M. CC. XXXIX. indict. XII. kalendis novembris. coram his testibus. Theoderico decano maioris ecclesiae. Gerlaco s. Mariae. Bertoldo s. Petri. Ludewico s. Ioannis prepositis. Rudolfo notario. Simone de Slidise. Ruperto de Masnerspah. et aliis quam pluribus.

835. Traditio Rudolfi notarii fuldensis.

In nomine domini amen. Rudolfus notarius fuldensis omnibus in perpetuum. cum ei a1241, 22. Ap
quo bona cuncta procedunt a preceptoribus donorum digni et laudabiliter non immerito seruiatur.

---

[1]) Die Worte *et diocesani episcopi canonica iustitia* stehen auch und zwar an derselben Stelle, im Privilegium Coelestin's; Schannat aber hat sie weggelassen.

834b. Tr. 654.

835 Tr. 655.

Digitized by Google

veritatis inducebar instinctu. ut qui prosperabar in temporalibus ecclesiae s. Bonifacii de cuius gremio percepta possedi spe aeternorum proficerem in augmentis. ut et salus suscitaretur porrigenti et fratres ecclesiae pro me dominum hilarius postularent. Sane nullum lateat. quod ego confidens in domino elemosinam hominis peccatum extinguere et mundare. fratribus s. Bonifacii in Fulda requisito et habito consensu domini mei Conradi abbatis fuldensis cuius me gratia in omnibus gratiosissime sublenauit possessionem meam in Fulda. uineta mea prope Salam. omnia mobilia et immobilia debita circumspectione legani. ne igitur mea super hoc a quoquam fraudetur intentio. ne domini praemissi super hoc aliqua illusione turbentur. qraesens scriptum liberaliter inde confectum sigillis domini mei abbatis et conuentus duxi perpetuo roborandum. Acta sunt haec Fuldae anno gratiae M. CC. XLI. VI. kal. mai. coram his testibus. Gerlaco s. Mariae. Gerlaco s. Michaelis. Bertoldo s. Petri. Ludewico s. Ioannis et Gerlaco de Holzkirchen praepositus. Eberhardo notario. Eberwino scholastico. Diterico plebano fuldensi. Laicis. Conrado fuldensi. Alberto de noua curia. Ottone dicto aduocato. Ougelmo sculteto. Treibotone monetario et aliis testibus.

836. Traditio Tragebodonis militis.

1341. In nomine domini amen. Uniuersis Christi fidelibus tenore praesentium innotescat quod ego Tragebodo miles dictus de Biberstein et uxor mea Hildegundis nomine pro remedio animarum nostrarum in honorem s. Bonifacii martyris Christi in Fulda fratribus eiusdem ecclesiae duas hubas in uilla Rissilbach coniuncta manu tradimus sub hac forma. quod nobis duobus uiuentibus uel etiam altero tantum V. solidi fuldensium denariorum in festo s. Michaelis singulis annis praedictis fratribus soluantur absolute nec aliquod ius aut servitium ab incolis earundem hubarum ex parte fratrum praedictorum aliquatenus requiratur. sed talia nobis simul uel alteri nostrum temporibus uitae praesentis integraliter reseruentur. nobis autem de carnis huius ergastulo liberatis saepe dictas hubas cum omni iure et seruitio consueto a memoratis fratribus sine omni contradictione rationabiliter collatas statuimus possideri. Ne igitur haec per nos facta donatio alicuius scrupulo dubietatis subiaceat sed integra potius permaneat et inconuulsa. eandem sub testimonio proborum uirorum conscriptam sigillo domini nostri Cunradi abbatis et saepe dictae ecclesiae s. Bonifacii digne duximus confirmandam. Testes autem huius donationis sunt. Theodoricus decanus. Gerlacus praepositus s. Mariae. Bertoldus s. Petri. Ludewicus s. Ioannis praeposti. Gerlacus et Bertholdus de Slitise milites. Otto aduocatus et alii quam plures. Acta sunt haec anno gratiae MCCXLI. sub imperatore Friderico.

837. Traditio Cunradi militis.

1341. In nomine domini amen. Uniuersis Christi fidelibus tenore praesentium innotescat. quod ego Cunradus miles dictus Fuldensis et uxor mea Mergardis nomine pro remedio animarum nostrarum in honorem s. Bonifacii martyris Christi in Fulda fratribus eiusdem ecclesiae hubam

836. Tr. 656.
837. Tr. 657

Digitized by Google

unam in uilla Rotahe coniuncta manu tradimus sub hac forma. quod nobis duobus uiuentibus uel etiam altero tantum VI. solidi fuldensium denariorum in festo s. Michahelis singulis annis praedictis soluantur fratribus absolute nec aliquod ius aut seruitium ab incola eiusdem hubae ex parte fratrum praedictorum aliquatenus requiratur. sed talia nobis simul uel alteri nostrum temporibus uitae praesentis integraliter reseruentur. nobis autem de carnis huius solutis ergastulo saepe dictam hubam eum omni iure et seruitio consueto a praedictis fratribus statuimus possideri. Acta sunt haec anno gratiae MCCXLI. sub imperatore Friderico.

838. Traditio Theodorici sculteti.

In nomine domini. Cunradus dei gratia fuldensis ecclesiae abbas omnibus in perpetuum. 1244.
ea quae studio pietatis et instinctu karitatis prouida deliberatione geruntur tanto maiori firmitate roborantur quanto maius commodum continent et redolent pietatem. Sane tam praesentibus quam futuris duximus declarandum. quod Theodoricus scultetus noster in Hunefelt pro remedio animae suae contulit conuentui nostro maioris ecclesiae domum suam lapideam sitam in foro Hunefelt ita ut tam ipse quam sui heredes singulis annis quatuor solidos in festo beati Bonifacii inde persoluant. Ut igitur huius facti dubietas ab omnibus auferatur. praesens scriptum sigillis nostro et ecclesiae duximus roborandum. Acta sunt haec anno domini M. CC. XL. IIII. indict. II. coram his testibus. Berthoho decano maioris ecclesiae. Gerlaco s. Mariae. Heinrico s. Petri. Ortwino s. Iohannis. Ekkehardo s. Michahelis. Eburhardo in Hunefelt praepositis. Henrico infirmario, Laicis uero Cunrado fuldensi. Godefrido de Erlebach. Conrado Lupo magistro coquinae nostrae. Wernhero carpentario et aliis quam pluribus.

839. Traditio Cunradi Vulder.

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi tam praesentes quam posteri quod ego Cun- 1246. 3. Jun.
radus Vulder saluti meae praecogitans hubam meam in Rotha XXX solidos soluentem in remedium animae meae et antecessorum meorum s. Bonifacio et conuentui in Fulda libere contuli. quam hubam dictus conuentus coniuncta manu Berthoo et Gerlaco germanis et suis heredibus hereditario iure contulerunt ita ut dicti B. et G. singulis annis in festo s. Iohannis XI solidos, in epiphania XV. solidos. duas aucas. IIII. pullos et quinquaginta ova conuentui persoluant. et ut hoc firmum et ratum permaneat sigillo s. Bonifacii et conuentus hanc litteram fecimus sigillari. Acta sunt haec anno gratiae M. CC. XL. VIII. V. nonas iulii. Testes sunt Heinricus decanus. Gerlacus maior praepositus. Berthous s. Petri. Ortuuini s. Iohannis. Eckehardus s. Michaelis praepositi et totus conuentus fuldensis. Cunradus Vulder. Hermannus de Borslo. Traboto de lapidea domo. Lupelinus. Berthous Ascroth. Otto de Malcoz. Berthous Ramphus et alii quam plures.

---

838. Tr. 658.
839. Tr. 659.

Digitized by Google

840. Praeceptum Wilhelmi regis de castro Stolzenberc.

1252, 13. Dec. Willelmus dei gratia. Romanorum rex. semper augustus. vniuersis imperii fidelibus. ad quos peruenerit presens scriptum. gratiam suam et omne bonum. || Celsitudinis regie honor intenditur et eius benignitas approbata coruscat, cum ecclesiarum, que regalibus sunt suffulte || remediis et libertatibus honorate, commodis honoribus et quieti magnifico prouidet incremento vt igitur ecclesia || Fuldensis multis decorata priuilegiis prauorum incursibus potenter resistat, ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire || quod nos ven. H. abbati Fuldensi, dilecto principi nostro, qui se nobis gratum multipliciter reddidit et deuotum, || presentibus liberaliter indulgemus, quod reparet auxilio nostro. et fauore regali castrum suum Stolzenberc. quod per inimicos ecclesie. et nostros diebus nostris exstitit maliciose destructum, vt igitur nostre permissionis beniuole et fauoris dubietas ab omnibus auferatur. presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum apud Isenachum. Idus decembres, indictione X[a1]).

841. Traditio Tragbodonis de Binbach.

1278. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Berthous diuina fauente clemencia fuldensis ecclesie abbas, Albertus decanus, Fridericus praepositus totusque conuentus eiusdem loci uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in filio dei uiui. Ne pie deuotiones fidelium que merito in benedictione eterne misericordie permanebunt a succedentium cordibus facile dilabantur, sollicitudo prouida modernorum consueuit eos litteris autenticis perhennare, ut posteri nostri animadvertere possint, quid honoris, quos fructus quidue utilitatis pro eis antecessorum industria duxerit ordinandum. Inde est quod ad noticiam tam presentium quam futurorum praesentibus litteris volumus peruenire, quod fidelis noster Tragbodo de Binbach coadunata manu uxoris sue Cunegundis ad manus nostras libere resignauit quatuor talenta fuldensium denariorum que de moneta nostra fuldensi singulis annis tam ipse quam sui heredes percipere debuerunt, quorum unum antiquum et iustum feodum fuit, reliqua tria suis progenitoribus et eidem Tragbotoni et suis heredibus pro feodo castrensi perpetuo a nostris predecessoribus collata fuerunt. in quorum recompensationem duos mansos in villa Gunthers sitos multo meliores quam dicta tria talenta pro feodo castrensi nobis et abbatibus nobis succedentibus assignauit, et de hiis quatuor talentis antedictis de nostra permissione conuentus etiam nostri accedente consensu suum et uxoris sue prefate condidit testamentum. Statuit enim ut monetarius fuldensis qui pro tempore fuerit omni anno in festo purificationis beate virginis ad liberarium siue ad armarium nostrum sub bono testimonio seniorum capituli nostri quatuor talenta legalium fuldensium denariorum omni occasione postposita representet, de qua pecunia comparabit purpura que vulgariter dicitur samyt vel baldekin, quod pro ipsa pecunia melius poterit comparari, et in die patroni nostri beati Bonifacii per manus decani qui tunc pro tempore fuerit ad altare eiusdem offeretur, ut idem preciosus martir una cum aliis patronis nostris pro peccatis et erratibus memorati Tragbotonis et uxoris

---

840. OU, an welcher noch die grössere Hälfte des Siegels hängt. Buch. 389. [1]) Dies ist die ursprüngliche Zahl. Mit anderer, fast frischer Dinte ist eine I. hinter X. hinzugesetzt und diese Zahl XI. giebt Schannat.

841. Copiar 8. 175[b]. Tr. 660.

Digitized by Google

sue Cunegundis antedicte dignetur intercedere apud deum. de purpura quoque predicta ornatus aliquis tunc magis utilis de consilio seniorum formabitur in seruicio diuino in nostro uestiario perpetuo permauendus. Ut autem predictum testamentum pro reparatione ornatus nostri salubriter adinuentum firmo robore perhenniter stare possit tam nos quam omnes prelati nostri ac totus conuentus noster super nos elegimus decreuimus et fieri uolumus, ut si forte nos quod absit aut posteri nostri aliqua necessitate compulsi supradicta quatuor talenta in usus alios quam predictum est conuertere adtemptaremus, heredes sepedicti Tragbodonis qui pro tempore viciniores tunc fuerint in bonis omnium nostrum vel posterorum nostrorum tam diu impignorabuntur sine omni contradictione nostra uel posterorum nostrorum, donec dicta purpura sicut expressum est superius ad memoratum beati Bonifacii altare notorie fuerit prestata. Nos etiam pro tanta liberalitate ecclesie nostre inpensa anniuersarium sepe dictorum Tragbodonis et uxoris sue Cunegundis in compulsacionibus vigiliarum et missarum celebrationibus eternaliter peragemus. Igitur ut premissa omnia inconuulsa permaneant omni euo, presentes litteras inde conscriptas ac sigillorum nostrorum munimine roboratas antedicto Tragbotoni et suis heredibus damus in testimonium super eo. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC°. septuagesimo octauo indictione sexta regnante domino Rudolfo Romanorum rege semper augusto coram his testibus. Bertoldo s. Andreae, Alberto s. Johannis, Berthoo s. Michahelis praepositis. Alberto camerario. Heinrico operario. Wigando infirmario. et omnibus aliis ecclesie nostre fratribus et aliis quam pluribus viris providis et honestis.

842. Praeceptum Rudolfi regis de administratione temporalium fuldensis ecclesiae.

Rudolfus dei gratia Romanorum rex. semper augustus. vniuersis sacri romani imperii Christi fidelibus. presentes litteras inspecturis. gratiam su||am et omne bonum. Clamor populi validus. variis et diuersis querelis aures nostras inebrians. ad audientiam nostram perduxit. quod insignis || fuldensis ecclesie. que in excelsa quondam floruit dignitate. ad tantam paupertatem dilapidata peruenit. quod vix umquam poterit a perpetue || ruine periculo subleuari. nisi festino sibi remedio succurratur. Nos igitur in casu flebili tam insignis membri imperii non potentes || lacrimam interne conpassionis restringere. sed reformationi ipsius uotiue salubriter intendere cupientes. de principum et aliorum deuotorum nostrorum consilio. ad petitionem venerabilis abbatis et conuentus fuldensis. necnon ad omnium nobilium. ministerialium. castrensium. ac ciuium ipsius ecclesie feruentem instantiam nobili viro. Ebbirhardo comiti de Kazzinelleboge. in quem vota singulorum communiter aspirabant. amministrationem temporalium ipsius ecclesie a festo sancti Martini proxime nunc venturo ad sex annos continuos de consensu abbatis et conuentus predictorum duximus committendum. ita quod idem abbas in abbatia sua remaneat et ac de temporalibus amministrandis medio tempore nullatenus intromittat. Predictus quoque abbas habebit singulis annis pro sustentatione sua et familie sue necnon prepositure sue sancti Petri et personarum attinentium de redditibus officii castri in Hasilstein quadraginta libras fuldensium denariorum. septuaginta quartalia tritici et siliginis. et totidem quartalia auene. de officio in Hamilnburg duas karratas vini melioris et tres vini communis. de officio in Rockiustul decem porcos. quos in gratiam

1262. 5. Novbr.

842. OU. H. F. II, 210, 99.

Digitized by Google

redditus predictus comes per officiatos locorum predictorum eidem abbati sine diminutione faciet annis singulis presentari. Conventui etiam fuldensi amministrabitur sua prebenda iuxta possibilitatem reddituum ecclesie. sicut hactenus est consuetum. Preterea dictus abbas de beneficiis ecclesiasticis et feodis ecclesie conferendis nichil faciet nisi pro comodo et utilitate ecclesie cum ipsius Eb. comitis consilio et consensu. Insuper ministeriales et fideles ecclesie de mandato abbatis in presentia nostra facto ipsi comiti per eosdem sex annos deuote obedient in omnibus et intendent. Munitiones vero et castra ecclesie ipse comes ministerialibus et aliis attinentibus ecclesie fidedignis committet. sic quod ab ecclesia alienari non possint. sed ex spirante amministrationis tempore ad ipsam ecclesiam libere reuertantur. Si vero medio tempore abbatem eundem cedere aut decedere contingat. tunc monachis libera electio permanebit. Praeterea abbas cum suo sigillo et conuentus cum suo sigillo. quod trium personarum fidedignarum de consilio predicti cõmitis ad hoc eligendarum custodie committetur. non debent sine debent sine scitu et voluntate ipsius comitis aliquas litteras sigillare. per quas res et possessiones ecclesie alienentur aut obligentur. sev per quas ecclesia ledi possit. Insuper de consilio trium monachorum deum timentium debet per . . abbatem et comitem status spiritualium in melius reformari et facinorosa crimina penitus ex stirpari. Preterea si prefatum comitem occasione amministrationis predicte notoria seu euidentia dampna contingat incurrere. de hiis ipsum et suos heredes predicti . . abbas et conuentus indempnem reddere tenebuntur. sed pro huiusmodi dampnis munitiones castra et possessiones ecclesie ipsi comiti et heredibus nullatenus obligantur. Hec omnia supradicta idem abbas iuramento interposito et conuentus fide prestita in nostra presentia promiserunt inuiolabiliter obseruare. Testes huius sunt. Venerabilis Heinricus Basiliensis episcopus princeps noster. Nobiles viri. Gotfridus Seynensis. Johannes de Spanheim. Burkardus de Hohenberg. Henricus de Wilenowe comites . . . De Tylndorf magister curie. B. de Libsberg. Rabenoldus. Hertuigus de Hasilstein. Gerlacus magister coquine milites ecclesie fuldensis. et quam plures alii fidedigni. In cuius rei euidentiam pleniorem presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus roborari. Nos vero abbas et conuentus sepefati omnia promissa recognoscimus esse vera. in testimonium eorum sigilla nostra presentibus litteris appendentes. Actum et datum Maguntie. nonis nouembr. indictione XI. Anno domini millesimo ducentesimo. octuagesimo secundo. Regni uero nostri anno decimo. [1])

843. Rudolfi regis confirmatio privilegiorum.

1289, 16. April. Rvdolfus Dei gratia Romanorum Rex. Semper Augustus. Uniuersis Sacri Imperii Romani fidelibus, praesentes litteras inspecturis. gratiam suam et omne bonum. Eius gratia super solium Regni residentes, qui dat omnibus affluenter, nec improperat ipsius imitantes uestigia, pro nostre modulo || paruitatis. postulantibus grãtie beneficium non negamus, Presertim uotis illorum liberalius annuentes, qui seculo se castrantes vigili sollicitudine diuinis obsequiis famulantur. Accedentes itaque viri religiosi venerabilis Heinricus abbas fuldensis, Princeps noster dilectus, vna cum fratribus Conuentus || Monasterii eiusdem nostre Maiestatis praesentiam deuotissime

[1]) Die beiden Siegel sind angehängt.

843. OU. H. F. II, 215, 106.

Digitized by Google

supplicarunt, quatenus diuine remunerationis intuitu quedam ipsorum priuilegia expressione certorum articulorum in eis contentorum, inferius summarie annotata, a diuis Imperatoribus et Regibus Romanorum nostris predecessoribus abbatibus et fratribus predicti fuldensis || Monasterii eorumque successoribus ob diuinum amorem concessa et indulta, coram nostra Maiestate perspecta, lecta, et intellecta dignaremur innouare, donare et auctoritate Regia confirmare. Dominus enim Ludowicus Illustris Rex Romanorum primum suo priuilegio tradidit et concessit Scolasticis predicti || fuldensis Monasterii et omnibus eorum successoribus pro nutriendis personis et imbuendis Scolasticis disciplinis colonos seu homines imperio attinentes, qui super terras eiusdem Monasterii commanent, siue iure hereditario siue alio quocunque titulo possideant, ut censum necnon seruitium et omne ius, quod pro conditione sua ad fiscum Regalem soluere debent, ad usum predicti Scolastici et successorum suorum soluere teneantur. decernens nichilominus et iubens, ut nullus iudex publicus nec aliquis alius prefatos homines sollicitet aut inquietet, steuram ab eis aut aliquod seruitium ex parte Imperii exigendo nec ad iudicia publica eos ire compellendo in aliquo conturbare praesumat. Hanc vero concessionem ac donationem predictis Scolasticis factam Illustris Otto Rex Romanorum. item serenissimus Otto pater eiusdem Romanorum Imperator. item illustris Rex Heinricus postmodum succedente tempore similiter suis priuilegiis concesserunt, donauerunt et confirmauerunt abbatibus et fratribus predicti monasterii et eorum successoribus vniuersis. Preterea Otto Rex predictus inter alios concessionis sue articulos districte inhibendo statuit, ut nullus Principum, Ducum, Marchionum, Comitum vel aliorum quorumcunque nobilium in terminis seu fundis, quos sub Romano Imperio sepedictum possidet Monasterium, Oppida, Castra, Castella vel omnino aliquas munitiones edificet vel instauret, et ne in eisdem terminis seu possessionibus thelonea, vectigalia, pedagia, monetas et wiltbannos aliquis cuiuscunque dignitatis existat recipere uel habere presumat. Uerum quia Comites prouinciales et alii quidam nobiles ministeriales, vasallos et alios predicti Monasterii homines ad iudicia publica genere monomachie aliquando trahebant, ex qua re ipsum monasterium grauiter ledebatur. ideoque ut sepedictum Monasterium cum personis et omnibus bonis suis plena gaudeat libertate. iam dictus Otto Rex donauit etiam et concessit inhibendo districte, ut nullus iudex publicus, Dux, Marchio, Comes uel vicecomes ministeriales, vasallos aut alios ipsius Monasterii homines tam ingenuos quam et seruos ad aliqua omnino trahant iudicia, sed coram abbate qui tunc fuerit causas suas agant, ita quod si abbas tepidus, remissus aut iniuriosus querulantibus existeret, coram Rege uel Imperatore causas suas prosequantur. Item Illustris Otto Romanorum Imperator predictus inter alias sui priuilegii gratias concessit et confirmando statuit, ut nullus iudex publicus uel quilibet pollens iudiciaria potestate in ecclesias, villas, loca, agros uel possessiones, quas idem fuldense Monasterium iam possedit uel deinceps diuina pietas ad augmentum ipsius loci augere uoluit, ad causas more iudiciario audiendas aut homines ipsius Monasterii tam ingenuos quam seruos super terram ipsius Monasterii commanentes distringendos aut ab eis aliquid extorquendum ingredi audeat. sed liceat abbati suisque successoribus predicti Monasterii cum sibi subiectis sub protectione imperii predicta omnia quiete et pacifice possidere. et quicquid de hiis rebus ius fisci exigere poterat, idem imperator pro eterna remuneratione sepedicto Monasterio tradidit et concessit. Item Illustris Heinricus Romanorum Rex supradictus in prefate confirmationis sue priuilegio concessit specialiter et donauit, ne pro inuestitura temporalium seu Regalium suorum, que per sceptrum regium fieri debet, ab abbate predicti monasterii de nouo creato per aliquos regalis curie ministros aliquid expetatur. Qui etiam Rex pie et liberaliter confirmauit omnia bona mobilia et inmobilia cum abbatiis, comitiis, centis, iudiciis, theloneis, monetis, bannis, districtibus, wiltbannis, iurisdictionibus et aliis quibuscunque

Digitized by Google

bonis et iuribus que diui Imperatores et Reges Romanorum, Principes ac alii fideles infra Romanum imperium sepedicto Monasterio deuotionis intuitu obtulerunt, et quecunque iam possedit vel in futurum adipisci poterat domino concedente. Nos igitur Rudolfus Romanorum Rex predictus ob diuine clementie reuerentiam ac anime nostre remedium salutare deuotissimis dicti venerabilis abbatis, Principis nostri dilecti, necnon fratrum Monasterii fuldensis precibus inclinati priuilegia superius annotata, que perfecta, non cancellata, non abolita nec in aliqua sui parte uitiata, fide conspeximus necnon intelleximus oculata a felicis recordationis diuis Imperatoribus et Regibus Romanorum superius nominatis concessa liberaliter et indulta inxta superius expressorum ac aliorum in predictis priuilegiis contentorum articulorum continentiam per has nostre serenitatis litteras innouamus, approbamus et auctoritate Regia predicto abbati et suis successoribus necnon monasterio supradicto in perpetuum confirmamus. decernentes ex nunc irritum et inane quicquid vnquam contra tenorem supradictorum priuilegiorum et inmunitatum in preiudicium vel grauamen predicti fuldensis Monasterii siue in personis suis siue in rebus ab aliquo hominum cuiuscunque dignitatis aut conditionis exstiterit fuerit attemptatum saluis tam iuribus quibus nostri predecessores et nos vsi sumus pacifice et quiete, in cuius rei testimonium presens scriptum Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum apud Germersheim, sexto decimo kalendas Maii. Indictione secunda. Anno domini millesimo ducentesimo LXXX°. nono. Regni vero nostri anno sextodecimo. Signum domini Rudolfi Romanorum Regis inuictissimi. (M, in der Mitte der vier letzten Zeilen.) [1])

844. Traditio Mechtildis.

1289. Nos Heinricus dei gratia fuldensis ecclesiae abbas recognoscimus et notum facimus omnibus praesentes litteras inspecturis, quod cum Mechtildis relicta quondam Ebbirhardi dicti Holzsatil militis bonae memoriae piae devotionis accensa fervore de bonis suis, quae a nobis et ecclesia nostra procedunt in feodo, hoc quod animabus vtriusque ipsorum salubre foret et vtile ordinare decrevisset nosque sicut iustum erat ut ad idem per consensum nostrum operam dare vellemus, humiliter et cum instantia requisisset, sperantes inde nos etiam si annueremus ad hoc, quippe cum id quod deuote a nobis postulatum exstitit, in usus pios prouenire deberet, premium singulare posse consequi a domino, affectum petitionis dictae Mechtildis ad effectum perduximus tali modo videlicet, quod allodium et uniuersa bona ac iura, quae prefatus Ebbirhardus et uxor sua iam dicta tenuerunt et possederunt hactenus in uilla Utensahsin necnon actiones quascumque sibi in dicta villa competentes ad manus nostras per ipsam Mechtildim voluntarie et libere resignata et donata dilectis in Christo Marquardo decano, Wigando preposito et conuentui maioris ecclesiae nostrae fuldensis et eorum successoribus in perpetuum contulimus et dedimus ac per presentes conferimus et donamus cum omni iure et actione quibus per sepedictos Ebbirhardum et Mechtildim hactenus habita sunt et possessa pro ipsorum et Friderici filii eorundem animarum remedio perpetuo possidenda inducentes prenotatos decanum prepositum et conuentum nostrum fuldensem ac ipsorum successores in supradictorum bonorum possessionem auctoritate presentium. Ita sane quod collector fidelium qui pro tempore fuerit in dicta ecclesia

---

[1]) An seidner Schnur das Siegel.
844. Tr. 661.

Digitized by Google

nostra omnes census et reditus qui in predictis bonis prouenire poterunt annis singulis colligens prefatae Mechtildi exceptis quatuor quartalibus avenae quae in recognitionem legitimae possessionis et veri dominii retinebit presentare debebit ad tempora vitae suae. post mortem eiusdem premissa omnia libere possessurus. In cuius rei testimonium sepefatis decano preposito et conuentui nostro presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini M°. CC°. nonagesimo tertio. in crastino s. Bonifacii. presentibus his et pro testibus advocatis et rogatis. Ditmaro de Stochusen et Rudolfo dicto de Luddere confratribus ecclesiae nostrae necnon Bertholdo sacerdote dicto de Heringen clericis. Cunrado nobili de Trimperg auunculo nostro. Friderico dicto de Tungede milite officiato nostro in Salecke. Henrico dicto de Sahsin famulo nostro. et quam pluribus aliis fide dignis.

845. Adolfi regis edictum de foro in Hain.

Adolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Illustri Alberto Lantgrauio Thuringie, Principi suo || dilecto, necnon prudentibus viris. Scultetis. Consulibus et vniuersis ciuibus in Ysenache, in Gots, || et aliis opidis et opidorum officiatis ceterisque Imperii fidelibus, presentes literas inspecturis, gratiam suam et || omne bonum. Volentes venerabilem H. Abbatem fuldensem principem nostrum dilectum foro suo in Hain, || per quod ecclesia fuldensis a nostris predecessoribus, Imperatoribus et Regibus Romanis est dotata, cum omnibus || iuribus, condicionibus et attinentiis gaudere imposterum pleno iure prout sui antecessores. Abbates fuldenses eodem foro, iuribus, condicionibus et attinentiis omnibus et singulis ab antiqno et a tempore, quo non extat memoria, sunt gauisi. Vobis omnibus et singulis studiose committimus et mandamus, dantes vobis nichilominus hoc edicto Regio districtius in preceptis, quatenus eundem Abbatem in predicto foro et aliis supradictis nullus omnino impedire presumat vel quomodolibet molestare. Alioquin indignacionis nostre offensam se nouerit incursurum. Datum in castris ante Cruceburg XII. kal. Octobr. indictione octaua, anno domini M°. CC°. Nonagesimo Quinto Regni vero nostri Anno Quarto. [1])

1295, 20. Septbr.

846. Adolfi regis edictum de opido Stolzcental.

Adolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes literas || inspecturis gratiam suam et omne bonum. In Regie dignitatis specula diuino munere constituti, libenter ad fidelium || subditorum vtilitates et commoda procuranda solite benignitatis inclinamus intuitum, vt ceteri ex eo deuocionis et fidei || ad nos et sacrum Romanum Imperium suscipiant incrementum. Nouerint igitur tam presentis etatis homines || quam future, quod nos venerabilis Heinrici, Abbatis fuldensis, principis nostri karissimi, grata multum et placida || pure deuocionis insignia, in quibus nobis non infima delectacione complacuit, benignius intuentes, ad ipsius votiuam instanciam opidum ecclesie sue Stolzcental in suburbio castri

1296, 6. Iuli.

---

845. OU. H. F. II, 219, 109. [1]) Von dem angehängten Siegel ist noch das mittlere Stück vorhanden.
846. Buch. 389.

Digitized by Google

Stolzcemberg instauratum de nouo de plenitudine potestatis Regie libertamus et eidem opido et hominibus ipsum inhabitantibus, vndecumque illuc confluxerint, omnia iura, libertates et gratias possidendas perpetuo et habendas, quae ciuitas nostra et Imperii Frankenfort habet et possidet ab antiquo, de Regali clemencia concedimus et donamus. Preterea eiusdem Heinrici Abbatis fuldensis precibus in signum nostre beniuolencie similiter inclinati, in memorato opido Stolzcental ebdomedale forum in secunda feria perpetuo duximus edicendum. vbi ementium atque vendencium procuretur vtilitas et alterna commoditas augeatur. volentes et presenti scripto mandantes, quod omnes et singuli, qui in dicto foro pro huiusmodi empcionis et vendicionis commercio confluxerint, in personis et rebus nostra et Imperii speciali protectione congaudeant et forensium priuilegio libertatum. Insuper ex affluencia benignitatis Regie thelonium in prefato opido Stolzcental perpetuo duximus statuendum volentes, vt idem thelonium eo modo et moderamine solui et recipi debeat prout in aliis nostris et Imperii ciuitatibus solui et recipi est consuetum. In premissorum omnium testimonium et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in Frankenfort. II. non. Iulii. Indictione nona. Anno domini M°. CC°. LXXXXVI. Regni vero nostri anno quinto. [1])

847. Alberti regis confirmatio privilegiorum.

1300, 15. Jan.

Albertus dei gratia Romanorum Rex semper augustus vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus imperpetuum. Clemencie regna firmantis virtus exuberans, gratiarum liberalis et hylaris propagatrix, sic de ipsa speran||cium vota dirigit et disponit, vt ipsa vota grata regnantibus inuenire precipuos fauores valeant, et feliciter obtinere pietatis desiderate beneficia se confidant. Accedentes itaque viri religiosi venerabilis Heinricus Abbas || Fuldensis, princeps noster dilectus, vna cum fratribus conuentus Monasterii eiusdem nostre maiestatis presenciam deuotissime supplicarunt, quatenus diuine remunerationis intuitu quedam ipsorum priuilegia expressione certorum articulorum || in eis contentorum inferius summarie annotata, a diuis Imperatoribus et Regibus Romanorum nostris predecessoribus Abbatibus et fratribus predicti Fuldensis monasterii eorumque successoribus ab diuinum amorem concessa et indulta, coram nostra maiestate perspecta || lecta et intellecta, dignaremur innouare donare et auctoritate regia confirmare. Dominus enim Ludowicus illustris Rex [2]) . . . . . .

. . . . . .

vel in futurum adipisci poterat domino concedente. Nos igitur Albertus Romanorum Rex predictus ab diuine clemencie reuerenciam ac anime nostre remedium salutare, deuotissimis dicti Heinrici venerabilis Abbatis principis nostri dilecti necnon fratrum monasterii fuldensis precibus inclinati, priuilegia superius annotata, que perfecta, non concellata . . . . . .

. . . . . .

saluis tam iuribus quibus nostri predecessores in regno uel imperio Romano et nos vsi sumus pacifice et quiete. In cuius rei testimonium euidens et memoriam sempiternam presens scriptum

---

[1]) An seidener Schnur das Siegel.

847. OU. H. F. II, 219, 110. [2]) Der weitere Text wiederholt aus dem Diplom Rudolf's v. 1289.

Digitized by Google

exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Signum domni Alberti Romanorum Regis inuictissimi.

Ego Eberhardus de Lapide prepositus Wizzemburgensis regalis aule cancellarius recognoui. Datum in Vlma. XVIII°. kalendas Febr. Anno domini Millesimo Trecentesimo. Indictione. XIII. Regni vero nostri anno secundo. (M).

848. Traditio Rilindis.

Ego Rilindis relicta quondam Wigandi dicti Iambel recognosco praesentibus publice profitendo, quod me et filio meo unico ac coherede Rudolfo quondam in arcto aegritudinis constitutis decreuimus unanimi de consensu nostra bona in Hergeradorf sita in remedium ac consolationem nostrarum animarum conuertere in pios usus, ut noster anniuersarius oportunis temporibus celebrius ageretur. in quibusdam bonis ibidem sitis, quae colit dictus Cuno, fratribus in Hayn unum talentum annis singulis deputando, qui ipsum | hactenus sine impedimento quolibet perceperunt. alia nostra bona in Hergeradorf insimul cum decima nobis iure et titulo meae proprietatis competentia conuentui fuldensis ecclesiae maioris contradidimus et donavimus eo modo, quod si alterutrum decedere contigerit superstes usum ipsorum bonorum perciperet temporibus vitae suae. quo etiam de hoc medio sublato utilitas et usus sicut et proprietas siue dominium ut ante donata fuerunt ipsi conuentui modia omnibus perueniant. Praedicto vero Rudolfo praemortuo ad monitionem ipsius conuentus per Cunradum dictum de Tilia tunc custodem et Marquardum decanum ac portenarium quondam Hersfeldensem Ditmarum ad locum publicum parochialis ecclesiae fuldensis accessi, sana mente et deliberatione prouida praehabita ipsa bona praetradita et donata in personis dictorum fratrum simpliciter resignaui, percipiendo ab ipsis libere et quiete usum eorumdem bonorum sub censu annuo unius talenti cerae in signum recognitionis dominii supradicti, proprietatem vero ipsis simpliciter resignando, in cuius usus perceptione hactenus ad decennium sum gauisa ipsum censum praetactum inuiolabiliter soluendo. Haec sunt acta praesentibus domino Henrico plebano parochialis ecclesiae fuldensis. domino Sifrido. domino Godfrido sociis eiusdem. magistro Henrico de Erfordia. Vincone fratre meo milite. Henrico dispensatore seniore. Conrado Speculo. ConradoHerden. Steuenone. Uigando Herdenis. et aliis quam pluribus scabinis fuldensibus et ceteris fide dignis. Sed ad innouationem et memoriam praedictorum per ipsum dominum Marquardum decanum. dominum Ditmarum quondam portenarium Hersfeldensis ecclesiae. dominum Henricum de Eueraberge. denuo exspirato dicto decennio euocata ad domum plebani fuldensis omnio et singula praemissa recognoui et assentiendo recognosco praesentibus domino Henrico plebano fuldensi ac praeposito in Rasdorf. domino Henrico praeposito in Hunefeld. domino Henrico praeposito s. Florae. domino Gotefrido ac Eckehardo vicariis fuldensibus. magistro Henrico de Erfordia. magistro Iohanne rectore puerorum ibidem. domino Rabenoldo. Rudolfo de Rode. Heurico Vincone militibus. Iutta de Rinbach. Iutta filia Vinconis. Cunrado dicto Herden Steninone. Henrico dispensatore seniore. Vigando Herden. Gerlaco filio dispensatoris et aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis ad hoc specialiter vocatis et invitatis coram ipsis

1300, 30. Iuli.

---

848. Tr. 662.

Digitized by Google

omnia praemissa et singula recognoscens conuentumque insuper praesentibus litteris muniendo, quas in euidentius robur sigillis honorabilis uiri domini plebani fuldensis et ciuitatis fuldensis impetraui et obtinui consignari. Datum et actum anno domini M. CCC. in crastino beatorum Simplicii Faustini et Beatricis.

849. Donatio proventuum quam Heinricus abbas tradidit conventui pro prebenda.

1300, 11. Nov. Heinricus dei gratia fuldensis ecclesie abbas. Cum propter debilem hominum industriam subsequens legis auctoritas ad reminiscentiam inuitet videlicet memoriam preteritorum, scientiam presentium et prouidentiam futurorum, ideo defectum prebendarum quae ab antiquo per abbates fuldenses predecessores nostros dilectis in Christo decano et conuentui ibidem consueuerant ministrari, qui quidem defectus inter dictos abbates et conuentum plerumque materiam edidit discordandi, ad memoriam plenius reuocantes nunc in presenti uolumus penitus eneruare, ne idem defectus nobis inpingi de cetero valeat vel nostris successoribus in futurum de consensu dilectorum in Christo filiorum Marquardi decani totiusque conuentus nostri predictorum eidem conuentui eponte et libenti animo acceptanti et in hoc contento irrefragabiliter existenti nec nos uel successores nostros pro victualibus aliquibus ullo umquam ingenio infastanti bona subscripta nobis et abbatie nostre specialiter attinentia saluis nobis et successoribus nostris iuris dictionem in omnibus et iuribus specialiter patronatus perpetuo donamus approperamus tradimus seu assignamus literas per presentes, ut ex eis prebendas suas percipiant domino seruituri secundum s. Benedicti regulam et consuetudinem ordinis rationabiliter approbatam. videlicet in uilla Peterwile omnes possessiones et iura que a retroactis temporibus predecessores nostri et nos dinoscimur hactenus possedisse, que siue fuerint uel non fuerint emendata idem conuentus pro trecentis quartalibus siliginis et tritici tamquam pro completo ministerio acceptabunt. Si qua etiam bona uel iura predictis possessionibus ab antiquo uel iuribus attinebant, a quocunque sunt alienata illicite uel distracta, ipse conuentus ad hoc agendi et reuocandi quam ex nunc sibi concedimus liberam habeat potestatem. et reuocata sibi seruient tamquam prima, quod quidem ius agendi reuocandi et utendi in singulis subscriptis articulis eidem conuentui conferimus et donamus. In Sorsdorf ea que ipsi conuentui a retroactis temporibus iure fidelium attinebant tam colonos ipsius conuentus quam ipsa bona ab omni singulari exactione uel hospiciorum inquietate ex parte nostri uel cuiuslibet alterius nostro nomine liberos facimus et exemptos nisi alii incole eiusdem ville propter commune terre subsidium a quo nullus lege vetante poterit excusari contributionem faciant quam dicti coloni prout alii incole debent tollerare pro debita portione. Item bona in uilla Dikenrode et in villa Ysenwerc iam dudum laicis titulo pignoris obligata et per ipsum conuentum de nostro consensu redempta videlicet in Dikenrode pro quinquaginta sex libris et in Ysenwerc pro viginti duabus libris fuldensium denariorum legalium et bonorum, pro quibus eisdem laicis fuerant obligata cum omni iure nostris successoribus et nobis competenti in personis et rebus mobilibus et immobilibus, nec incolas inibi hospiciis vexabimus nisi dicto modo. Item redditus sex quartalium in villa Rudungesdorf nisi quod appetbete vulgariter appellatur cum aduocatia, quam idem conuentus antea in sex mansis videlicet tribus in Rudungesdorf et tribus in

---

849. Copiar. 8, 8a.

Digitized by Google

inferiori Sekelbach obtinebat, qui quondam Conrado dicto Speculo opidano fuldensi per Bertoldum de Makencelle fuerant titulo pignoris obligati. Molendinum etiam extransuerso curie nostre cum omni utilitate quam exinde percipere poterit eis approperamus assignamus prout ad predecessores nostros et nos pertinuit ab antiquo. videlicet in hunc modum quod ibidem annonam nostre curie et conuentus suam molere teneamur et cum de dicto molendino dari anno quadraginta quartalia tritici consueuisset, ut numerus centenarius in hoc articulo suppleatur, de redditibus tritici nostri in Hamelburg qui geiltiweize vulgariter nuncupatur idem conuentus viginti sex quartalia, residua vero viginti octo de tritico nostro in villis Eiteruelt Selhees et Eschenbach integre percipiat et complete, et si quid superest nobis cedet Ad vesciturum autem et cottidiana victualia que Kuchenspise vulgariter appellantur centum libras fuldensium denariorum bonorum et legalium eidem conuentui ab officio scultecie in oppido nostro fuldensi percipiendas perpetuo deputamus, ut nos vel successores nostros pro expensis talibus non fatigent. et si quem defectum in dicta summa pecunie paterentur, a pensione nostra in eodem opido que vulgo vngelt dicitur sepedicto conuentui debebit efficacius instaurari. Ceterum pro propinatione quam nos vel successores nostri ex curia nostra ipsi conuentui uel conuentibus montium festis singulis annuo competente facere debebamus, quatuor karratas vini de coenobio mon. Tulbe nobis hactenus competentes et vnam karratam que teilwin vulgo dicitur in Hamelnburg ipsi conuentui percipiendas etiam perpetuo assignamus, ut idem conuentus de eisdem karratis propinationes conuentibus montium de cetero integre subministret. Insuper decem quartalia salis de sallitura nostra in villa Ludere sepedicto conuentui annis singulis et vnam mensuram que firdeling vulgo dicitur singulis ebdomadis prout hactenus consueuit fieri deputamus. Preterea ut anniuersaria obitus nostri cum deuotione solempniter celebrentur, aduocatiam trium hubarum in uilla Honebibera et trium in Wolfersvunide in officio Biberstein que quondam erant Trabotonis dicti vome steinen hus tres libras denariorum fuldensium minus sex solidis annue persoluentem sepedicto conuentui in hunc modum specialiter deputamus, ut ex eisdem libris octo talenta cere in nostro anniuersario comparentur, de quorum quatuor fient quatuor candele que super nostrum sepulcrum ardebunt in anniuersario memorato, de residuis quatuor talentis cere quadraginta fiant lumina singulis altaribus tam maioris ecclesie quam montium in eodem anniuersario ardentia preponenda. de residua parte pecunia propinationes dabuntur omnibus conuentibus nostris sicut hactenus est consuetum. De quadraginta autem quartalibus tritici ex suprascripto molendino eidem conuentui cedentibus recipient duodecim de quibus panem faciant karitatis distribuendum ecclesiis nostris in anniuersario nostro sicut in aliis hactenus est consuetum benedicentes his qui dictum testamentum fideliter faerint exsecuti, contrarios obtestationi diuini iudicii relinquendo. Sed quia iure dicente non plures sunt monachandi quam facultates ecclesie ualeant commode sustentare, ideo de consensu decani et conuentus nostri predictorum subscriptum numerum prebendarum statuimus irrefragabiliter obseruandum videlicet quod dominorum numerus et prebendarum ipsis competentium quadragenum, scolarium vero duodenum, officiatorum senum excedere non licebit. Dictis etiam prebendis cum personis competentibus occupatis ad non vacantem nullus debebit eligi aut etiam nominari, sed si quam ipsarum vacare contigerit, persona ad eam idonea de nostro et conuentus nostri assensu communi concorditer assumetur secundum consuetudinem in distinctione conditionis tam dominorum quam scolarium hactenus obseruatam. Et nos Marquardus decanus et conuentus supradicti contentim predictam vniuersaliter et singulariter vniuersa libenti animo acceptamus et ad secucionem ipsius testamenti nos specialiter obligamus renunciantes exceptionem doli mali actum infectum beneficio restitutionis in integrum constitutionibus latis et ferendis priui-

Digitized by Google

legiis gratiis obtentis et obtinendis exceptioni non numerati non traditi non soluti iuri dicenti generalem renuntiationem non ualere et generaliter et specialiter omni iuris auxilio canonici vel ciuilis quo possemus dictis omnibus vel eorum alicui contraire. In cuius donationis et testamenti nostri nos Heinricus dei gratia abbas predictus et nos Marquardus decanus et conuentus predicti in acceptationis predictorum et specialiter exsecutionis testamenti memorati testimonium sigilla nostra appendimus huic scripto. Datum et actum anno domini M°. CCC°. tertio idus Nouembris.

850. Alberti regis litterae, quibus iudaeos Heinrico abbati obligat.

1301, 9. Febr. Nos Albertus dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod || venerabili Heinrico, ecclesie fuldensis Abbati, principi nostro dilecto, ob grata seruicia, que nobis impendit hactenus || et gratiora, que nobis faciet et impendet, prout nobis promisit firmiter, quingentas marcas denariorum Coloniensium, tri||bus Hallensibus pro denaria computatis, duximus largiendas. Et quia paratam pecuniam non habemus, vniuersos || Iudeos ad presens in suis ciuitatibus et municionibus residentes, et eos etiam, qui imposterum se recipient ad easdem, obligamus eidem tenendos tamdiu et habendos, quousque sibi de predicta summa pecunie per nos aut nostros in imperio successores fuerit satisfactum. Presentium testimonio litterarum sigilli nostri robore signatarum. Datum in Frideberg. Anno domini M°. CCC°. primo. Indictione XIIII°. V°. idus februarii. Regni vero nostri anno tercio.

851. Traditio Cunradi decani Aschaffinburgensis.

1307, Nouerint uniuersi presentium inspectores, quod ego Cunradus decenus ecclesiae Aschaffinburgensis ignorans diem mortis meae et quid crastina pariat mihi dies, legaui lego et do nomine testamenti pro remedio animae meae religiosis viris decano et conventui maioris ecclesiae fuldensis ordinis s. Benedicti curiam in Slierbach superiori cum omnibus iuribus suis prout eandem curiam apud nobilem virum dominum Ulricum de Hagenawe et honestam matronam dominam Elizabeth uxorem, suam legitimam pro trecentis libris Hallensibus comparaui sicut in litteris eorundem coniugum super hoc mihi traditis plenius continetur, quam hactenus possedi pacifice et quiete. Et eosdem decanum et conuentum ex nunc in corporalem possessionem praedictae curiae in Slierbach legaliter induco reservans usumfructum mihi in omnibus prouentibus usque ad festum s. Petri ad kathedram proxime nunc venturum, ita sane quod conuentus praefatus IIII. maldra siliginis conuentui s. Mariae ibidem, conuentui s. Johannis ibidem IIII. maldra silig., conventui s. Petri IIII. maldra silig., conuentui s. Michaelis II. maldra silig. et sanctimonialibus in Blankenowe IIII. maldra silig. annis singulis amministret, ut exinde anniuersarius meus in perpetuum peragatur sollempni officio defunctorum et ut omnia et singula praemissa robur firmitatis perpetuum obtineant, sigillo ecclesiae Aschaffinburgensis cum meo sigillo obtinui roborari. Datum anno MCCCVII. in crastico Marci euangelistae.

---

850. OU. und Copiar. 8, 101a. H. F. II, 220, III. Das Siegel fehlt.
851. Tr. 663.

Digitized by Google

852. Heinrici regis confirmatio privilegiorum.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus imperpetuum. Clemencie regna firmantis virtus exuberans gratiarum liberalis et hylaris propagatrix sic de ipsa speruncium uota dirigit || et disponit, vt ipsa uota grata regnantibus inuenire precipuos fauores uoleant et feliciter obtinere pietatis desiderate beneficia se confidant. Accedentes itaque viri religiosi venerabilis Heinricus abbas fuldensis, princeps noster dilectus, vnâ || cum fratribus conuentus monasterii eiusdem nostre Maiestatis presenciam deuotissime supplicarunt, quatenus diuine remuneracionis intuitu quedam ipsorum priuilegia expressione certorum articulorum in eis contentorum inferius summarie annotata a diuis Imperatoribus et Regibus || Romanorum nostris predecessoribus Abbatibus et Fratribus predicti Fuldensis monasterii eorumque successoribus ob diuinum amorem concessa et indulta coram nostra Maiestate perspecta, lecta et intellecta dignaremur innouare, donare et auctoritate regia confirmare. Dominus || enim Ludowicus [1]) . . . . . .

. . . . . .

Nos Heinricus igitur Romanorum Rex predictus ob diuine clemencie reuerenciam ac anime nostre remedium salutare deuotissimis dicti Heinrici venerabilis Abbatis, principis nostri dilecti, necnon fratrum monasterii fuldensis precibus inclinati priuilegia superius annotata, que perspecta non cancellata . . . . . .

. . . . . .

Saluis tamen iuribus, quibus nostri predecessores in Regno vel Imperio Romano et nos usi sumus pacifice et quiete. In cuius rei testimonium euidens et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Signum domini Heinrici Romanorum Regis inuictissimi. Ego Frater Heinricus Abbas villariensis imperialis aule cancellarius, vice et nomine domini Petri Archiepiscopi Maguntini sacri imperii per Germaniam Archicancellarii recognoui. Datum in Nurenberg .II. idus Iulii. Indictione septima. Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. Nono. Regni vero nostri anno primo. (M) [2]).

1309, 14. Iuli.

853. Heinrici regis edictum.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus prudentibus viris Sculteto. Scabinis ac ciuibus in Suinfurte fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre precipimus ac mandamus, quatenus ciues oppidi in Hamelnburg ac quoslibet homines venerabilis Henrici abbatis fuldensis ecclesie principis nostri karissimi ad vestrum iudicium deinceps nullatenus enocetis, sed de premissis hominibus coram dicto abbate secundum formam priuilegiorum et libertatum quondam a dominis Imperatoribus et Regibus nostris predecessoribus fuldensi

1309, 11. Nov.

---

852. OU, welche in doppelter Ausfertigung vorhanden ist. In dem Exemplar, welches Schannat H. F. II, 224, 117 mitgetheilt hat, fehlen in der Schlussschrift die Worte *vice et nomine — archicancellarii.* [1]) Die ausgelassenen Stellen sind wiederholt aus der Urkunde Rudolfs v. 1289. [2]) An seidener Schnur hängt das Siegel.

853. Aus einer von dem kaiserlichen Notar *Bertoldus* quondam *Embrichonis* dicti *Rode* de Aschaffimburg gefertigten Abschrift, Aschaffenburg, 1311, 9. December, genommen. Buch. vet. 401.

Digitized by Google

ecclesie concessarum, quas dicto abbati confirmauimus, recipiatis iusticiam expeditam. Datum Columbarie sub secreto nostro. III. idus nouembres. Regni nostri anno primo.

854. Heinrici regis litterae de priuilegiis oppidi Huneveld.

1310, 27. Iuli. Heinricus dei gratia. Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus || presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad hoc in specula regalis fastigii nos || a supremo rege cognoscimus collocatos. vt honorificum reipublicae statum promouere. et subiectorum Imperii || commodis oportunis intendere liberaliter debeamus. Nam dum de munificencie nostre beneplacitis ipsorum prosperita||ti prospicimus, deuocionem eorum attendimus in exhibicione promptitudinis et fidei plenioris. Eapropter grata, que || venerabilis Heinricus abbas fuldensis, princeps noster karissimus, hactenus nobis et Imperio impendit obsequia, ad memoriam non immerito reuocantes et sperantes, quod idem abbas nobis et dicto Imperio graciora prebere non cesset obsequia in futurum, ipsius contemplacione opido et opidanis suis in Hvneueld fauoris regii plenitudinem impertimur. Concedentes eisdem culmĩnis auctoritate regalis omnes libertates, emunitates, iura, consuetudines et gratias, quibus opidum nostrum et imperii ac ciues in Geylnhusen, fideles nostri dilecti, gaudere et perfrui dinoscuntur. In cuius rei testimonium presentes literas scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communire. Datum in Frankenfurd. VI. kal. Augusti. Anno domini millesimo. trecentesimo. decimo. Regni vero nostri anno secundo [1]).

855. Heinrici regis litterae de iudaeis.

1310, 6. Septbr. Nos Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ad vniuersorum tam presencium quam futurorum || noticiam has nostre serenitatis literas intuencium volumus peruenire, quod grata, fidelia et fructuosa ser||uicia nobis, nostris predecessoribus et imperio per venerabilem Heinricum fuldensis ecclesie Abbatem, principem et secre||tarium nostrum karissimum suis sumptibus hactenus inpensa multipliciter, et que in futurum nobis et imperio exhibere || poterit, recensentes, sibi suis successoribus Abbatibus et ecclesie fuldensi vniuersos et singulos iudeos || in opido fuldensi et aliis dicte ecclesie opidis et munitionibus existentes, et qui in posterum fuerint in eisdem ex regia liberalitate donamus et concedimus per presentes, ita quod nec per nos, nostros successores uel officiatos nostros aut aliquos alios cuiuscunque condicionis uel atatus existant, unquam vllo tempore a prefatis iudeis stůra seu aliquid subsidium eo tempore quo demorantur in dicte ecclesie opidis seu municionibus exigatur, recipiatur, vel eciam requiratur, sed quod Abbas qui pro tempore fuerit et ipsa ecclesia fuldensis in dictos iudeos quo ad stůre uel subsidii inposicionem exactionem et receptionem et quo ad quelibet alia iura plenam et liberam habeant potestatem. Nos enim decernimus irritum et inane si quicquam contra premissa uel eorum aliquod in futurum per aliquem contingerit attemptari. In quorum testimonium nostre maiestatis sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Spire anno domini millesimo CCC°. decimo. Octauo idus Septembris. Regni vero nostri anno secundo.

---

854. OU. Buch. 360. [1]) An seidener Schnur hängt das Siegel.

855. OU, an welcher noch die eine Hälfte des Siegels hängt. Tr. 664.

Digitized by Google

856. Heinrici regis litterae.

Nos Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad vniuersorum Sacri Romani || Imperii fidelium noticiam volumus peruenire, quod ad refusionem dampnorum, que || venerabilem Heinricum Abbatem fuldensem, principem et secretarium nostrum dilectum, eo tem||pore, quo in Illustris Iohannis Regis Bohemie, nostri Primogeniti karissimi seruiciis || in Bohemia constituitur, incurrere continget, recognoscimus nos teneri, et eundem ac suos seruitores de eisdem indempnes promittimus conseruare presentium testimonio literarum nostre maiestatis sigilli robore signatorum. Datum apud Columbariam XV° kalendas Octobris Anno domini M° CCC° X° Regni vero nostri Anno secundo. 1310. 17. Sept.

857. Heinrici regis litterae.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus venerabili Andree Herbipolensi episcopo principi suo dilecto || gratiam suam et omne bonum. Conquestus est nobis venerabilis Heinricus abbas ecclesie fuldensis, princeps no||ster dilectus, in nostre maiestatis presentia constitutus, quod tu contra tenorem priuilegiorum suorum que vidimus et || dudum confirmauimus, homines et castrenses Abbatis ipsius, videlicet Fridericum et Andream de .ugenden necnon || Cunradum dictum Hoelin et Cunradum de Alavelt ac alios ecclesie sue homines proscribis et excommunicas, quod in suum preiudicium vertitur et libertatis ecclesie fuldensis non modicum detrimentum. Quapropter sinceritati tue per Regia scripta mandamus, volentes, quatenus super premissis et aliis que contra tenorem priuilegiorum huiusmodi Abbatis predicti fieri dinoscuntur te de cetero omnino contineas et restringas penitus reuocando proscriptionis et excommunicationis sententias, si que late sunt per te contra prefatos et alios homines dicte ecclesie fuldensis, quas ex nunc quantum iniuste late sunt et indebite proscribendo personas huiusmodi, contra iura et priuilegia dicte fuldensis ecclesie reuocamus et tenore presentium annullamus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum maiestatis nostre duximus apponendum. Datum apud Portum Veneris districtus Ianue. VI. ksl. Marcii. Anno domini Millesimo. CCC°. XII°. Regni vero nostri Anno quarto. 1312. 24. Febr.

858. Heinrici regis litterae.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus prouidis viris Brvneto et Pucio de Luca, || Thomasio de Florencia et Pusino de Lůtzelnburg, thelonearíis in Ludenstorf, fidelibus suis dilectis, || gratiam suam et omne bonum. Cum nos propter seruicia, quae nobis et imperio venerabilis Heinricus || Abbas fuldensis, princeps noster dilectus, 1312. 24. Febr.

---

856. OU, an welcher noch die obere Hälfte des Siegels hängt.
857. OU. Das Siegel fehlt.
858. OU. mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen. H. F. II, 228, 123.

Digitized by Google

versus Thuringiam et Missnam facere promisit, sibi tria milia || librarum Hallensium colligendas de theloneo nostro predicto in Ludenstorf nunc duxerimus deputandas, vobis || thelonearii nostris qui iam in dicto loco sunt uel pro tempore fuerint, sub obtentu nostri fauoris et gracie districte precipiendo mandamus, precise ac omnino volentes, quatenus eundem Abbatem uel suum nuncium exhibitorem presencium suo nomine de collecta iam pecunia si quam habetis vel de illa quam proxime congregabitis sine contradictione ac protractione qualibet de his tribus milibus, non obstante, quod alias nobis adhuc existentibus in Alamannia sibi apud vos seu predecessores vestros quinque milia librarum Hallensium similiter deputauimus, quas eidem iuxta priorum nostrarum literarum tenorem si non sunt solute, nichilominus persolui uolumus, expedire taliter studeatis, quod suo ad presens nobis et imperio arduo seruicio non fraudemur sicut indignacionem Regiam volueritis euitare. Quibus vero solutis vos de dicta pecunia liberos dicimus et solutos, harum testimonio literarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum. Datum apud Portum Veneris. VI°. kalend. Marcii Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. duodecimo Regni vero nostri anno quarto.

859. Heinrici regis litterae de villa Cellingen.

1312, 19. März.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis || gratiam suam et omne bonum, Ad hoc in specula Regalis fastigii nos a summo Rege recognoscimus collocatos vt honorificum reipu||blice statum sollicite promouere ac subiectorum Imperii commodis oportunis intendere debeamus, Nam dum munificencie nostre oculis || ipsorum prosperitati prospicimus deuocionem eorum accendimus in exhibicione promptitudinis et fidei plenioris. Cum itaque venerabilis || Heinricus Abbas ecclesie fuldensis princeps noster dilectus villam Cellingen sibi et ecclesie sue fuldensi proprietatis titulo per||tinentem nostris manibus libere resignarit nosque eandem sibi et eidem ecclesie duxerimus in feodum concedendam, eisdem ac hominibus dicte ville de specialis beniuolencie gracia indulgemus, vt villam ipsam in oppidum construant et cingant muris pariter et fossatis. Concedimus insuper ex vberioris dono gratie hominibus illius oppidi sic constructi vt ipsi et eorum posteri ac ipsum oppidum omnibus iuribus, libertatibus, graciis, immunitatibus et franchisiis, quibus oppidum nostrum Swinfůrte ab Imperatoribus et Regibus, nostris predecessoribus, et a nobis dotatum gaudet et hactenus est gauisum, de cetero libere gaudeant et fruantur. Sic tamen, quod dictum oppidum nobis ad vtilitatem et honorem nostrum et Imperii patere debeat quociens fuerit oportunum. Aduocatis nostris per Wetrebiam et Rotemburg constitutis tenore presencium firmiter iniungentes, vt Abbatem et homines predictos in constructione dicti oppidi promoueant et ad hoc auctoritate nostra efficaciter manuteneant et defendant. sicut indignationem Regiam voluerint euitare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Pysis. IIII°. idus Marcii. Indictione decima. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. XII°. Regni vero nostri anno quarto.

---

859. OU. mit dem Siegel an seidenem Bande. Buch. 433.

Digitized by Google

860. Heinrici regis litterae.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus nobili viro .... aduocato Wetrebie qui est || vel pro tempore fuerit fideli suo gratiam suam et omne bonum. Querelam venerabilis Heinrici Abbatis ecclesie || fuldensis, principis et secretarii nostri dilecti, nostra intellexit serenitas continentem quod nonnulli nobiles, mini||steriales, vasalli et alii quedam castra, municiones et structuras in preiudicium suum et ecclesie fuldensis ac || contra iura, gratias et libertates suas erexerunt et adhuc erigere et construere non verentur, petentis || sibi super hoc prouideri de remedio oportuno. Ideoque fidelitati tue committimus et mandamus, omnino volentes, quatenus ea, que inueneris in preiudicium dicti Abbatis et ecclesie sue ac contra iura, gratias et libertatem ipsorum circa erectionem sev constructionem castrorum, oppidorum sev municionum attemptata, in statum debitum studeas reuocare, contradictores auctoritate nostra Regia cohercendo. ipsumque Abbatem et ecclesiam suam in iuribus et libertatibus suis circa predicta manuteneas et defendas. Datum Pysis. XV. kal. Apriles Regni nostri anno quarto. 1312. 18. März.

861. Heinrici regis litterae de ciuibus qui dicuntur pfalburger.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis sacri Romani imperii fidelibus has litteras || inspecturis gratiam suam et omne bonum. Meruit sincera deuotio venerabilis Heinrici Abbatis fuldensis || principis nostri dilecti, meruerunt grata et fidelis ipsius ac predecessorum suorum obsequia, que nobis et imperio || hactenus impenderunt, vt nedum ipsum et ecclesiam suam in suis foueamus iuribus, sed ipsos eciam speciali || prosequamur gratia et fauore, Indempnitatibus igitur ipsorum precauere salubriter disponentes statuimus, volumus et mandamus, vt iuxta generale edictum nostrum apud Frankenfurt pronuntiatum nullus ciuis, incola, seu homo de municionibus et terra ecclesie fuldensis in eiusdem preiudicium in ciuitatibus, opidis uel castris extra terram fuldensem in ciuem qui uulgariter dicitur pfalburger, recipi ualeat siue possit Mandantes vniuersitati vestre sub obtentu nostri fauoris et gracie, quatenus nullum de predictis in ... vestrum conciuem in preiudicium dicti Abbatis et ecclesie sue contra huius nostri edicti tenorem recipere presumatis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Pysis IIIº kalendas Aprilis. Anno domini Millesimo Trecentesimo duodecimo Regni vero nostri anno quarto. 1312, 30. März.

862. Ludowici regis litterae de libertate oppidi Salchenmünster.

Nos Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad vniuersorum sacri Romani Imperii fide||lium noticiam volumus peruenire. Quod gratis supplicacionibus venerabilis 1330. 4. August.

---

860. OU; das Siegel fehlt. Andere Abdrücke giebt Böhmer an.
861. OU; das Siegel fehlt. Buchon. 332.
862. OU. mit angehängtem Siegel an seidener Schnur. Buchon. 388.

Digitized by Google

Heinrici Abbatis fuldensis, Princi||pis nostri dilecti, aures Regias benignius inclinantes ob fauorem, quem ad ipsum et ecclesiam suam gerimus specia||lem, oppidum dictum Salchenmůnster, quod dicto Abbati et ecclesie sue iurisdicione et possessione subesse dinoscitur, || tenore presentium auctoritate Regia plene et in integrum libertamus, sic quod predictum oppidum omnibus liberta||tibus et iuribus gaudeat, quibus oppida nostra et Imperii Franchenfůrt, Wetslaria, Frideberg, et Geilenhůsen per indulsionem et gratiam imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum illustrium et nostram libere gaudent et hactenus sunt gauisi, in cuius nostre libertatis concesse testimonium presentes literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Geilenhusen oppido nostro Regali. IIa. nonas augusti. Anno domini millesimo trecentesimo vicesimo. Regni vero nostri anno sexto.

863. Ludowici regis litterae de monte Rôteberg.

1322, 24. Ap. Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus pre||sentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Si loca diuino cultui mancipata ex innate nobis pieta||tis clementia curauerimus ampliare, cultumque diuini numinis adaugere, ad utriusque uite presentis et future felici||tatem nobis prodesse nullatenus dubitamus. Huius rei gracia ac nostrorum necnon predecessorum et successorum nostrorum in im||perio remissionem peccaminum Venerabili Henrico Abbati fuldensi, principi nostro dilecto, ac per ipsum ecclesie sue fuldensi. montem dictum Rôteberg, in quo quondam castrum constructum fuerat, cum vniuersis suis pertinenciis cultis et incultis, quesitis et inquisitis, cum omnibus iuribus et utilitatibus prout imperium dictum montem tenuit, damus donamus et tradimus, dedimus donauimus et tradidimus, ipsumque montem cum vniuersis vt predictum est pertinentiis proprietatis titulo tenendum et possidendum pacifice et quiete auctoritate Regia transferimus et transfundimus in ecclesiam memoratam. Volumus etiam et edicto perpetuo prohibemus. ne in monte predicto castrum aliquod seu municio inantea erigatur. In cuius rei testimonium has literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Nuremberg. VIII°. kalendas Maii. Anno domini millesimo. trecentesimo. vicesimotercio. Regni vero nostri anno nono.

864. Ludowici regis litterae.

1323, 29. Ap. Nos Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Presentibus profitemur. Quod ob fauorem || specificum quem venerabili Henrico Abbati fuldensi, principi nostro dilecto, ac ipsius ecclesie gerimus, sen||tencias ecclesiasticas latas pro ipso et ecclesia sua contra Salmannum dictum zedem storchen, Furman dictum de || Balenhusen et socios suos, necnon Viuis dictum Rot, ac heredes ipsorum, ludeos, camere nostre seruos, irretractabiles || fore volumus et inuiolabiliter obseruandas. Sic quod de hiis tamquam de re iudicata per quoscunque seculares iudices nichil in antea retractetur. Fideiussores etiam ex parte prefati Abbatis et ecclesie

---

863. OU. mit dem Siegel an seidener Schnur. Tr. 655.
864. OU. mit angehängtem Siegel an einem Pergamentstreifen.

Digitized by Google

predictis Iudeis obligatos vel constitutos dicimus ob hanc obligacionem nullatenus ad obstagia euocandos. Si vero ausu contrario vocati fuerint, obstagia subintrare nullatenus teneantur. Preterea volumus. vt heredes quondam Philippi senioris de Valkenstein, qui se principalem pro quadam summa pecunie ad predictum Salmannum et heredes suos constituerat et fideiussores nomine suo et dicte ecclesie obligarat prout prescriptum est ab omni impeticione seu inquietacione coram quocunque iudice seculari, a sepedicto Salmanno et suis heredibus liberi maneant et soluti. nec strepitibus iudiciariis pregrauentur. Datum apud Nuremberg. III°. kalendas Maii. Anno domini M°. CCC°. vicesimotercio. Regni vero nostri anno nono.

865. Ludowici regis confirmatio privilegiorum.

Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Accedens serenitatis nostre presenciam venerabilis Heinricus abbas ecclesie ful||densis princeps et secretarius noster dilectus nobis humiliter supplicauit, vt vniuersa priuilegia, gratias, libertates, emunitates et iura sibi ac ecclesie sue a diuis Imperatoribus et Romanorum Regibus predecessoribus nostris indulta et concessa approbare, innouare || et confirmare ex benignitate Regia dignaremur, et specialiter de quodam priuilegio diue memorie Heinrici Romanorum Regis predecessoris nostri, in quo quorundam priuilegiorum ecclesie prelibate concessorum speciales articuli sunt excepti, quod vidimus et audiuimus. cuius tenor ta||lis erat. Heinricus dei gratia Romanorum Rex [1]) . . . . . 1323, 18. August.

. . . . . .

Ad hec quoddam predicti Heinrici Romanorum Regis diue memorie vidimus priuilegium speciale, per quod vniuersos Iudeos opidi fuldensis et aliorum ipsius ecclesie opidorum et municionum qui ad presens inessent eisdem sev in posterum subintrarent, eo quo in eis tempore existerent donauit et concessit, ut nulli penitus obligarentur vel tenerentur in stewrarum peticionum sev obsequiorum prestacionibus sed tantum ipsi Abbati qui tunc preerat vel succederet in ecclesia memorata, decernens irritum et inane, quicquid contrarii fuerit attemptatum. Nos vero racionabilibus et honestis sepefati Heinrici Abbatis petitionibus inclinati, omnia priuilegia gratias libertates emunitates et iura ipsi ac ecclesie sue a diuis Imperatoribus et Romanorum Regibus predecessoribus nostris indulta et concessa et specialiter ex certa scientia vniuersos articulos priuilegio diue memorie Heinrici Romanorum Regis insertos et quod de Iudeis commemorat, approbamus, innouamus, et auctoritate Regia confirmamus. Insuper ob grata et fructuosa sepefati Heinrici Abbatis obsequia, nobis et Imperio impensa et impendenda, gratiam adicimus gratiis prenotatis, vt mineras quascunque in districtibus suis reperiat, easdem pro profectibus et vtilitatibus suis et ecclesie sue vendicare possit et libere laborare et nullum nec ad nos nec ad alium quemcunque respectum de hiis habere debeat vel timorem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis, innouationis, confirmationis et donationis paginam infringere. vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit indignationem regiam se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Arensteten XV° kalendas Septembres. Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. vicesimotertio. Regni vero nostri anno nono.

---

865. OU; das Siegel fehlt. H. F. 243, 141. [1]) Es folgt die Bestätigungsurkunde Heinrich's VII. von 1309.

Digitized by Google

866. Kaiser Ludwig verleiht dem Abt Heinrich das Ungeld zu Salmünster und Soden.

1332, 15. August. Wir Lvdowig von Gots genaden Romischer keyser. ze allen ziten merer des Richs. Veriehen || vnd tun chunt allen den die disen brief sehent oder horent lesen. Daz wir von besundern genaden || gunst vnd liebe. die wir haben zů vnserm fursten Henricus Abbt ze Fulde. und zů dem Gotshus || da selben. vnd auch dar vmb daz der selbe vnser lieber furste vnd daz Gotshus dester baz von || Gelt chomen mugen. Haben wir im verlihen vnd verleihen auch mit disem brief vnser vngelt ze || Salchenmůnster und ze Sôden. Also daz er ie von zwelfe eimern wines einen eymer ze vngelt nemen mag vnd sol. als lang. vncz an vnsern oder vnser nachomen an dem Riche. kunige oder keyser widerruffen vnd willen. Vnd wellen vnd gebieten allen vnsern vnd des Richs getruwen swie die genant sein. vestichlich. daz si in an dem vorgenanten vngelt weder irren noch beswaren. besunder wellen wir. daz si im darzů beholfen sein daz im daz vngelt geualle vnd werde als lieb in unser vnd des Richs hulde sein. Vnd dar vber ze vrchunde geben wir im disen brief. versigelten mit vnserm keyserlichem insigel. Der geben ist ze Nurnberg an vnser frowen tag. als si ze himel für. Da man zalt von kristus geburt druitzehenhundert iar. darnach in dem zwey vnd dreizzigstem iar In dem achtzehenden iar vnsers Richs vnd in dem funften des keysertums.

867. Kaiser Ludwig befiehlt dem Landgrafen Heinrich zu Hessen den Abt und das Stift zu Fulda zu schirmen.

1332, 15. August. Wir Ludowig von gotes gnaden Romischer keiser, zu allen ziten merer des riches inbieten vnserm lieben fursten Henrich lantgrauen herren zu Hessen vnser hulde vnd allez gůt, wan wir vnserm lieben fursten abt Henrich vnd sinen stift zu Fulde durch die sunder gnade vnd gunst, die wir zu ime haben, vnd durch ergetzunge vnd widerbringunge allers irs vngemachs vnd schadens, den sie hant genumen, vnd wan sie vnser vnd des Riches stift phlanzunge haissent vnd sint, so neme wir si in vnser besunder gnaden vnd schirm vnd haben si da in genumen. Nu getruwen wir daz zu niemand also wol als dir. vnd da von inphelen wir si dir mit disem brief. daz du si an vnser stad. ir lute vnd gůt schirmest vnd fridest. da dust du vne sunder lieb vnd dienst an, vnd wold si ieman daruber laidegen oder biswern in kainen sachen, daz solt du vndersten vnd wenden, swan si daz an dich můtend als uerr du kunnest vnd mugest. des wolle wir dir nummer vergezzen. zu vrkunde dieses briefes der gegeben ist zu Nurenberg an vnser frauwen dag als si gein himel fur in dem achtzehenden iar vnsers Riches. vnd in dem funften des keiserdumes.

---

866. OU. mit dem Siegel an seidener Schnur.

867. Aus dem cartul. des Abts Heinrich VI n. 664. Eine dritte Urkunde Ludwig's von demselben Tage über die Befestigung von Frankenstein steht in der Buchon. S. 407; das Original ist nicht mehr vorhanden.

Digitized by Google

868. Kaiser Ludwig giebt dem Abt Heinrich und dem Stift die Bürger wieder, welche er in die Reichsacht gethan hatte.

Wir Ludowig von Gots genaden Romischer Cheyser ze allen ziten merer dez Rychs, Veriehen offenlich an disem brief || Daz wir vnserm lieben fursten. vnd heimlicher [1]) Abbt Henrichen von Fulde. vnd seiner stift da selben, von vnserm || cheyserlichem gewalt die genad haben getan. vnd tûn mit disem brief. vnd geben im vnd seiner vorgenanten Stift || wider, alle die Burger von Fulde, mit ir leib. vnd mit ir gût, swo si daz habent, die wir in vnser. vnd des Rychs ächt || bethunnet haben. vnd die von dannen entrûnnen sind, si sitzen in des Rychs Steten oder in andern Steten. swo si sein, Also daz die selben Burger furbaz an alle vnser. vnd des Rychs vorderung, des vorgenanten vnsers fursten Abbt Henrichen vnd seines Styftes. ledichlich sullen sein, mit ir leib. vnd mit ir gût, vnd sullen wir noch daz Rych von des gewaltes wegen. den wir ietzû vber den Styft ze Fulde haben vnd biz her gehabt haben, dhein ansprach noch vorderung hintz den selben burgern ze Fulde, noch hintz ir leib. noch gût, haben mit dheinem wege, Vnd dar vber ze vrchunde geben wir in disen brief. versigelten mit vnserm cheyserlichen Insigel. der geben ist ze Nurnberg an dem Vreytag nach sant Nycolaus tag. da man zalt von Christes geburt driutzehenhundert Jar. darnach in dem zwei vnd dreizzigsten iar, In dem niuntzehenden Jar vnsers Rychs vnd in dem funiften des cheysertums. 1333, 11. Dec.

869. Ludowici imperatoris litterae de nundinis.

Ludowicus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Prudentibus viris et discretis. Magistris Consulum. Consuli|bus et vniuersitati Ciuitatis fuldensis suis et Imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum, Imperatorie maiestatis decet clementiam ergs || deuotos, dilectos, et fideles, Quorum tamen approbate fidei meruit constantia, munificenciis singularibus dignarumque largicionum, gratiarum, libertatumque || beneficiis se reddere liberalem, Sane, oblata siquidem nobis vestre petitionis tenor ea reuerentia qua decuit in sui serie continebat, Quod vobis || successoribusque vestris nundinas in die omnium Sanctorum intra muros vestre ciuitatis hactenus celebratas et peractas, quas quidem ob id a diue || recordationis predecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus et Regibus, vt ad ipsas more mercantium, aut aliis modis rationabilibus conuenientium, moram facientium et redeuntium et redeuntium alterna commoditas procuretur, institutas fore censemus, ex benignitate nostre clementie ampliare dignaremur et augere, sic quod eedem nundine tribus diebus proximis ante inciperent, et post festum tres dies continuos perdurarent, Nos quoque vestris in hac parte prout ex nostre clemencie debito tenemur rationabilibus petitionibus annuere cupientes, prenominatas nundinas in die omnium sanctorum premisso hactenus celebratas, attemptatas et peractas ad tres dies immediatos ante tresque dies continue subsequentes post predictum festum, tertia tamen die totaliter inclusa, sub vniuersis modis, condicioni- 1333, 30. April.

---

868. OU. an seidener Schnur hängen noch Stücke des Siegels. H. F. II, 252, 151. [1]) Schannat hat eingeschoben *rat*.

869. OU. mit dem Siegel. Buchon. 351.

Digitized by Google

bus, libertatibus et gratiis, quibus nundine vestre generales, que vulgaritur dicuntur die palmwoche, celebrantur, attemptantur et per adeuntes et visitantes peraguntur, celebrandas, attemptandas et peragendas instituimus, augemus et ampliamus ex munificentia nostre gratie singularis, Mandantes propterea singulis et vniuersis nostris et Imperii fidelibus dilectis et ceteris quibuscumque, ne quis quempiam dictas nundinas adire vel etiam abire volentem contra huiusmodi nostre institutionis, augmentationis et ampliationis gratiam perturbet, grauet in aliquo seu molestet, sicut nostram gratiam conseruare vltionemque condignam voluerit euitare | In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigilli appensione et munimine dedimus firmiter insignitas | Datum Nůrimberch in vigilia sancte Walpurgis anno domini millesimo trecentesimo trecesimo tercio, Regni nostri anno decimo nono, Imperii vero sexto.

870. Kaiser Ludwig bestätigt die Schulden, welche der Abt Heinrich und das Stift zu ihrem Nutzen gemacht haben.

1339, 24. Juni. Wir Ludowig von gotes gnaden Romischer keiser ze allen ziten merer des Richs. Veriehen offenlich mit || diesem brief, das wir, als der erwirdig Heinrich Abbt ze Fulde vnser liber furst, . . der || Techant . . Probest . . Amptherren vnd die Samenung gemeinlich des gotshuses ze Fulde vber die || schulde vnd die gemeinen gebrechen, die ir vorgenantes gotshuse angent, vnd dar ein si veruallen || sint swerlich, als si vns furgeben habent, vberein chomen sint, vnd die bedahtichleich mit gemeinem rat vber chomen hant, irm gotshuse ze nutz und ze frummen beuest und bestetigt haben von vnserm keiserlichen gewalt, vnd beuesten si och, als ver si dem vorgenanten gotshus ze nutz, ze hilf, vnd ze gut chomen mugen, Mit vrchunt ditzs briefs versigelt mit vnserm keyserlichen Insigell, der geben ist ze Auspurg an sant Iohannis tag ze sunnwenden, nach kristes gehurde driuzehen hundert iar dar nach in dem niun vnd dreizzigsten iar, in dem funfvndzweintzigistem iar vnsers Richs, vnd in dem zwelfen des keisertumes.

871. Kaiser Ludwig verordnet, dass die Gueter des Stifts, welche ohne Einwilligung desselben von den Aebten verkauft oder versetzt seien, dem Stifte wiedergegeben werden.

1340, 31. März. Wir Ludowig von gotes gnaden romischer keiser ze allen ziten merer des Riches || Verichen offenlichen mit disem brief. das die erbern vnd geistlichen mann . . der || Dechant . . die Pröbst. vnd der Conuent gemeinlich des stiftes ze Fulde. vnser || lieb dymutig vns furgelait habent. das ettliche lüten irs stiftes gut verschumert || seien von den Abbten. dar zu die selben niht reht haben. on des Conuentes Insigel. Vnd wan wir den stifte in vnsern vnd des Riches schirm genomen haben. wellen vnd mainen wir. wer der sei. edel oder unedel, Burger oder Gebüre, der des selben stiftes güt innhabe. dem diu verchofft, versetzzt oder anders verschumert sein, on des Conuentes Insigell. das des dar an dhein gwer oder reht haben sulle. vnd das diu dem Conuent vnd Stifte widerwerden sullen vnd an geuallen, Er well dann beweisen als reht ist, das im diu

870. OU. mit dem Siegel.
871. OU. mit dem Siegel.

Digitized by Google

gut zu gehörn, oder der Conuent beweise mit dem rehten. das der die gût also innhat. diu mit reht niht inn habe. Dar vmb wellen vnd gebieten wir allen den. die des stiftes ze Fuld gut on des Conuentes Insigell inn haben. das si dem stift die selben gut volgen lazzen. vnd in dar an niht irren noch im die vorhaben. bei vnsern hulden. Si wellen dann beweisen mit dem rehten. das si ir seien. als vorgesprochen ist. Ze vrchund ditzs briefes. der geben ist ze Landshut an freitag nach Mitteruasten. nach kristes geburd driuzehenhundert iar. vnd in dem viertzigistem iar. in dem sehsvndzwenitzigistem iare vnsers Riches. vnd in dem dreizehenden des cheysertumes.

872. Kaiser Ludwig erlaubt dem Abt Heinrich das Dorf Diedorf zu befestigen und giebt den Einwohnern einen Wochenmarkt.

Wir Ludowig von gotes gnaden romischer keiser ze allen ziten merer des Richs || Ve- 1343, 22. Septbr.
richen offenlichen mit disem brief. das wir dem erwirdigen Heinrich Abbt ze Fuld vnserm || lieben fursten von besundern gnaden erlaubt vnd gegünnet haben, das er sein dorff ze Dyedorff mit || graben, mûrn, vnd mit andern sachen vesten, bûwen vnd warnen mûg, als ein stat, wann er oder || sein nachchomen das wellen, vnd geben den lûden da selben einen wochenmarckt vf einen tag in der wochen den vnser vorgenanter furst nach siner bescheidenheit dar zû benennet. Auch tûn wir in die gnade. das si iriu reht in vnsern vnd des Richs Steten nemen vnd sûchen mugen. Ze vrchunt ditzs briefs versigelt mit vnserm Cheyserlichen Insigell. der geben ist ze Franchenfurt an sunntag nach Mathei nach kristes geburd driuzehenhundert iar. darnach in dem zwei vnd viertzigistem iar. in dem aht vnd zweintzigistem iar vnsers Riches. vnd in dem funfzehendem des keysertumes.

---

872. OU. mit dem Siegel. Buchon. p. 414.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Digitized by Google

Zur Nachricht.

Der Herausgeber, Gymnasialdirektor Dr. DRONKE, hat die Vollendung seines Werkes leider nicht erlebt, er starb nach langem Leiden am 10. Dezemer v. J. Ich erbot mich sogleich, die Leitung des Drucks der wenigen noch übrigen Bogen zu übernehmen. Doch vor Allem kam es mir auf die Zugabe eines Registers an und wirklich fand sich auch der Entwurf zu einem solchen unter Dronke's hinterlassenen Papieren. Dieses Register war indess auf dieselbe Weise angelegt, wie dasjenige, welches Dronke seinen »Traditiones et Antiquitates Fuldenses« beigefügt hat. Statt die sämmtlichen Ortsnamen in eine einfache alphabetische Ordnung zu reihen, hatte er sich der undankbaren Mühe unterzogen, dieselben nach den verschiedenen Gauen zu gruppiren. Dass bei einer solchen Ordnung unzählige Irrthümer mitunterlaufen müssen, liegt in der Natur der Sache, da in den meisten Urkunden die Angabe des Gaus fehlt. So war es auch Dronke z. B. mehrfach begegnet, norddeutsche Orte in süddeutsche Gaue zu versetzen. Ueberdies überzeugte mich auch eine Prüfung, dass das Register nicht vollständig war. Alles dieses machte eine gänzliche Umarbeitung des Regieters nothwendig und ein dem Verstorbenen nahestehender junger Gelehrter übernahm die Ausführung dieser Arbeit. Obwohl ich mich klar über die Art der Ordnung dieses neuen Registers ausgesprochen hatte, so erhalte ich doch jetzt statt dessen nur eine einfache Abschrift des Entwurfs mit allen seinen Mängeln. Gern würde ich nun selbst die Hand daran gelegt haben, aber ein schon seit Monaten dauerndes Augenübel, in Folge dessen ich mich aller Arbeit enthalten muss, macht mir dieses unmöglich. Ich habe deshalb dem Herrn Verleger gerathen, die Ausgabe des letzten Hefts des Codex nicht länger aufzuschieben, das Register aber später nachzuliefern. Sobald meine Augen es gestatten, werde ich dasselbe aufstellen.

Kassel, am 3. August 1850.

Dr. *G. Landau.*

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google